BSB Bayerische StaatsBibliothek

MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Erhard, Thomas Aquinas, 1675-1743

Biblia Sacra Vulgatae Editionis = [In sich haltend deß alten Testaments Gesatz- und History-Bücher: Deß Moysis, Josue, der Richter, Ruth, der Kö nigen, der Königen Cronick, deß Esdrä, Tobiä, Judith und Esther]
Bd.: 1

Augustae Vindelicorum 1723

4 B.g.cath. 40 a-1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10223887-4
VD18 90037472

4 B.g.cath. 40a-1

Ol 8/2

Bibeltext, Ausg. Latein-Deutsch (A)

1145208

INDICULUS MNEMONICUS
SEU
MEMORIALIS,
EXHIBENS ORDINEM ET SERIEM
OMNIUM LIBRORUM CANONICORUM
IN
SACRIS BIBLIIS;
LECTORIBUS S. SCRIPTURÆ
Percommodus & utilis, ac memoriæ necessarius.

Genesis, Exo, Levi, Numerorum, Deuteronomi.
Post Josue, Judicum, Ruth, Regum, Paralip, Esdræ,
Tobias, Judith, Esther, Job, Carmina David.
Proverb, Eccle, Canit, Sapientia, Dogmata Sirach.
Isa, Jerem, Threni, Baruch, Ezcech, Daniel, Ose.
Joel, Amos, Abdi, Jona, Michæa, Nahúmque,
Haba, Sophon, Aggæ, Zachari, Malachi, Machabæi.
Matthæus, Marcus, Lucas, Joannes, & Acta.
Roma, Corin, Galatas, Ephes, Philippe, Colossen.
Thessalo, Timotheum, Titum, Philemon, Hebræos.
* Jacobus, Petrus, Joannes, Judas, Apocal.
† *Petrus, Joannes, Jacobus, Judas, Apocal.*

* Hanc seriem impressa Biblia ordinariè tenent, & nos pariter in Bibliis Latino-Germanicis retinemus.

† Hoc ordine enumerat Tridentinum Sess. 4.

AD-

ADMONITIO.

INvenitur hic Indiculus in antiquissimis Bibliis impressis per M. Jacobum Sachon. Nos in gratiam lectorum in aliquibus eum immutavimus, in aliis eundem complevimus, sicque immutatum & completum omnibus S. Scripturæ Lectoribus vehementer in Domino commendamus. Nam inprimis continuò in memoriam reducet singulos Libros eo ordine, quo plerumque in Bibliis impressis nunc ponuntur, item quo eos posuit sacrosancta Synodus Tridentina. Dein hic Indiculus, dummodo aliqualiter memoriæ imprimatur, ac quodlibet Sacrorum Bibliorum (in quacunque forma compacta sint) volumen suũ initialem Librum à tergo ostendat Lectoribus subserviet, ac eos diriget, ut quemvis librum, e. g. quemlibet inter prophetas Minores facilè inveniant. Denique usus de hujus Indiculi, tum utilitate, tum necessitate pleniùs Lectorem edocebit.

<36616092160016 S

<36616092160016

Bayer. Staatsbibliothek

BIBLIA
SACRA
LATINO-GERMANICA
Oder
Lateinisch- und Teutsche
BIBEL.

07/99/42


BIBLIA LATINA
Teutsche Bibel
GERMANIA
Franconia
Augspurg
Passau
Bavaria
Austria
Tyrol.
Helvetia.
ut explices
Jacob Andr. Fridrich fecit A.V.

BIBLIA
SACRA
VULGATÆ EDITIONIS

AUCTORITATE SIXTI V. ET CLEMENTIS VIII. PONT. MAX. RECOGNITA;

NOTIS

Theologicis, Historicis, & Chronologicis

ILLUSTRATA

Studiô

P. THOMÆ AQ. ERHARD

ex Ord. S. Benedicti

in antiq. & exempto Congregationis

ANGELICÆ WESSOFONTANO

Monasterio Theologi & Professi.

CUM LICENTIA SUPERIORUM

&

Speciali Sac. Cæs. & Reg. Cath. Majestatis Privilegio.

AUGUSTÆ VINDELICORUM

Sumptibus Joannis Strötter, Bibliopolæ.

Typis Antonii Maximiliani Heiss. MDCCXXIII.

BIBLIOTH. PP. CAPUC. DORNACH

Bayerische Staatsbibliothek München

TABULA
OMNIUM LIBRORUM.

Primus Numerus partem, alter paginam, littera S. partis secundæ subdivisionem notat.

A.

Abdias. 2.S.452
Acta Apostolorum. 3.251
Aggæus. 2.S.482
Amos. 2.S.439
Apocalypsis. 3.527

B.

Baruch. 2.S.244

C.

Cantica Canticorum. 2.277
Colossensium. 3.434
Corinthiorum. 3.357

D.

Daniel. 2.S.371
Deuteronomium. 1.346

E.

Ecclesiastes. 2.260
Ecclesiasticus. 2.320
Ephesiorum. 3.417
Esdræ. 1.940
Esther. 1.1042
Evangelium { Joannis. 3.194
Evangelium { Lucæ. 3.118
Evangelium { Marci. 3.73
Evangelium { Matthæi. 3.1.
Exodus. 1.109
Ezechiel. 2.S.260

G.

Galatarum. 3.407
Genesis. 1.2.

H.

Habacuc. 2.S.472
Hebræorum. 3.471
Heremias. 2.S.110

I.

Jacobi Apostoli Epist. 3.493
Jeremias. 2.S.110
Joannis { Apocalypsis 3.527
Joannis { Epistolæ 3.514
Joannis { Evangelium. 3.194
Job. 2.1.
Joël. 2.S.433
Jonas. 2.S.454
Josue. 1.423
Isaias. 2.S.1
Judæ Apost. epist. 3.523
Judicum. 1.475
Judith. 1.1014

L.

Levitici. 1.197
Lucæ { Acta Apostolor. 3.251
Lucæ { Evangelium. 3.118

M.

Machabæorum. 2.S.511
Malachias. 2.S.505
Marcus. 3.73
Matthæus. 3.1
Michæas. 2.S.458

N.

Nahum. 2.S.468
Numerorum. 1.258

O.

Oseas. 2.S.417

P.

Paralipomenon. 1.803
Paulus { Colossensium. 3.434
Paulus { Corinthior. 3.357
Paulus { Ephesiorum. 3.417
Paulus { Galatarum. 3.407
Paulus { Hebræorum. 3.471
Paulus { Philemonis. 3.469
Paulus { Philippens. 3.427
Paulus { Romanorum. 3.326
Paulus { Thessalonicen. 3.441
Paulus { Timothei. 3.452
Paulus { Titi. 3.466
Petrus: epistolæ. 3.501
Philemonis. 3.469
Philippensium. 3.427
Prover. Salomonis. 2.209
Psalmi. 2.60

R.

Regum. 1.536
Romanorum. 3.326
Ruth. 1.529

S.

Sapientiæ. 2.286
Sophonias. 2.S.477

T.

Thessalonicensium. 3.441
Timothei. 3.452
Titi. 3.466
Tobias. 1.992

Z.

Zacharias. 2.S.486

Bayerische Staatsbibliothek München

BIBEL
Oder
Heilige Schrifft
Deß Alten und Neuen
Testaments/
Nach der Uralten/ und in Latein gemeinen/
auch von der Römisch-Catholischen Kirch bewährten
Ubersetzung;

Mit

Vorgesetztem Lateinischen Text treulich auf jetzige Art zu reden
Zum ersten mahl also eingericht
Von
P. THOMA AQ. ERHARD.
S. Benedicti Ordens.

Mit Erlaubnuß der Oberen;
Auch Röm. Kayserl. und Königl. Cathol. Majestät allergnädigster
Gnad und Freyheit.

AUGSPURG
Verlegts Johann Strötter / Buchhandler.
Gedruckt bey Antoni Maximilian Heiß / Buchdruckern. 1723.

In Nomine JESU omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum; & omnis LINGUA confiteatur, quia Dominus JEſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. *Philipp.* 2. 10.

Im Nahmen JEſu ſollen alle Knye ſich biegen/ deren / die im Himmel und auf Erden/ und unter der Erden ſeynd. Und ſollen alle ZUNGEN bekennen/ daß der HErr JEſus Chriſtus ſey in der Herrlichkeit GOttes deß Vatters. Philipp. 2. 10.

SANCTISSIMO PATRI
INNOCENTIO XIII.
PONTIFICI
MAXIMO.

QUærent multi, BEATISSIME PATER, quâ tandem nos fiduciâ nixi ex remotis Germaniæ finibus hunc librum non tam in Beatissimas manus, quàm dulcissimos amplexus tuos mittere præsumpserimus. Respondere possemus, & dilaudare tuam eximiam pietatem, quâ præterito anno Gloriam S. Benedicti tuo sanctissimo Nomini inscriptam admisisti: extollere beneficia, quæ, cùm apud Helvetos provinciam Pontificii Legati obires, in Angelicam nos-

tram Congregationem contulisti. Sed hæc fastis nostris, cùm in angustiis epistolæ constringi non possint, computamus. Quare loco responsi reponimus cor tuum, quod solum pro mille responsis erit.

II. Nam liber iste Liber librorum est, ad quem, si cum Philosophis loqui velimus, *relationem* habes tutoris ad pupillum, philoceutæ ad exulem. Olim in fines orbis terræ delatus omnibus gentibus jura dabat, nunc integris regnis, & totâ (quod sine gemitu non dicimus) prope Africa exactus postponitur Alcorano, Milesiisque fabulis. Etiamnum, licèt ringatur orcus, titulô primogenituræ, auctoritatis maximæ, veritatísque summæ præ omnibus libris gloriari solet & semper gloriabitur: attamen si parumper in sublestæ fidei didascalos mentem convertimus, videri posset pupillus absque patre, ita illius in dicasterio divino consignata jura convelluntur. Sed convelli possunt, non refelli Te PATRE, Te TUTORE.

III. Et Deus ipse tantam ejus curam gerit, ut divino sui *a* oris oraculo certos nos esse jubeat, nec *jota unum, nec unum apicem* interiturum, *donec omnia fiant*, ac nomine longè potiori sibi factum existimet, quàm quidquid uni *b ex minimis* ejus fecerimus. Licèt enim antiquitas egregios libros jactitet suorum auctorum prolem: nunquam tamen libros Perihermenias tam æquis nominibus sobolem Aristotelis dicere possumus, uti debemus Sacram Scripturam progeniem Dei. Hanc námque laudem sibi meritò vindicat, *Ego, c* inquiens: *ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam.*

IV. Et tanti Patris tantam prolem quis non amet? quis eidem exornandæ non omnes ingenii opes lubenter conferat? Haud equidem inficias eo nil par meritis omni nostro studiô ad illius ornatum, cultúmve conferri posse: attamen cùm ipsamet etiam *pilos caprarum*, vilissimum ornamenti genus, haud *d* spernat, & sacra Synodus Tridentina gratanter *e* admittat doctorum virorum in operâ tam piâ conatus; nostrum quoque symbolum sub Tuis SANCTISSIME PATER auspiciis afferre ausi sumus. Vestivimus illam paludamento Germanico, & cyclade Latina, seu Latino, & Germanico idiomate instruximus. Per orbem, quod optamus, ituræ dedimus in ordinata chronologia à mundo condito litteras commendatitias, ut sic etiam mediocriter doctis antiquissimi sui stemmatis ceras velut oculis exhiberet.

Exin (Numine suam gratiam affundente) confidimus secuturos effectus, quos TUA SANCTITAS potissimùm quærit, & optat. Vota tua feruntur in metam, in quam collimabant Gregorii M. Leones, Nicolai, alii-

que

a Matt. 5. 18. b c. 10. 42. c Eccl. 24. 5. d Exod. 35. 23. e Correctores Rom.

que Antecessores tui, ut gloria Dei, sanctæque Matris Ecclesiæ Imperium ad ultimam thulen proferatur, ut everso vitiorum dominatu virtus quaquaversum regni sui fines explicet. Huc autem quantum emolumenti Sacra Scriptura ferat, nôrunt omnes genuini Ecclesiæ filii, nihilque prope majori desiderio ab Opt. Deo impetrare contendunt, ac ut illa à sacris viris in perenni pretio, usúque habeatur.

V. Ut igitur & usum facilem, & pretium cognitum quoquo modô faceremus, præter linguæ Latinæ ad textum *Vulgatæ* fideliter exactum, & Germanicæ ad puriorem phrasin ubique advocatum idioma adjunximus locos parallelos, non raró explicamus voces, sensúsque quotidianam lectionem fugientes, capitibus præfiximus Summaria, quæ Lectoris intellectui facem præferant, aliaque infra benevolo Lectori referenda præstitimus, quæ TUÆ SANCTITATIS excelsum sensum videbantur proximiùs attingere. Hócque (licèt modico) labore nostrô volumus orbi testatum, quantum cupiamus, ut non Germania solùm, sed & ultima tam occidui, quàm orientis solis regna Sacram tibi Scripturam consecrent, profiteantúrque, ejuratis peiſſimæ irreligionis suæ erroribus TE omnium sacrorum Supremum Principem, & verum Christi Vicarium. Tunc enimverò novam orbi faciem, in eorum præcipuè SS. Patrum sententiâ polliceri possemus, qui si non omnium, certè majorum malorum pessimam scaturiginem neglectum sacræ Scripturæ dicunt. Si námque verum, quod ne *a* veteris quidem Romæ Philosophum latuit. *Longum iter est per præcepta, breve, & efficax per exempla: plus ex moribus, quàm ex verbis trahimus.* Quanta litteratus orbis in morum culturâ lucra faceret; si non solùm legeret fidem Abrahæ, mansuetudinem Davidis, Machabæorum fortitudinem; sed etiam perpenderet, hæc ab ipso Dei dicasteriô produci exempla, quibus ut nulla potest subesse falsitas, ita etiam vis insita sit ad evertendam omnem vitiorum machinam, & inserendam omnium virtutum copiam Suam in libris spartam semper feliciùs exornant exempla, quàm coturnatæ personæ in theatris; *sic est,* teste Theodosii Imp. *b* præcone: *exasperat homines imperata correptio, blandissimè jubetur exemplô.* Quid igitur efficiet exemplorum exemplar Servator generis humani, qui *c via, veritas, & vita* in his libris omnia perfectissimè facta exhibet, quæcumque nobis facienda incumbunt? Operum graphicam imaginem à Matthæo, Marco, Luca, Joanne, quin etiam, licèt in umbra, à Moyse, Davide, cæterísque hagiographis expressum tenemus.

)()(VI.

a Senec. ep. 60. *b* Latinus Pacatus. *c* Joan. 14. 6.

VI. Quid igitur à piissimo Numine flagrantioribus precibus impetrare velimus; ac ut SANCTITAS TUA sacros hos Libros gratanter accipiat, suæque gratiæ favoribus quàm plurimos provocet, qui non solùm suæ, sed etiam alienæ vitæ ectypon ad illud prototypon elaborent. Hæc eorum lucra velut cupimus in utroque Latino, & Germanico horizonte centies multiplicari: ita vovemus, ut singula vertant in Tuæ Tiaræ ornamentum, magísque luceant in coronato vertice Tuo, quàm achates, & pyropi, tandémque (si D. Petri proximiùs attigeris annos) transferantur in æviternæ gloriæ Tuum diadema, quô coronatus inter maximos cœlestis Imperii Principes honorari merearis. Interim autem ut inter mortales immortalibus, & in omnes fastos ituris meritis fines sanctæ Matris Ecclesiæ latissimè provehas, omnium piorum preces ardenter efflagitamus, & corda nostra ad sanctissimos tuos pedes deponimus tanquam totidem ora diu, noctúque ad Deum clamantia, ut sicuti *ipso donante placita* semper *cupis, ita etiam tota virtute perficias.*

Wessofonti in Monasterio Benedictino Superioris Bavariæ post reparatam orbis salutem 1722. die præsentatæ Deiparenti sacra.

SANCTITATIS TUÆ

Humillimus, devotissimus,
& obligatissimus filius
THASSILO Abbas
cum suo Religioso cœtu.

Cen-

CENSURA.

BIblia Latino-Germanica, ſolerti ſtudio Reverendi P. Thomæ Erhard publicæ luci parata, eò digniora typis cenſeo, quò major utilitas Orbi Germanico, quà latè Catholicus audit, ex illis naſcitura ſperatur. Nam Opus iſtud Capitum Summas, ſeu Summaria, ut vocant, ſingulari induſtria ritè dividit, Latinum Textum Vulgatæ Editionis fideli & ſincera Verſione Germanicè reddit, ac eundem brevibus, clarísque Notis elucidat, adeóque panem fractum Germaniæ volenti legere, & intelligere, comedere, & in Domino nutriri, apponit; ac inſuper omnibus Lectoribus ſplendidam lucem præfert, ut intelligant ſenſum litteralem, & unà aſſurgant etiam ad ſpiritualem. Temporum quoque ratio, quæ hinc inde apponitur, proba eſt, & utiliſſima. Itaque gratulor tam præclari Operis Authori, ac univerſo ſacro, cujus membrum ſe profitetur, Ordini juſtiſſimam Gloriæ meſſem; & ſperatos ex nobiliſſimo conatu, & partu fructus tum Reipublicæ Chriſtianæ, tum Authori animitus precor, pariterque Opus, quod luce publica digniſſimum cenſeo, iterum, iterumque omnibus Divinorum Codicum Lectoribus, Studioſis, & Verbi Dei præconibus vehementer commendo. Auguſtæ Vind. 14. Decemb. 1722.

Franc. Joſeph. de Handl, SS. Theologiæ Licentiatus, Reverendiſſimi & Sereniſſimi Princ. & Epiſc. Auguſt. Conſil. Eccleſ. Major Pœnitent. & Libror. Cenſor.

Imprimatur H. S.

Ex Vicariatu 14. Decemb. 1722.

JOAN. GOTTHARD L. B. de Vehlin,
Vicarius Generalis.

APPROBATIO
Congregationis Benedictino - Bavaricæ.

NOS ILDEPHONSUS Dei & Apostolicæ Sedis Gratia Abbas Weichenstephanensis, p. t. Congregationis Benedictino - Bavaricæ sub titulo SS. Angelorum Custodum Præses Generalis &c. Præsentem Scripturam Sacram Latino-Germanicam ab Adm. Rev. P. Thoma Erhard, Monacho & Theologo Wessofontano ex Vulgata Editione congestam, notisque Marginalibus, novis Summariis, variique generis Indicibus illustratam, eò libentiùs, quantùm in Nobis est, in lucem prodire publicam permittimus, quòd non solùm Authorem in hoc Viro habeat de re Christiana, & ascetica jam aliàs non uno Volumine publico optimè meritum; sed à Reverendissimo quoque Officio Augustano, pro decantatissimo suo in Ecclesiam, Nostráque Sacra studio ardenter expetita, & plurimùm simul suo in partu promota fuerit & protecta. In quorum fidem & commendationem præsens Chirographum manu propria & Officii nostri sigillo firmatum dedimus, in Exempto Monasterio Weichenstephanensi prope Frisingam die 29. Maji 1722.

L. S.

ILDEPHONSUS Abbas p. t. Congreg. Benedictino-Bavaricæ Præses Generalis.

FACULTAS

Reverendissimi & Amplissimi Domini Abbatis Wessofontani.

NOS THASSILO Abbas Monasterii SS. Apost. Petri & Pauli in Wessobrunn Ord. S. P. Benedicti, & exemptæ Congregationis SS. Angelorum Custodum in Bavaria, dilecto Conventuali nostro R. P. Thomæ Erhard facultatem concedimus, ut Sacra Biblia in idiomate Latino & Germanico juxta sese posito ad Vulgatas & probatas Editiones elimata, novisque Summariis & aliis utilibus notis à se vestita, in bonum eorum, quibus puritas Divini Textus, & Sacræ Scripturæ studium cordi est, typis evulgare valeat. Actum in eodem nostro Monasterio Wessobrunnensi die 8. Sept. Anno 1722.

L. S.

THASSILO Abbas.

Privilegium Cæsareum.

CArolus VI. Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac, Germaniæ, Hispaniarum, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Wirtembergæ, Comes Tyrolis &c. &c. Agnoscimus, & notum facimus tenore præsentium universis, quòd, cùm Nobis Noster Sacríque Romani Imperii fidelis dilectus Joannes Strötter Bibliopola Augustæ Vindelicorum, humillimè exponi curârit, quem in modum Patris Thomæ Erhard Ord. S. Benedicti Biblia Sacra Latino-Germanica Notis Theologicis, Historicis, & Chronologicis illustrata, adjectis indicibus Biblico, Etymologico, Chronologico, Geographico, & Mystico in Quarto Prælo committere resolverit; vereatur autem, ne æmulorum invidiâ hanc editionem imitantium impendii & laboris sui fructu frustretur. Ideóque Nobis demissè supplicârit, quatenus ejus indemnitati Privilegio Nostro Cæsareo succurrere clementissimè dignaremur, Nos submissæ pariter ac æquæ ejus petitioni annuendum censuerimus. Ac proinde authoritate Nostra Cæsarea omnibus & singulis Bibliopolis, Bibliopegis, Typographis & aliis quibuscumque rem librariam, seu negotiationem exercentibus firmiter inhibemus, vetamus & interdicimus, nequis suprà nominata Biblia Sacra Latino-Germanica sub hoc alióve titulo seu in totum vel pro parte, cum vel sine Notis, sub dicta aliáve forma per decem annorum spatium ab hodierno die computandum intra Sacri Romani Imperii & Regnorum, Ditionúmque Nostrarum hæreditariarum fines recudere vel aliis recudenda dare, aliorsúmve impressa apportare citra præfati impetrantis ejusdémque hæredum & successorum voluntatem & assensum in scriptis obtentum ausit vel præsumat. Siquis verò secus faciendo Privilegium hoc Nostrum seu Interdictum violare contemneréque præsumpserit, eum non solùm ejusmodi Exemplaribus ubicumque locorum repertis perperam quippe recusis seu apportatis (quæ dictus Joannes Strötter sive propria authoritate sive Magistratûs illius loci auxilio sibi vindicare poterit) de facto privandum, sed & decem marcarum auri puri pœnâ Ærario seu Fisco Nostro Cæsareo, & Parti læsæ ex æquo pendenda omni spe veniæ sublatâ, mulctandum decernimus, dummodo tenor hujus Nostri Privilegii in fronte libri impressus inveniatur, & consueta quinque Exemplaria Consilio Nostro Imperiali Aulico exhibeantur. Mandamus itaque omnibus & singulis Nostris & Sacri Imperii Regnorúmque & Dominiorum Nostrorum Hæreditariarum subditis, & fidelibus dilectis tam Ecclesiasticis quàm Sæcularibus, cujuscumque statûs, gradûs, aut Ordinis extiterint, præsertim verò iis, qui in Magistratu existentes vel suo vel Superiorum suorum loco aut nomine jus, justitiámque administrant, ne quemquam Privilegium hoc Nostrum Cæsareum violare, spernere, aut transgredi patiantur, sed siquos contumaces compererint constituta à nobis mulcta eos puniri & quibuscumque modis idoneis coërceri curent, quatenus & ipsi gravissimam Nostram indignationem prædictámque pœnam evitare voluerint. Harum testimonio litterarum manu Nostra subscriptarum, & Sigilli Nostri Cæsarei appressione munitarum, quæ dabantur in Civitate Nostra Viennæ die 30. Martii Anno millesimo, septingentesimo vigesimo secundo Regnorum Nostrorum Romani duodecimo, Hispanicorum decimo nono, Hungarici & Bohemici verò undecimo.

Carolus

(L.S.)

Vt. Frid. Carl Com.
de Schönborn.

Ad Mandatum Sac. Cæs. Majestatis
proprium J. S. Hayeck de Waldstätten Mpp.

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

§. I.

Utilitas, & præstantia sacræ Scripturæ.

I. SIne benevole Lector, ut antequam Deum in his sacris Bibliis loquentem audias, te Gregorius Doctorum nostrorum Max. affari queat [O quàm mira est, *a* exclamat: profunditas eloquiorum Dei! Libet huic intendere, libet ejus intima, gratiâ duce, penetrare. Hanc quoties intelligendo discutimus, quid aliud, quàm sylvarum opacitatem ingredimur, ut in ejus refrigeriô ab hujus sæculi æstibus abscondamur. Et ad Theodorum scribens: *quid est*, *b* ait, *Scriptura Sacra, nisi quædam epistola Omnipotentis Dei ad creaturam suam?* quæ legentibus lumen affundit, ut vitanda, & facienda intelligamus, & intellecta ut faciamus, infundit ignem. *Scriptura Sacra c mentis oculis quasi quoddam speculum opponitur, ut interna nostra facies in ipsa videatur. Ibi etenim fœda, ibi pulchra nostra cognoscimus.* Gregorio cum omni Doctorum choro magnus ille spiritualis vitæ magister Dionysius Faucherius adstipulatur: Angelum Monachum Forojuliensem ad studia Scripturarum cohortans. [Hæ sunt, *d* inquit: Fili charissime, quæ statui nostro ex Ordinis nostri professione, institutionéque propriè congruunt; reliquæ verò (scientiæ) quæ liberales dicuntur, harum ancillæ, & quasi coadjutrices sunt.]

I. Sacra Scriptura refrigerium generis humanæ, epistola Dei. Speculum animi. finis omnium scientiarum,

Ven. Gerardus Belga fatetur se minimùm ad duas quotidie conciones vocari, Paulum *e* inquiens: audio, si Epistolam sub Sacro, Christum, si Evangelium lego. Arnoldus Carnoten. toties videbatur sibi paradisum ingredi, quoties Sacram Scripturam. Sed hac de re nemo dulciùs mellifluo Doctore præclaris argumentis *f* ostendens, omnium illorum, si non frontibus, certè mentibus æternæ ad cœlestem coronam prædestinationis luculentum signum inscriptum esse, qui Deum in sacris paginis loquentem frequenter audire solerent.

concio divina, hortus Dei, signum prædestinationis,

2. Nec immeritò. Nam sæpè paucula divini Codicis verba hominum animos ad eum virtutis cursum concitârunt, ut velut oris divini tuba exciti ad summum omnis sanctimoniæ fastigium eniterentur. S. Antonius M. Eremitarum parens cui debet magnitudinem suam, nisi pauculis Sacræ Scripturæ verbis? Illam audiit prælegi *g* Simeon Stylita, & mox in columnam enixus, stetit multis annis terras inter, & cœlum, ipse factus multorum collabenti pietati fortis columna. S. Ephrem *h* cùm S. Basilio M. sacram paginam legenti aures daret, vidit ejus linguam velut vivum carbonem penitus ignitam, ut non tam verba, quàm incendia spargere videretur. *i* S. Augustinus in tam alto hæreseos lethargo sepultus jacebat, ut ne prolixis quidem, cum fletibus S. Monica mater expergefacere posset. At ubi vocem è cœlis audiit: Tolle, lege; tolle,

illicium animorum.

le, lege, sustulitque, qui fortè aderat, Divinum Codicem, ac *k* illud Pauli: *non in comessationibus, & ebrietatibus &c.* legit; omnem torporem ita excussit, ut deinceps omnis Viri vita non tam profectus, quàm cursus ad sanctitatem dici posset. Nempe verba Dei pungunt, & ungunt, & semel immissa per aures intima cordis penetrant, ut pigeat per viam virtutis ire, & currere delectet. Ac iste quidem vigor animorum variis ex causis nascitur. *l* S. Franciscus cùm suos Fratres de divinis oraculis differentes eminus spectaret, vidit speciosum præ filiis hominum Christum JEsum in forma pulcherrimi adolescentis se colloquentium choro peramanter miscere, placidóque vultu singulis benedictionem impertiri. Ad idem prope spectaculum invitata S. Theresia conspexit piissimum Servatorem ineffabili gloriâ circumfusum, ac, ut ipsa *m* refert, ex ejus divino ore percepit verbum omnibus Sacrorum Bibliorum cultoribus jucundissimum. Ego, inquit filia valde delector, si homines sermone Sacri Codicis Sacramenta tractent, eorúmque soleo colloquiis interesse. Hæc quidem Christus Seraphico Patri exhibuit, ac Seraphicæ Matri dixit. Sed nullum finem dicendi facerem, si omnium sacrarum Familiarum Parentes ferè paria monimenta allaturos niterer proferre. Pietas non sinit, ut magnum meum parentem Benedictum silentio præteream. Hic sanctus Legifer in sola Regula ad minimum centies quadragies septies Sac. Biblia in terminis formalibus, ut vocant, citat; & cuilibet propè capitulo gemmas quasdam ex cimeliarchio veteris vel novi Testamenti depromptas inserit.

vita spiritûs

Noverat nimirum Vir spiritu Dei plenus, verbis & sententiis Biblicis quendam cœlestem vigorem inesse, ut pii Lectores non rarò cum S. Petro *n* exclament: *Domine ad quem ibimus?* Tu solus doces veram sapientiam: *verba vitæ æternæ habes*, quæ, Te donante pium, & obsequentem discipulum illuminant, & inflammant, dirigunt, & animant, efficiúntque doctiorem, & meliorem.

3. execrabilis inferno

Hæc bona bene novit omnium bonorum hostis diabolus. Quare nihil solertiùs agit, ac ut homines ab usu Sacræ Scripturæ abducat. Mentitur illam ænigmatis scatere inaccessis, aliósque proponit libros velut magis utiles ac jucundos, ut à sacra ad profanam lectionem traducat. Si sic votis potiri nequeat, ad alia convertitur arma, & dolis tœdia miscet. Unde pius asceta, *diabolus, o* inquit: *nullò modò magis convincitur, & confunditur; quàm cùm ei à fidelibus Scriptura Sacra objicitur.* Nec quisquam inscitiam causetur, Clypeus enim est sacra pagina: etiam ab imperito agonotheta inferis objecta pro mille mœnibus esse potest. Quæ res magno Abbati Anglorum Gilberto de Hollandia tam explorata visa fuit, ut cuique non tantùm sacrorum virorum, sed etiam sacrarum virginum diceret hortans: *Memento p os tuum cœlestibus osculis, & oraculis consecratum. Sacrilegium puta, siquid non dulce, non divinum, non de sancta pagina sonet.*

jucunda universis.

Et quæ Dei pietas est, nec illi quicquam opponere queunt, qui eloquentiæ ornatum in libris sectantur. Siquidem teste *q* Ven. Beda *Sancta Scriptura cæteris omnibus scripturis non solùm auctoritate, quia divina est; vel utilitate, quia ad vitam ducit æternam; sed & antiquitate, & ipsa præeminet positione dicendi.* His, aliisque causis permoti Sanctæ Ecclesiæ palatini, Doctores, & Patres intelligo, sese vehementiore, ac dici queat, affectu ad legendum sacras paginas incitârunt.

4. Æstimatur maximi

II. Magnus Cantuariæ Doctor Anselmus hîc propè metam votorum, precúmque suarum invenisse videtur. Aliquando Deum compellans; *per Scripturas, p* inquit:

quit *r*: *tuas rationi meæ conferas gustare, & videre, quomodo florens hic mundus tanquam spongia maris est, & omnis concupiscentia ejus aceto amarior.*

Qui in hoc alveari mella reperit, ei deinceps omnis mundi voluptas absynthium videtur, & cum Spanheimen. Abbate *q* proponit: *Omnes mundi honores, atque divitias, quamdiu vixero, studio postponere decrevi Scripturarum.* Præfertur omnibus dignitatibus

Neque hæc decreta fuerunt inania, sed innumeros protulére fructus, uti patet unam, alterámve insignem bibliothecam lustranti. Nam ecce! primo statim aspectui integer ibi vastorum voluminum exercitus objicitur. Si illorum nomina quæras; fuére Hieronymi, Augustini, Ambrosii, Gregorii cum innumeris prope sequacibus. Nullus Ordo vel status Ecclesiæ est, qui per viros illustres & insignia commentaria in Sacram Scripturam ingentem splendorem è sacris paginis non receperit. Quantum gloriæ suis commentariis clero contulerunt Franciscus Salesius, & Alphonsus Tostatus? Ordini S. Basilii ipse Basilius, & Joannes Chrysostomus? Ordini S. Augustini (Nostrates consultò taceo) Hugo à S. Victore, & Ægidius Columna? Ordini Carmelitano duo Thomæ, à Jesu, & Waldensis? Ordini S. Francisci S. Bonaventura, & Alexander Alensis? Ordini S. Dominici Hugones duo, Cardinalis, & Carensis? Nec priscis Ordinibus cedunt novi: cui ignotus est è Soc. Jesu Cornelius à Lapide? ex familia Theatina Aloysius Novarinus? ex Capucinorum Jacobus Boalduc? ex aliis alii? Si verò virorum istorum dotes nosse velis; fuére sanctitate & scientia clarissimi, fulcimenta Ecclesiæ, luminaria mundi, duces ad omnem virtutem expertissimi. 5. Illustratur commentariis

Eorum multi ut in tam difficili provincia satis instructi comparerent, summis laboribus sacrarum linguarum, præter Latinam, Græcæ, Chaldaicæ, & Hebraicæ, sibi peritiam comparârunt. B. Rhabanus, Isidorus Clarius, Ambrosius Camaldulensis, aliique, quos *r* alibi referam, velut inter Græcos, aut Hebræos nati fuissent, tam eruditè illorum idiomati insueverunt. peritiâ linguarum

At longè plures afferre possem, quibus sacræ paginæ lectio adeò crebra, fervidáque fuit, ut potiorem illius partem memoriâ retinerent: ut videre est in vita S. Germani, S. Theoderici, S. Guntheri, S. Ansemi Ep. Luccen. S. Gregorii Papæ, aliorúmve Divorum. 6. Mandatur memoriæ

III. Ex his ultro liquet, quàm crebrò sacra volumina legendô, & relegendô versârint. Alphonsus Aragoniæ Rex utrumque Testamentum quater decies (quis non miretur tantam in regia purpura diligentiam?) quater inquam decies, neque cursim, sed presso vestigiô unà cum commentariis evolvit. In Regum, & Cæsarum pulpitis sacros libros cernimus, & nos tœdiosuli integros dies, & menses à saluberrimo hoc labore vacuos abire non lugemus! Multi in dulcissimo Dei verbo, nescio quid amaroris comminiscuntur. Sed Trithemius hæc commenta refutans; *non est in eo* inquit *u*: *fastidium: usu placet, negligentiâ displicet, & quantò plus legitur, tantò ampliùs amatur.* 7. Legitur frequenter

Nil homini meliùs, quàm si divina legendô
Figat ibi mentem, quo sibi vita venit.

Si me porro longiùs digredientem audire dignaberis, referam ea rerum momenta, quæ si non admirationem, imitationem certè nostram superant. *x* S. Cuthbertus ille magnus Britaniæ Præsul divinos libros instar hierothecæ pendulos è collo gerere solitus, primo sui aspectu demonstrare voluit gentilitiam Christiani notam è Sacris Bibliis repetendam esse. 8. Gestatur è collo

)()()(Cuth-

Cuthberto prævivit S. Columbanus, & S. Bonifacius, ac ipse Deus, qui per omnium elementorum ministeria fideles docuit colere divinos libros & revereri. Lege, si placet, res gestas à S. Edmundo, cui ignis; à S. Saturnino, cui aër; ab aliis Dei Servis, quibus terra, & aqua in Sacri Codicis tutelam sua obsequia, velut ratione pollerent, contulerunt.

9. Præcipitur ejus lectio

IV. Sed quod elementa prodigiis, hoc Ecclesiæ Præsules decretis egerunt. In sacris apud Cloveshovium comitiis sanxerunt, ut sanctarum litterarum lectioni quique Viri Ecclesiastici, quin & pueri, magistrorum ductu solerter insuescerent, y ajúntque *dolendum esse*, sicubi ab hac saluberrima consuetudine descitum fuisset, nullíque parcendum labori, ut illa denuò restauretur, & isti *eruditi demum fiant ad omnimodam Ecclesiæ utilitatem.*

10. Describitur frequenter

Hæc sacrarum Paginarum religiosa, & reverens observantia ceu fœcundissima parens peperit libros ceu proles toti Christiano orbi in subsidium destinatas. Si singulas afferrem, in amicæ brevitatis leges peccarem. Unam produco piam sedulitatem, quæ parturivit millies mille Sacrorum Bibliorum ubique gentium exemplaria. Vix ullam reperies celebrem ab antiquitate bibliothecam, in qua sacer Codex diligentissima manu aurô, miniô, virgineóque pargamenô pretiosus non asservetur.

11. Complectitur omnes sciencias.

Nec mirum. Nam ut Theologorum Phœnix z Augustinus [Hîc philosophia: quoniam omnes omnium naturarum causæ in Deo Creatore sunt. Hîc ethica: quoniam bona vita, & honesta non aliunde formatur; quàm quum ea, quæ diligenda sunt, & quemadmodum diligenda sunt, diliguntur, hoc est Deus, & proximus. Hîc logica: quoniam veritas, lumenque animæ rationalis non nisi Deus est. Hîc etiam laudabilior reipublicæ salus: neque enim optimè custoditur civitas, nisi fundamento, & vinculo fidei, firmæq; concordiæ, quum bonum commune diligitur, summum, atque verissimum, quod Deus est.] Inde, velut sol vim suam in omnia sublunaria dispensat, ita sacer Codex in omnia Deo subdita pectora. Siquidem (ut aa iterum laudatus Doctor) *sic loquitur Scriptura, ut altitudine superbos irrideat, profunditate attentos terreat, virtute magnos pascat, affabilitate parvulos nutriat.*

pro omni hominum conditione,

12. Revolvitur in mente assiduò

Quòd si parvulos hac affabilitate nutritos solùm nominare velim, quando nominandi finem fecero? Multos sacri fasti ex omni ordine viros exhibent, qui integros dies sine cibo, potúque traduxerunt, sed ne horam quidem, quâ non quandam Oris Divini sententiam veluti quoddam dulciarium ruminarentur, eximio nobis facti exemplo longè magìs necessarium esse cibum mentis, quàm ventris. Plurimi referuntur, quibus, seu ederent, seu biberent, seu aliud quidpiam agerent, sacræ Scripturæ nunc iste, nunc ille versiculus mel in ore fuit, & refectio in mente.

13. Adhibetur ad preces jaculatorias

Alii his sententiolis utebantur ceu ignitis jaculis. Lego B. Rupertum Tuitiensem, & S. Rusticulam singulari Dei donô Psalmos in somnis quoque ruminâsse. Noverant nempe, quod nuper litteris bb consignavit Card. Bona: *Nihil Deo gratius esse potest, quàm si verbis à Spiritu sancto dictatis eum alloquamur.* Neque nobis quicquam ad virtutis profectum utilius afferre possunt spiritualis vitæ magistri, quàm sacrorum librorum doctrinam, *in quibus* (ut cc iterum optimè Bona) *quot apices, tot mysteria; quot verba, tot sunt incentiva nostri erga Deum amoris.*

14. Suppeditat arma contra quosvis hostes.

V. Quod si verò benevole Lector Dei vocatio, vel gratia ad eum te gradum provexe-

vexerit, ut non tantùm velis, & debeas amantiſſimum Deum ſerventer amare; ſed etiam illius honorem contra quosvis hoſtes propugnare; en tibi Sacer iſte codex erit inſtar inſtructiſſimi armamentarii. Nam inde deprompta arma orcus pertimeſcit, & orco confœderati hæreſiarchæ, adulterinæ doctrinæ fabri: quidquid enim erronum, vel errorum ullibi in Eccleſiæ faſtis reperimus, divinorum librorum auſpicatiſſimis armis per Chriſti gratiam feliciter debellatum fuit. Nondum Eccleſia primi ſæculi infantiam evaſerat, jam à duodecim hæreſibus, velut totidem Furiis impugnabatur. Sæculo ſecundo, velut in pueritia quatuordecim; in tertiô ceu in juventâ nil pauciores; in quarto velut in ætate virili ſeptemdecim hæreſum aſſultus pertulit; ſed ad tot hoſtium incurſus ſub ſacrorum Bibliorum clypeo non ſolùm tuta ſtetit, ſed & glorioſa triumphavit.

Atque hæc, benevole Lector, momenta meo quoque animo quoſdam igniculos injecerunt, ut operam arcanis ſanctæ religionis litteris dedicarem, eo ſaltem fructu, & profectu, ut hæc ipſa Latino-Germanica divini Codicis editio illius quædam particula ſit, & progenies. Nam

a l. 1. *Hom.* 5. in Ezech. b *l.* 4. *epiſt.* 31. c *l* 2. *vit. c.* 1. d *fol.* 369. *Chron. Lirinen.* e *tr. de Sacrif. Miſs.* f *Ser.* 1. *Septuag.* g *Sur* 5. *Jan.* h *Id* 1. *Jan.* i *l.* 8. *Conf. c.* 12. k *Rom.* 13. 13. l *Ribaden. in vit.* m *de vit. ſua c.* 34. n *Jo.* 6. 69. o *l.* 4. *Spic. Mabil.* p *Ser.* 18. *in Cant.* q *tom.* 1. *de ſchem. S. Script.* r *Med.* 9. s *Trith. Hom.* 5. t *Glor. S. B. ep.* 4. u *l.* 2. *ep.* 28. x *in vit.* y *Ann. Mab. ad an.* 797. *n.* 19. z *ep.* 8. *ad Voluſ.* aa *l.* 2. *in Gen. c.* 19. bb *In via Compend. c.* 8. *n.* 1. cc *cit. c. n.* 2.

§. II.

Origo hujus editionis.

I. Ut primùm ex ſtrepitu Scholarum in cellulam meam reverſus ſum, mox animum ad ſacram ſcripturam appuli. Ne verò bene cœptis deforet conſtantia, huic labori ſingulas ſaltem cujuslibet hebdomadæ ferias ſextas addixi, lecta, & intellecta in ſuos quæque locos juxta regulas *Artis Memoriæ* digeſſi. Ac ut ordo rebus, etiam vulgaribus, decorem conciliare ſolet, decor autem illicium labori; paucos inter annos ex ſacræ ſcripturæ theſauris tam inſignes opes convexi, ut viris eruditis dignæ viderentur, quæ in publica Eccleſiæ emolumenta prodirent. Sed ego veritus, & veneratus ſæculi noſtri eximiam eruditionem, meæq; tenuitatis probè gnarus, atque ex reverentiâ, quæ ſacris Libris debetur, ſatiùs exiſtimavi deliteſcere ſub umbrâ ſecurus, quàm in apricum prodire temerarius: more cunctantium proceſſi, ut mora & tempore magiſtrô, quietius diſcerem, quæ fortè piiſſimus Deus quali quali mea operâ dignaretur docere. Rebus igitur ſæpiùs diſcuſſis, accedentibus etiam eorum conſiliis, quorum monita velut imperia colere debeo, in eam ſententiam deveni, quæ hujus novæ Latino-Germanicæ editionis mater & auctrix dici jure poteſt. 15. Confert materiam multiplicem

Cùm enim viderem, ad Operis (quod molior, & cujus nomen ac methodum conſultò taceo) emolumentum plurimum lucis, & utilitatis acceſſurum, ſi eidem præmitteretur ſacra Scriptura bilinguis, neceſſariis ſcholiis, ſeu notis inſtructa, no- 16. ad opus novum.

va quoque Concordantiarum (ut vocant) ratio ; consilia in varias partes verti. Sed moles rerum, accedente virium, temporísque inopia spem meam prope omnem felici fine potiundi everterunt: quam cùm prope depositam, in *Gloria S. P. Benedicti* construenda occupatus, deplorarem, illam subitò restituit Casparus Erhard SS. Theologiæ Doctor Parochus in Parr, meúsque colendissimus Germanus; hic suam mihi operam ad perficiundum sacræ Scripturæ Opus lubens obtulit. Pias manus Viri, cui prima Grammatices rudimenta debeo, tam lætus admisi, quàm sollicitus: lætus ob offerentis charitatem, sollicitus propter oblati auxilii magnitudinem. Operam igitur partiti junctis viribus spe majores progressus fecimus, atque intra brevius, ac sperabamus, tempus operi ultimam manum imposuimus. Quid verò ipse laboris, & consilii ad novam hanc editionem contulerit, impellente gratitudinis affectu libens dicerem: nisi ipse dicere prohibuisset. Itaque Deum omnium bonorum fontem rogo, ut nostram operam ad Ecclesiæ suæ emolumentum in multorum commoda derivare, ac studiosos, pióśque Lectores ad eruendos S. Scripturæ thesauros & sensus non tam per nostra summaria, & marginalia, quàm per sua lumina deducere dignetur. Talis autem est

§. III.

Operis totius Oeconomia.

17. Editur bilinguis

I. PRimò quidem tam Latinum, quàm Germanicum textum utrinque ad examen vocatum sic oculis subjectum habes, ut versus versui ad majorem fidem ex æquo respondeat. Capita in suas, & ferme tres, partes divisa, aptísque (ut vocant) summariis præmunita studium S. Scripturæ facilius reddere queunt. Cúmque idioma germanum in varias veluti sectas partitum, ferè ad nullas certas Grammaticæ leges astringi se patiatur; eam verborum amussim selectam volui, ad quam ætas nostra, cultiórque Germania suam linguam exigere solet. Vocum vernacularum orthographiam breviorem ferè sequor.

18. cum notis. fultis auctoritate Doctorum,

Ne verò verborum vel abdita significatio, vel sensus absconditus lectionem moretur, in margine illorum explicatio breviculis notis apponitur. Notis plerumque nullius Doctoris auctoritas adjicitur tum causa brevitatis, tum ne cumulata marginalia moram injicerent legenti. Dabunt tamen æqui rerum arbitri nobis fidem, quam nos iisdem damus à quibus illas accepimus. Nam præfatas notas cum selectu ex optimis Auctoribus desumpsimus, quos inter honoris ergo nominamus Jacobum Tirinum, Emmanuelem Sà, utrumque è Soc. JESU. Qui in SS. Patribus peregrinus non est, in his notis sæpè gustabit rorem B. Rhabani Mauri, mella S. Bernardi, solidum panem S. Gregorii M. Nonunquam advertet sua

fercula

fercula apponere B. Petrum Damiani, Rupertum nostrum Tuitiensem Abbatem, Siquando alii, velut S. Augustinus, Irenæus, Cyprianus, Leo, sua symbola contulére, suo nomine sunt expressi. Capita verò, seu locos, ex quibus profeci, tuo bono tacui, nempe ut parcerem oculis tuis & sumptibus.

19. & locis parallelis;

Porro cùm Notæ, si jungantur sententiis cognatis amplissimam dicendi materiam præbere soleant: ubique in margine apposui locos parallelos. Sic statim primo versui sacræ scripturæ: *in principio creavit Deus cœlum, & terram*, leg s *Ps. 32. 6.* & *135. 5.* Eccli. *18. 1.* Act. 14. 14. & 17. 24. Si jam ipsas sententias quærere velis, reperies, 1. *Verbo Domini cœli firmati sunt: & spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* 2. Deus *fecit cœlos in intellectu: quoniam in æternum misericordia ejus.* 3. Deus, *qui vivit in æternum, creavit omnia simul.* 4. Deus, *qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt.* 5. *Deus, qui fecit mundum & omnia, quæ in eo sunt, hic cœli, & terræ cùm sit Dominus, non in manufactis templis habitat.* Viden' benevole Lector, quàm amplius excurrendi campus paucis illis margini affixis numeris aperiatur? excurrendi inquam in Dei potentiam charitatem, & sapientiam. Si porro velis ista ad pondus Sanctuarii expendere, intelliges unam sententiam alterius esse nunc Paraphrasin, nunc ornamentum, nunc lucem, nunc grande contra hæresin firmamentum. Si præterea, (quod optem) parallela revoces ad locos Rhetoricos, non poteris non obstupescere ad fœcunditatem Sacræ Scripturæ. Maneamus in præmisso exemplo Gen. 1. 1. & juxta leges *Artis Memoriæ*, quam Anno reparatæ gentis humanæ 1715. (tertia námque pars totam Rhetoricam complectitur) in hunc potissimùm finem edidi, habes in prima sententiâ causam efficientem: *Verbo* cœli firmati sunt: in alterâ intellectum divinum esse productivum rerum, & finem misericordiam Dei: in tertiâ habebis modum creandi in instanti peractum: in quartâ miraberis materiam creationis, ad quam reducuntur omnia visibilia, ut & invisibilia, quæ in quinta sententiâ exhibentur. Ex quibus omnibus intelligis parallelorum tam utilitatem, quàm jucunditati mixtam in sacro Codice facilem proficiendi methodum, quibus si verbi divini præco admisceat dicta quædam SS Patrum, unam alterámve historiam; nescio an non confectum sermonem habeat, qui mereatur, & possit ad insignem concionem dici. Ut verò eadem componendi ratio ubique habeatur expedita, omnium Evangeliorum initia & fines ordine S. Scripturæ occurrentium designata tenes; quorum multiplicem fructum, ut experientia Magistra brevì capias, Deum precor.

Signis Jucentibus in notitiam Evangeliorum;

20. Chronologiâ tam orbis conditi, quàm Christi nati.

Præterea ubicunque ferè mentio temporis in sacro Codice desideratur apposui Chronologiam, eámque binam. Ex primâ condisces annum ab orbe condito, ex alterâ numerum annorum ad Christum natum. In utraque tamen sententiam nostram non vendimus tamquam indubitatam, sed volumus subintelligi juxta Chronologiam Recentiorum, breviorem, item vocabula circa circiter &c. Siquidem ex regulis nostræ Chronotaxis mundus ex nihilo prodiit annis quater mille ante veram nativitatem Christi, sed ante Æram vulgarem ab eadem nativitate annis quater mille & quatuor. Si deinde Christum contra vulgi opinionem pro gente humana mortuum dicimus anno ætatis suæ 37. hîc forsan benevole Lector anceps hærebis, nósque præfidentiæ argues. At scias nos nec solos

nec primos esse qui hanc sententiam seu breviorem tuentur Chronologiam. Duces sequimur bonos, probatos & Catholicos, nempe doctissimos Chronologos, Abbatem de Royaumont, item Vallemontium, & nostrum Gilbertum Genebrardum, aliósque viros eruditione, & religione in paucis conspicuos. Siquis velit alios sequi à nostra Chronologiâ discedentes, nil discepto; confido tamen me sub tantorum virorum clypeo contra zoilos tutum fore.

21. firmatâ exacto computu Doctorum Si verò quæras, cur à Martyrologio Romano, communíque eatenus fidelium sensu secedamus respondemus, quod Ducibus nostris absque nota sinistræ opinionis licuit, id nobis licere; imò nos studiosè breviorem Chronologiam adnotare: quia ut nôrunt omnes Orthodoxiæ Doctores variæ æræ in Martyrologio referuntur & æra nostri Dionysii Exigui quamvis ab Ecclesia Catholica multùm usurpetur; non tamen ab ea est canonizata, seu ut infallibilis approbata: quod hisce volumus ostendere & simplices docere. Existimamus enim fore ad Dei gloriam & Ecclesiæ Catholicæ emolumentum refutare paradigmata dicentium vel opinantium: Omnia continuò de fide esse, quæ Ecclesia tenet, tolerat vel usurpat. Sic ipse Evangelista opinionem quæ apud primos Christianos communis erat & vulgata de morte sua refutans scribit: (a) *Non dixit ei JESUS: Non moritur, sed: Sic eum volo manere.* Scilicet in ejusmodi quæstionibus, quæ fidei dogmata & morum documenta non concernunt, Deus studia nostra tam diu probat ut bona, quàmdiu duces sinceros vel in historia vel in Theologia sequimur, dummodò parati simus ipsos respuere, & sequi Ecclesiam, si quid ipsa certi definiret. Ideò hic palàm profitemur, paratos nos esse ad recantandam palinodiam, si in computu nostrô error nobis à quopiam harum rerum experto ostendatur: & studebimus, si hoc Opus propitio Numine secundam lucem videbit, omnia sphalmata, ubi ubi irrepserint, summa fide repurgare.

22. cum Synopsi singulorum librorum, uti Superessent nonnulla alia, quæ facta sunt & bono tuo benevole Lector in hac editione consecrata commemorare: sed ne longior sim, perlustrato vestibulo antequam ipsum Divinorum Librorum sacrarium ingrediamur, singularum partium rudem saltem notitiam nobis comparemus.

(a) *Joan.* 21. 23.

§. IV.
Omnium Sacrorum Librorum Synopsis.
Liber Genesis.

23. Geneseos, ENarrat Dei omnia ex nihilô creantis potentiam, & omnia creata gubernantis sapientiam, generis humani lapsum, & pœnas, inter quas Pentapolis conflagratio, mundique cataclysmus maximum horrorem meretur. Complectitur insuper præclara gesta Patriarcharum, qui suis præclaris operibus Christi beneficia & mysteria præfigurabant. Continet universim 2369. annorum historiam, ex qua condisce damna peccati originalis, & horrorem actualis, exercitium patientiæ, conformitatis, & justitiæ.

Exodus.

Exodus

Refert duram Ægypti servitutem, Moysis incunabula, horridas ultore Deô plagas, tum historiam populi per mare rubrum transeuntis, inde iter per desertum peregrinantis, pluvias mannæ cœlestis, datam in monte Sinai legem, fabricam tabernaculi. Continet res per 145. annos gestas, quibus (ut B. Rhabanus noster testis est) penè omnia orthodoxæ Ecclesiæ sacramenta mirificè adumbrantur, ostenditúrque Dei providentia amicos suos tuentis, erudientis & exercentis. 24. Exodi.

Leviticus

Nomen sortitus à Levitis, quibus prolixè leges, & cæremonias præscribit, ordinat quoque sacrificia, vota, & velut generales rituum, & Religionis tabulas; quas quisquis relegit, reperiet figuras SS. Eycharistiæ, Sacrificii Missæ, incentiva Deum ferventer colendi. 25. Levitici.

Numerorum Liber

Ita inscriptus à numeris, quibus electus populus sæpè recensitus dicitur. Exhibet res gestas per annos ferè 39. à secundo nimirum mense anni secundi post exitum ex Ægypto usque ad mensem undecimum anni quadragesimi. Obstupesce Moysis labores, & justitiæ divinæ rigorem; disce Deum timere, disce patientiam & mansuetudinem cum obedientia conjungere. 26. Numerorum.

Deuteronomium

In eo quasi pentateuchi epilogo repetuntur Dei beneficia populo collata & leges in Exodo, Levit. & Num. descriptæ explicantur. Sed quæres cur Deus leges vix ante duo lustra latas, jam iterum velut abrogatas, restauret? Ut fœdus cum Patribus initum, qui in pœnam murmuris Num. 14. jam mortem oppetierant, cum filiis iterum renovaret, ac inde major legum observantia subnata animos in divino cultu magis stabiliret. En rem admiratione dignissimam: ubi Moyses Deuteronomium ad concionem multorum millium hominum dixerat, inde eo velut in testamenti vicem relictô, post datam populo benedictionem montem Nebo ascendit, ac procul omni homine in Angelorum ministerio mortem doloris expertem in eodem monte obivit. Erántque sui relicta desideria pro stimulo legis gnaviter observandæ. Venerare in Moyse imaginem Christi & Patriarcharum novi testamenti, qui videlicet Religiosis Ordinibus in Ecclesia originem & leges in Christo dederunt. 27. Deuteronomii.

Liber Josue

Ipsum Josuen auctorem, & materiam habet, nam pertexit historiam belli, quô terra Chananæa Israëlitis ipsomet imperatore subjecta fuit. Emicat in toto libro mira Dei providentia, in promittendo liberalitas, & fidelitas in solvendo, quæ integro horrifici belli septennio spectatissimæ magnam in periculis divinæ gloriæ causâ adeundis fiduciam præbebant. Josue verò bello feliciter confectô secutam pacem, decem, aut undecim annis, quibus adhuc populo præfuit, in reipublicæ commoda tam gnaviter adhibuit, ut meritò inter heroës domi, militiæque claros numerari omnibus ex titulis mereatur. 28. Josues.

Liber Judicum

Auctorem, ut fertur, habet Samuelem, nomen à judicibus seu vindicibus illis, qui gentem Israëlitidem quà consiliis, quà armis à potestate Philistinorum, aliorúmque populorum liberârunt. Ex hoc libro discimus à sincero Dei cultu, seu vera fide, & religione omnem reipublicæ quietem dependere. Judicum verò munus fuit populum è servitute vindicare, bello præesse, & jus dicere: regimen eorum Monarchicum fuit, non tamen regium. Licèt enim populo tantùm unus præesset; non tamen poterant leges condere, tributa impo- 29 Judicum

nere, aut regiæ dignitatis insignia præferre. Numerô fuêre quindecim, omnes Sancti excepto Abimelecho, qui fratrum cæde ad principatum grassatus mali principis imaginem, & nomen reliquit. Primus ordine temporis Othoniel fuit, postremus Samson, omnes simul compleverunt in regimine septendecim supra trecentos annos. Juverit hîc audire Tuitien. Abbatem nostrum de his heroibus ita disserentem [Erant, a inquit: unici, & veri Salvatoris (JEsu Christi) vicarii. Salvatio per illos duplici modô, videlicet judicandô, & præliandô administrabatur: judicando quippe populum ab idolorum servitute prohibebant: præliandô ipsi in fronte gradientes de hostibus fortiter vindicabant. Erant ergo in disciplinâ Judices, in præliô duces, in utroque salvatores, Sacramenta, victoriásque Salvatoris æterni gestis præclaris, & victoriis mysticis præfigurantes.

Libellus Ruth

Ruth. LIcèt sit incerti Auctoris, Canonicus tamen est ex definitione Concilii Florentini & Tridentini; & divinitus scriptus est, ut Christus, quem veluti finem tota Scriptura respicit, ex tribu Juda natus ostendatur.

Libri Regum

30. Regum, REcensent res humanas ut à Dei providentiâ gubernantur; docent prudentiam sacram, qua imbutus animus Deo religioso cultu firmiter adhæret; exhibent epitomen sacræ Politices, ac proinde Regibus, & Principibus perutiles, si ex illis condiscant, regnorum quantacunque sint firmamenta, eadem quantocyùs prolabi, nisi à veri Dei religione stabiliantur.

primi Primus Liber narrat historiam sub Judicibus Helî, & Samuele, nec non sub Rege Saule per unum, & centum annos gestam; quibus adjunge pleraque Davidis facinora, & mirificæ charitatis erga inimicos exempla.

secundi, Secundus complectitur historiam 40. annorum à morte Saulis usque ad gloriosum Davidis obitum. Disce humanæ inconstantiæ vicissitudines, & ferream necessitatem patiendi omnibus Deo servire cupientibus indictam. Tertius

tertii, Incipit à regno Salomonis, refert decem tribus à tribu Juda ingentî divini honoris detrimento divulsos, acerba dissidia, & prælia Regum Israel, & Juda. Continet res per 126. annos mirabili eventu gestas. Disce ambitionis &, discordiæ damna, idololatriæ nefas & grandia detrimenta.

quarti, Demum quartus recenset acta sedecim Regum Juda, & duodecim Israelis. Insperguntur excolendis moribus præclara Eliæ, & Elisei opera. Estque historia 308. annorum.

Liber Paralipomenon

31. Paralipomenon, SUpplent ex actis publicis (unde & nomen sortiti sunt) gesta, quæ libris Regum deerant, aut leviter duntaxat sunt tacta. In libro priore recensentur gentis Hebraicæ incunabula ab Adamo ad reditum usque è captivitate; repetitur historia Davidis usque ad regnum Salomonis.

Esdras

32. Esdræ primi, FIlius Saraiæ Summi Pont. à Nabuchodonosore decollati, frater Josedeci cum eô Babylonem in captivitatem abductus, & in lege versatissimus primum librum qui ab auctore nomen sortitus est, conscripsit & refert completis jam 70. captivitatis annis gratiam Cyri primi Persarum Monarchæ concedentis potestatem reducendi Judæos Hierosolymam, instaurandíque templum. Debemus ergo & Esdræ hanc 82. annorum historiam, imò prope totam Sacram Scripturam. Hanc enim ipse injuriâ temporum plurimùm depravatam correxit.

secundi, Alter Esdræ liber à Nehemiâ in litteras missus & editus itidem nomen ab Esdrâ recepit, quia multa ejus præclara gesta refert; & complectitur chronotaxin 21. annorum.

a l. 4. de vict. verb. Div. c. 6.

§. V.

§. V.

Adducuntur aliorum librorum summa Capita, scitu multùm necessaria.

Tobias.

IN scenam producit eximiam Dei in suos charitatem, mirifica pietatis, & patientiæ exempla, varias humanæ sortis vices. Scriptorem habet Tobiam Seniorem ad c. 13. inde Juniorem ad v. 16. cap. 13. Consequentia auctor anonymus adjecit. 34. Tobiæ

Judith

HEroidum princeps, devictô potentissimô Assyriorum tyrannô exhibet (ut noster Rhabanus docet) victoriam animæ de diabolo, & triumphum Deiparæ Virginis capite serpentis contrito. 35. Judithæ

Esther

DOcet deprimi superbos, & humiles cum Mardochæo & Esthere exaltari. Complectitur præclara documenta & figuras de Christo, B. V. ejus Matre, & Ecclesia. Narrationem auspicatur ab an. m. c. 3483. Estheris

Job

AB ipsomet Jobo in litteras datus varia morum documenta præbet, præcipuum, quod in mortali vita non soli peccatores adversis à Deo premantur. Hic liber, inter omnes divinarum tabularum reconditissimus, recipit ingentem lucem è calamo S. Gregorii M. qui 35. Moralium libros in Jobum edidit. Acta Jobi ferè inchoant circa an. m. c. 2520. 36. Jobi.

Psalterium,

UT magnus divini codicis Magister Cassiodorus ait, *a* est quædam cœlestis sphæra, stellis densa micantibus, & paradisus eximiis fructibus refertus. Præcipuum post Deum auctorem agnoscit Davidem Regum Sanctissimum, cui cœlesti dono eximia est collata gratia divinas laudes præcinendi Ecclesiæ & Synagogæ: hinc *egregium Psalten Israel* se appellans, eam prærogativam Deo in acceptis refert: *Spiritus Domini*, *b* ait, *locutus est per me, & sermo ejus per linguam meam.* *c* B. Alcuinus noster Psalterium ceu pingue convivium accedere solitus, nihil nisi divina carmina eructare poterat, & in tanti boni communionem quosque peramanter invitabat. S. Elisabetha Schœnaugien. nostra quoties publicas calamitates fortiter propulsare, Sanctósve Cœlites eximio cultu afficere vellet, quinquaginta Psalmos recitare solebat *d*. Mirare alterum sexûs muliebris miraculum S. Lutgardim. A cœlesti Sponso tam mirabilem gratiam, ut vocant, sanitatum accepit, ut solo tactu, vel salivâ omnis generis morbos, quin & labeculas corporis abstergeret. Itaque catervatim ægrorum greges ad parthenonem concurrerunt. Sed ipsa ex accurrentium tumultu *e* disciplinæ malè timuit, Christúmque ardentibus precibus interpellans, ut hanc gratiam sibi auferret, optionem alterius cœlestis muneris accepit. Ecce tibi! Aperiuntur Virgini divinorum thesaurorum plena scrinia. Inopes nos copia fecisset; Ipsa nil hæsitans ex omnibus unam Psalmorum intelligentiam petiit, & impetravit. Profectò videtur Deus nunquam liberalior esse ac dum verbis Psalmorum interpellatur, aut eorum scientia petitur. Et plerumque quos eximiè amat, hanc eis sui amoris tesseram præbet, ut intelligant, vel conentur intelligere, quàm *f desiderabilia* sint *eloquia* Sacræ Scripturæ. Atque si perseverent per diligentiam, experiuntur illa *dulciora esse super mel, & favum.* Certè S. Patriarcha noster ingentem Filiorum Filiarúmque gregem post se trahit, qui quotidie præter statum precum canonicarum pensum totum Sacrum Psalterium 37. Psalterii

per-

persolverunt. Reverentiæ causâ nominabo S. Placidum, & S. Maurum, S. Aldhelmum Ep. Schireburnen. cum S. Sequano Abbate, B. Leonem IX. cum S. Udalrico Ep. Augustano, S. Willehadum cum B. Petro Urseolo, aliisque. Silere non debeo ex fastis nostris B. Dominicum Loricatum, qui intra unius diei, noctisque spatium nonnunquam novies omnes Regii Vatis Psalmos non cursim, sed presso pede percurrisse dicitur, & quidem (quod omnem admirationem superat) inter cruenta flagella, aut brachiis in modum crucis extensis. Sed ne multitudine te obruam, nostros tantùm Camaldulenses (quos perpetuò inclusos vocant) affero. Hi viri, quibus cibus, & vita preces sunt, jure Regulæ se obstrictos profitentur ad Psalterium quotidie recitandum, in quam consuetudinem alii plurimi tum ex nostrâ, tum ex aliis Religiosis familiis concesserunt. Istis autem prolixiùs recensendis inhæsi, ut omnibus constet, qua animi præparatione oporteat orchestram accedere cytharâ Davidica personantem; ac insuper legendum, studendum & Numen precibus interpellandum esse, ut intelligamus *carmen Dei nostri.*

Proverbia

38. Proverbiorum

PRæbent ingentem sanctorum præceptorum apparatum præsertim pro incipientibus, eorum animos instruunt in usu veræ sapientiæ, in officiis erga Deum, & hominem. In exarando nobilissimo hoc librô Spiritûs Sancti amanuensis fuit hominum sapientissimus Salomon.

Ecclesiastes

Ecclesiastæ

ET nomine & re Concionator concionatur, proficientibus de rerum mundanarũ contemptu, suadet uniusDei constantem cultum. Totus in eo est, ut homines ad pietatis, & humanitatis officia revocet. Ideo mortis, judiciique terrores denuntiat, ut eos in bene cœptis stabiliat. Multorum fert opinio, nobilem hunc librum ex calamo Salomonis fluxisse, cùm rerum omnium vanitatem experimento didicisset, è gravissimo suo morum lapsu ad Deum per pœnitentiam reversus.

Canticum Canticorum

39. Canticorum

SOrtitur nomen à sui præstantiâ, ut liquet ex Hebræo genitivo. Estque dialogus inter Christum, & Ecclesiam, & quamcunque piam animam. Christus agit munus & personam magistri ac sponsi, tradens sponsæ & discipulæ sublimem morum, fideique doctrinam illámque miris donis, & laudibus exornat. Atque vicissim Ecclesia (& per excellentiam Virgo Deipara Sponsarum excellentissima) aut quælibet pia anima sustinet personam triplicem discipulæ, sponsæ, & magistræ: sollicitè enim discit; & quæ didicit in alimentum amoris erga sponsum assumit, & amandi artes docet filias suas. Stylus ubique ardet, & juxta amantium indolem ab affectu abripitur in varia subitò objecta. Universim totum Opus vitæ contemplativæ vacantibus, virisque perfectis est longè utilissimum. Hinc, ut *g* inquit Mellifluus Doctor hic liber, non nisi sobriis mentibus, & auribus credendus est. Alioquin ante carnem disciplinæ studiis edomitam, & mancipatam spiritui, ante spretam, & abjectam sæculi pompam & sarcinam, indignè ab impuris lectio sancta præsumitur.] Et aliàs suos instruens discipulos, qua mente hoc Canticum legendum sit [Ne turpium, quod absit, *h* ait: amorum videamur lenocinia recensere, afferte pudicas aures ad sermonem, qui in manibus est de amore: & cùm ipsos cogitatis amantes, non virum, & fæminam, sed verbum, & animam sentiatis, oportet.] Apage igitur Rabinorum fabulas de amoribus Abisag Sunamitidis, vel filiæ Pharaonis. Nullæ hîc Cypridis artes, sed faces, queis ardent Seraphini.

Liber Sapientiæ

40. Sapientiæ

AGit de Sapientia tam creata, quàm increata: ab utraque nomen hausit: ac divisus in tres partes; in prima usque ad c. 7. hortatur ad amorem sapientiæ, in secundâ usque ad c.

10.ex-

ro explicat originem: in tertia producit effectus. Ac proin restaurandis moribus plurimùm inservit. Quis libri sit auctor, an Salomon, sub judice lis est.

Ecclesiasticus

Tradit de omni virtute præcepta vitæ, magnalia Dei, & operum divinorum, ac illustrium virorum encomia subnectit. Olim Salomoni ab aliquibus tributus, sed nunc auctor certus habetur Jesus filius Sirach. Ecclesiastici

Isaias

Omnium prophetarum, qui Majores, & Minores dicuntur Princeps, teste *i* Cassiodoro nostrô, Christi, & Ecclesiæ mysteria tam apertè, & perspicuè prædixit, ut non tam propheta, quàm Evangelista haberi possit. Eximiam laudem indeptus à splendore generis, vitæ sanctitate, eloquentia, & virtutis constantiâ: nam suomet sanguine purpuratorum pugilum exercitum decoravit. Dicitur enim Manassis Regis jussu, cujus crimina fidelis Domini canis allatrare non cessabat, lignea serrâ dissectus. Patrem habuit Amosum, fratrem Amasiæ Regis Juda. Hîc dubites, plúsne lucis Isaias Evangelistis, an hi Isaiæ contulerint. Præstat illius, & Evangelistarum Lectionem veluti subalternare. 41. Isaiæ

Jeremias

In utero materno lue originali ablutus anno ætatis circiter 15. spiritu prophetico futura prædicere cœpit. Doctor, propheta, quin & Apostolus fertur ex gravissimorum Auctorum sententiâ vitam duxisse omnis lethalis culpæ expertem. In sacra diptycha relatus colitur ab Ecclesia 1. Maij. Ejus prophetiam priori sæculô noster R. P. Franciscus de Lemos Hispanus præclaris commentariis illustravit. 42. Jeremiæ

Baruch

In Latio commune cum S. P. Benedicto nomen habet, vir humilitate, constantiâ, & fortitudine præclarus. Etsi Principum sanguine natus, Jeremiæ tamen à calamô esse voluit. Baruch

Ezechiel

Ex nobili Sacerdotum prosapiâ genitus prophetare cœpit 5. exilii anno in Chaldæâ, ac inde per 22. annos, quorum primi undecim concurrunt cum totidem capitibus Jeremiæ. Porrò prænuntiat reditum ex captivitate, regnum Messiæ, vocationem gentium, varia Ecclesiæ eventura. Fertur à Judæis, quorum idolomanniam increpare non desiit, equorum jugis in diversum currentibus distractus, & in sacris fastis inter Martyres colitur 10. Aprilis. 43. Ezechielis

Daniel

Regum Judæ nobilis surculus à Nabuchodonosore adhuc puer captivus abductus, mirabili excellit sapientia, sanctimoniâ vitæ, & quæ tunc temporis miraculo major erat, virginea castimonia: hinc & leonibus terribilis, & lenonibus reliquit vaticinia plurimis sacramentis referta. 44. Danielis

Prophetæ Minores

Nomen habent à brevitate suorum Operum, sui tamen ævi 12. Apostoli, aut 12. tribuum Doctores meritò nuncupandi. Varios de Christo, Ecclesia, & gratiis Ecclesiæ conferendis eventus prædixerunt. Instruendis moribus, exemplum præeunte Rhabano, Ruperto, aliisque, facilè transferri queunt ad animam peccatricem. Primum locum obtinet 45. Prophetarum Minorum

Osee

Osee SUb perſonâ Dei & imagine Sponſi Synagogam depereuntis, & in adulteriô deprehendentis, admonet filios Iſrael, ut ad Dominum convertantur.

Joel

Joëlis. OSee coævus prænuntiat excidium Jeroſolymæ, & ſub hoc typo mundi, ac judicium extremum, quô reprobi inferis, electi cœlo adſcribentur.

Amos

Amos EX opilione propheta, & ex ruſtica gente aptum Spiritûs Sancti inſtrumentum, Iſraëli prædicit captivitatem Aſſyriacam, Judæ Babylonicam, mixtis lætis de Meſſia eventis, & quaſi aurea ſæcula per finalem hominum redemptionem. Cùm in Samaria idolomannos gentis ſuæ increpat, lethali vulnere percuſſus martyr occumbit, meritus in Sanctorum albo cultum publicum 31. Martii.

Abdias

46.

Abdiæ Coævus Jeremiæ (etſi aliis aliter placeat natales componere) omnium prophetarum breviſſimus, ſi verba ſpectes; nulli ſecundus, ſi myſteria. Ad diem 19. Nov. faſtis ſacris adſcriptus legitur. Ejus ſepulchrum multis prodigiis clarum viſitavit S. Paula.

Jonas

Jonæ UNus omnium prophetarum, ut clarior Chriſti typus eſſet, ad gentes miſſus evaſit mirabile prototypon variantis humanæ voluntatis, & divinæ in ſuis decretis fixæ. Habes hîc eximium omnium virtutum parergon & iconem ardentis concionatoris. Vitam ſanctitate illuſtrem clauſit, & poſt beatam mortem in Sanctorum tabulis refertur ad diem 21. Sept.

Michæas

Michææ ISaiæ ſpiritu, & ſtylo ſimillimus invehitur in idololatriam, & alia inde ſubnata ſcelera tam duarum, quàm decem tribuum, & illis captivitatem prædicit, ac felicem è ſervitute reditum, feliciorem verò per Chriſtum Bethlehemi naſciturum. Pro vera religione peremptus in SS. Albo reperitur 15. Jan.

Nahum

Nahum IN pœnam ſcelerum, in quæ poſt Jonæ monita reciderant, Ninivitis ultimum excidium prænuntiat, quô dein ſequente, vaſtum illud humanæ potentiæ corpus, Aſſyriorum monarchia concidit.

Habacuc

Habacuc ANgelico miniſteriô ad paſcendum Danielem allatus celebris, conqueritur de conſcelerata Judæorum vita, prædicit excidium Jeroſolymæ, & humano generi ſalutem ac reparationem per Chriſtum.

Sophonias

Sophoniæ STylo, ætate, & ſpiritu Jeremiæ conjunctus Judæos ab idololatriâ cohortatur ad pœnitentiam, & cultum veri Dei: quæ monita ſi contemnant, comminatur ore & nomine divino horribilem à Nabuchodonoſore ſtragem. Fortiter pro regno virtutis depugnans cultum Beatis Cœlitibus debitum ad 3. Decembris commeruit.

Aggæus

Aggæus

EX Babylonica captivitate redux incendit Judæorum animos ad restaurandam templi fabricam, & argumenta, quæ opponebantur, evertit. Pollicetur Zorobabeli Principi ex sua stirpe nasciturum Messiam, qui suis prodigiis, & sanctimoniâ novo templo, etsi veteri, quoad structuram, longè sit inferius, magnam gloriam sit adjecturus. In sacris fastis colitur 4. Julii. 47. Aggæi

Zacharias

EX Hebræo etymo *memoria Dei*, nomen factis implevit. Complectitur enim omnium prophetarum quoddam memoriale, seu compendium. Aggæo synchronus in instaurando Solymæo templo socius, invehitur vehementer in vitia, sed in præmium laboris lapidibus obrutus Martyrum gloriam suo sanguine adauxit. Suum ipsemet corpus sub Theodosio Imp. revelavit. Zachariæ

Malachias

ESdræ à calamô, templô jam restauratô reprehendit varios in cultu religionis abusus, præsertim ingrati animi labem. Ejus nomini in sacris dicata est dies Januarii 14. Malachiæ

Libri Machabæorum

DUo Libri Machabæorum priores (nam quatuor circumferuntur, sed tertius, & quartus apocryphi sunt, ac incertæ auctoritatis) nomen & argumentum habent à præcipuis sacrorum bellorum ducibus Juda Machabæo & fratribus ejus. Referunt historiam circiter 52. annorum, Synagogæ varios casus tam prosperos, quàm adversos, quibus pulcherrimè futurus Ecclesiæ status exponitur. Præbent passim tragica peccatorum, & illustria piorum exempla. Exhibent Martyrum in Ecclesia Dei certamina. Disce etiam, quanti faciendæ sint patriæ leges, & potissimùm divinæ. 48. Librorũ Machabæorum

a *lib. de div. lect. c. 4.* b *2. Reg. 23. 1. 2.* c *to. 4. Anal. f. 302.* d *Boll. 18. Jun. c. 10.* e *Id. 16. Jun. c. 1.* f *Ps. 18. 11.* g *Ser. 1. in Cant.* h *Ser. 61. in Cant.* i *de div. lect. c. 3.*

TESTAMENTUM NOVUM.

EVANGELIA.

VElut sol inter planetas radiorum suorum splendore collucet, ita Evangelium inter cæteros S. Scripturæ libros ut sol Bibliorum fulget. [Lex, & prophetæ, *a* inquit S. Anselmus juxta spiritualem intellectum nihil aliud sunt, quàm doctrina Evangelica.] Hinc Paulus suam ad Romanos epistolam his verbis orditur [Paulus servus JEsu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium, quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo] Præterea lex fuit via ad Christum, & Evangelium. Nam, ut ex *b* Paulo discimus, *finis legis Christus omni credenti.* Ipsum igitur Evangelium est meta, scopus, & terminus, in quem omnia veteris testamenti volumina & Sacramenta tendebant. Evangelium est altissima doctrina : proponi t enim Deum unum in essentiâ, trinum in personis, 49. Evangeliorum

Dei præsentiam, providentiam, sapientiam, prædestinationem, charitatem immensam, omnipotentiam ineffabilem, cæteráq; Divinitatis innumera attributa. Refert Christi cunabula, vitam, mortem, anastasin, vocationem gentium, & mundi conversionem. Auctor Evangelii est Christus ipse, eique à tabulis fuerunt Evangelistæ. Gravissimè Tridentina Synodus [Evangelium, c ait: Dominus noster Jesus Christus Dei Filius proprio ore primùm promulgavit.] Nam ideò Deitatem humana carne vestivit, ut ore suo Evangelium dictaret. Hinc d Joannes: *Lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Jesum Christum facta est.*

50. valde excellentium

Quisquis igitur Evangelium legis, vel audis, potitus es facultate audiendi ipsum Dei Filium. Id verbis & exemplis suis adstruunt Patres nostri S. Basilius, Antonius, Benedictus, Franciscus. Omnes cum Augustino se, suósque e cohortabantur. *Sic audiamus Evangelium, quasi præsentem Dominum.* Eamdem reverentiam deposcit Ecclesia ab omnibus fidelibus, præcipiens, ut, dum legitur Evangelium, assurgant veluti reapse Christum audituri, & ocyùs ituri in imperata. Hunc morem aiunt ab Apostolorum traditione fluxisse. Certè S. Clemens [cùm Evangelium, f ait: legitur, omnes Presbyteri, Diaconi, & laici assurgant cum magno silentio.] Sed quid dicam de Synodo VIII. Oecumenica, quæ Evangelio, & Cruci Servatoris æqualem honorem deferri jubet? Ipsos PP. loquentes audiamus [sacram imaginem, g aiunt: Domini nostri Jesu Christi, & omnium Salvatoris æquo honore cum libro sanctorum Evangeliorum adorari decernimus.] *Virtus* nimirum *Dei h est* in Evangelio & in cruce Christi *in salutem omni credenti.* Docet enim fidem, promittit bona æterna, congruit mirabili modô cuique ætati, sexui, dignitati, & nationi hominum. Unde lex solis Judæis data fuit, & usque ad præfinitum tempus à Patre. At Evangelium durabit in finem mundi, & numquam desinet homines in universo mundo ad eximiam sanctimoniam perducere. *Tota vita Christi*, seu Evangelium, i inquit Doctorum aquila: *in terris per hominem, quem suscipere dignatus est, disciplina morum fuit*, non tantùm per præcepta, sed & consilia. Est insuper lex libertatis, & charitatis. Serapion cùm amictum quoque suum in pauperes erogâsset, rogatus, à quo exspoliatus esset, respondit, Evangelium indigitans, *iste*, q. d. iste liber, vel Christus in Evangelio loquens.

51. utilium.

Non solùm, ut olim lex, dat præcepta, sed & gratiam confert in Christo observandis præceptis necessariam. *Verba mea*, k inquit servator: *spiritus & vita sunt.* Ad illam Christi l vocem, *qui reliquerit domum vel fratres &c. vitam æternam possidebit*, aliam speciem induit universus mundus. Ubi priùs stulto gentilium ritu deastri colebantur, ibi verus, unus, & trinus Deus inter summa discrimina adorari cœpit. *Hæc sunt verba*, m ait Melleus Abbas: *quæ contemptum mundi in universo mundo, & voluntariam persuasére paupertatem; hæc sunt, quæ Monachis claustra replent, deserta Anachoretis.* Evangelii classico Apostoli & post hos viri Apostolici exciti in omnes orbis plagas penetrarunt: in Ægyptum Joannes Bapt. Vaninus, in Americam Buelius; vel ut viciniora, & notiora sectemur, in Angliam S. Augustinus, in Sueciam S. Anscharius, in Daniam S. Willibrordus. Quid Germania, quid patria nostra foret, quàm ferarum, & ferocientium semihominum sedes sine Bonifacio? Willibaldo? Columbano? Gregorio II.? Et ne pedem solo patrio efferam, quid Bavaria nostra foret, quàm sylva errorum, sine Evangelio? Ut tandem sementem Evangelicam admitteret? venére Lucii, Ruperti, Emmerami, Wunibaldi, Corbiniani, Erhardi, Eustasii, quin & Heroidum Dux Theodelinda Regina Longobardorum. Evangelii semina tanto ubique ardore sparserunt, ut, qui eorum labores legerit, jam meritò erubescat in patrio agro sine sacro Codice comparere.

52. necessariorum.

Atque profectò infausta Religiosi cella, Sacerdotis vel Parochi domus, in qua liber Evangelii primam sedem non occupare solet. Nam si n teste S. Bernardo tesseram salutis æternæ in fronte circumfert, qui cum fructu Evangelium audit, legit, vel meditatur: quid de iis dicamus, qui nec habent, ut audiant, nec legunt, ut meditentur? aut si habent in biblio-

thecâ

thecâ, non tamen in usu? Audi terribile Christi argumentum. *Qui ex Deo est, verba Dei audit: Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis o.* Hoc fulmen quos tangit, non tamen angit, an non illi sensum salutis amiserunt? Profectò ex SS. Patrum sententia potior causa grassantium hæresum & vitiorum in sacri Evangelii neglectum referenda est. Unde cùm M. Patriarcha Benedictus jussus esset novam inveterato orbi faciem inducere, colores omnes è sacro Codice p repetiit. A suomet animo exordia capiens ad prodigium usque istis se studiis addixit, ac eadem præcipuis Religionis suæ legibus accensuit. Hem tibi! quàm crebrò *Lectiones sanctas* inculcet! *Ab illis* neminem eximium præstitit. In chorum scientiarum, quas Monachi condiscerent, eas duntaxat admisit, quas nosset intelligendo vel prædicando Evangelio inservire. *Nullum* ferme regulæ caput attuleris, in quo non suum sacri Codicis amorem prodat. Evangelium Joannis quater, Lucæ decies, & quod audias cum pondere, trigesies quinquies S. Matthæi citat. Denique publica lege q sancit, ut *legat Abbas* ipse *lectionem de Evangelio*, & nonnisi *cum honore, & tremore stantibus omnibus* Cœnobitis. Nec ambigendum est, quin hoc ipse studiô tot gentium Apostolos commeruerit. Quid si antiquiora scrutari velimus, & externa? S. Chrysanthus solâ Evangelii lectione fidem Christi edoctus ab idolis suam quoque Dariam conjugem abduxit. *Vivus est*, inquit S. Paulus r *sermo Dei* in Evangelio, *& efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens usque ad divisionem animæ, ac spiritus, compagum quoque, ac medullarum.*

53. valentium contra quæque mala:

Hanc vim jam diu ante perspexit Isaias, & expertus est ille ipse, qui ex Saulo per & propter Evangelium factus est Paulus. Hinc uterque gratulans Apostolis ait s: *Quàm speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!* Hanc vim & efficaciam nôrunt, vel ipsi dæmones. t S. Bernardus cùm Mediolani malum genium hospitiô, quod in puero occupaverat, pellere vellet, & Evangelium prælegeret, ille sese tam horridè torsit, ut dixisses eum tot acutis telis, quot verbis impeti. Hinc ex u veterrima Ordinis nostri consuetudine *animam agentibus Lector pro more sacrosanctum Christi Evangelium prælegere* solet, *textum* præcipuè, velut veteres x loquuntur, *Dominicæ passionis.* O factum bene, semperque faciendum! *Si* enim teste S. Chrysostomo, *domum ubicumque fuerit Evangelium, non audet accedere diabolus; multò magis animam intelligentiam ejus* (adde & observantiam) *habentem, illudq; circumferentem non tanget unquam.* Sed quò magis execratur inferorum princeps Evangelii codicem, eò ferventiùs eundem amplexantur salutis animarum zelosi assertores. Carolus M. ter maximus ille Imp. cooperante B. Alcuino nostro, Academiam Parisiensem condidit, ut in eâ sacræ litteræ publicè traderentur, eámque ad tantam fæcunditatem & gloriam provexit, ut dehinc Universitatis Colonien. laudatissima parens, ac (ut de neptibus sileam) avia Lovaniensis audiret. Si omisso magno Cæsare convertas animum ad magnum Pontificem, & evolvas *Registrum*, y seu epistolas S. Gregorii, reperies quosdam, qui mirabili religione præsidii, & custodiæ causâ Evangelia è collô suspensa gestare solebant. Ipse S. Pontifex Maurentio z scribens cùm considerâsset paucitatem eorum, qui se huic studio totos dedicant, *vehementer*, inquit: *ingemui paupertatem boni. Et quamvis peccator ego valde occupatus sum: tamen si ad B. Petri Ap. limina venire volueritis, in sacro eloquio strictum poteritis me habere collegam.* Tanti nempe sacra Evangelii doctrina Max. Doctori fuit ut Romam, venientibus palatium suum velut scholam ad explicandum Evangelium aperiret.

54. exin sedulò tractandorum.

Quid igitur superest, ac ut omnes vires ad condiscendam Evangelii sapientiam exseramus? [Est, aa inquit Clareval. Magister: Evangelium speculum veritatis, nemini blanditur, nullum seducit, talem in eo se quisque reperiet, qualis fuerit: ut nec ibi timore trepidet, ubi non est timor, nec lætetur, cùm malè fecerit] *Divinis*, bb ait Bethlemiticus Doctor: *Evangelium vocibus contonat*: quid mirum, si omnis vitiorum machina ad hæc tonitrua concidat? Si autem *os tuum consecrâsti Evangelio*, è consilio cc S. Bernardi, *nugis jam aperire illicitum* existima, *assuescere sacrilegum.* Mens pura, & profectûs cupida in hanc scholam afferenda est. Sed nunc singulos Evangeliorum scriptores consideremus. Quorum

Primus

56. Matthæi. Primus Matthæus, qui Opus suum octavo post Christi in cælos ascensum Hierosolymis rogatu discipulorum Syriaco sermone scripsisse fertur. Illius exemplar S. Bartholomæus secum ad Indos, & in Græciam S. Barnabas detulit, cujus prototypon cum sacro corpore imperante Zenone repertum est. Ipsemet S. Jacobus frater Domini Jerosolymis illud pro concione, ut S. Athanasius memorat, exposuit. Quô verò pietatis sensu magnus iste Christi Archicancellarius Evangelium exarârit, ipsemet explicabat S. Birgittæ, ad sepulchrum ejus in urbe Malphitana oranti [Cum illud, *dd* inquit scriberem, tantus divinæ inflamationis ardor perseverabat mecum, quòd si tacere voluissem, nullatenus præ ardore intenso potuissem.] Ordinem autem rei gestæ licèt subinde non sine causa immutet, in plerisque tamen ordinem temporum exactè observat. Cùm Æthiopiam fidei Luce collustrâsset, ad Doctoratûs lauream etiam martyrii palmam adjunxit.

Marci. S. Marcus Hebraicè *limatus*, *expolitus* seu à rubigine abstersus, nomina rebus egregiè in suo Evangelio implevit, quod rogatu fratrum, ut à S. Petro audierat, *ee* Aquileiæ scripsit. Quatuor Evangelistæ comparantur *ff* inquit B. Petrus Dam. quatuor fluviis è *gg* Paradisô dimanantibus, & illis quatuor *hh* Ezechielis animalibus: Marcus Gihoni, & Leoni. Irrugiit enim ut Leo *ii in deserto*, &, uti Gihon ex Hebræo etymo dicitur *pectus*, ita ipse merum pectus, & amor vocari potest, & quot syllabas, tot salutaris doctrinæ aquas in suo Evangelio fundit. [Est illud (inquit *kk* iterum Damianus) styli brevitate succinctum, sed profunda mysterii spiritualis ubertate diffusum. Porrò excelluit hic S Evangelista admirabili humilitate, & gratiâ homines in sanctimonia instituendi. Fertur sibi pollicem præcidisse, ne sacerdotiô inauguraretur. *ll* Tam florente *doctrinâ, & vita continentiâ* Alexandriæ *constituit Ecclesiam, ut omnes Sectatores Christi ad exemplum sui cogeret.* De sacra quoque Monastice optimè meritus *Cænobitarum princeps, & institutor* est appellatus. Tandem octavo Neronis anno, à morte Christi trigesimo primo, in octava Paschatis 7. Calend. Maii, cùm pridie ad aram sacris operans comprehensus fuisset, glorioso martyriô perfunctus suomet sanguine purpuratorum heroum diptychis nomen suum adscripsit. Beatum te, si tanti viri Evangelium intellexeris, & moribus expresseris!

57. Lucæ. Lucas Antiochiæ, quæ Syriæ metropolis est, natus, pictor, & medicus egregius S. Pauli operâ fidem Christi amplexus, ab Evangelio, quod suasu & ex ore Pauli scripsit, facie bovis in curru Ezechielis adumbratur. Id Paulus tanti fecit, ut suum passim Evangelium diceret. *Juxta Evangelium meum*, *mm* scribit Romanis. Lucas Evangelio suo magnus, major evasit Apostolicis laboribus, Pauli sectator, & prope omnis ejus peregrinationis comes individuus. Dicitur Româ in Dalmatiam concessisse, atque peragrata Gallia, Macedonia, & Græcia in Lybiam transiisse, ac tandem apud Patras urbem Achaiæ ex oleâ suspensus anno ætatis 84. Apostolatum nobili martyrio conclusisse. Reliquit divinæ Virginis, cujus cultui addictissimus erat, tot eximia paradigmata, quot icones propria manu depictas, hodiedum variis prodigiis in orbe Christianô illustres. Majora monumenta reliquit de Virginis Filio [Lucas, enim, teste S. Anselmo, primò fuit medicus corporum, deinde conversus ad Christum, factus est medicus animarum. Inde est, quòd plus, quàm alii Evangelistæ, loquatur de misericordiis Redemptoris, per quas languores peccatorum ab animabus pelluntur. *nn*] Et pergens: Lucas ait *& Sacerdotis personam in Christo describit intervenientis pro peccatis totius mundi.*]

58. Joannis Joannes frater Jacobi Majoris, & Minoris ex sorore nepos parentes habuit Zebedæum, & Salomen, ad mare Tiberiadis Bethlaidæ natus. Omnes *Asiæ*, ut Hieronymus loquitur, *fundavit, & rexit Ecclesias.* Domitiano in Christi gregem grassante relegatus in insulam Patmos, scripsit Apocalypsin, ac inde reversus biennio ante suum obitum Evangelium, tum ut Cerinthi, Ebionis, aliorúmque hæreses in Christi divinitatem sacrilegè consurgentes

tes jugularet; tum, ut, quæ ab aliis Evangelistis omissa sunt, suppleret. Prolixo jejunio, tonitruis, & fulguribus præmissis velut alter Moyses, & verus Boanerges, seu tonitrui filius stylum omnium sublimissimè usque ad solium SS. Trinitatis extulit. Inde in prophetico curru titulum Aquilæ promeritus per excellentiam *Theologus* dici cœpit. Hanc prærogativam cùm S. Lutgardis piè consideraret, oo vidit illicò Joannem in specie aquilæ tanto pennarum fulgore nitentis, ut opinaretur illum toti mundo instar solis collustrando abundè sufficere, peteretque lucem, cui sustinendæ jam par esse non poterat, minui. Porrò Evangelii Joannis initium quanti faciat Ecclesia, quis ignorat. Omnibus prope Sacris tanquam divinæ Majestatis, & Amoris epigraphen submittit. Apud S. Augustinum *hoc initium S. Evangelii quidam Platonicus aureis litteris perscribendum, & per omnes Ecclesias in locis eminentissimis proponendum esse dicebat.* Id veteres Christiani *pp* dicuntur tanti fecisse, ut plerique collo appensum tanquam Orthodoxæ fidei publicum testimonium, & velut præsentissimum contra dæmonum præstigias amuletum circumferrent.

Actus Apostolorum

HOs scripsit S. Lucas individuus Pauli comes; quibus ob excellentiam varia nomina 59.
sunt indita: Syri vocant *historiam Apostolorum*, S. Joannes Chrysostomus *Librum dogmatum de Spiritu sancto*, & (quid excellentius?) *Evangelium Spiritûs sancti* Oecumenius. Porro complectitur historiam fermè 30. annorum, ut ex Chronologia liquet. De his maximus Ecclesiæ Doctor *qq* [Actus Apostolorum nudam quidem sonare videntur historiam, & nascentis Ecclesiæ infantiam texere: sed si noverimus scriptorem eorum Lucam esse medicum, cujus laus est in Evangelio: animadvertemus pariter omnia verba illius, animæ languentis esse medicinam.] Vim hujus medicaminis ex mille aliis *rr* experta est Domna genere, forma, & opibus illustrissima heroina, quæ lectis Apostolorum actis ex gentilis quin gentilium sacrorum antistita Christi discipula facta & Maximiano Imp. sæviente præclaram Martyrii lauream obtinuit.

Actuum Apostolorum.

Epistolæ Apostolorum

EArum argumentum ferme triplex est. Aut enim synceram morum doctrinam Chris- 60.
tianis tradunt; aut veteres ceremonias per novam Christi legem abrogant, aut hæreses jam tum subnascentes suffocant. Omnes Græca linguâ (si excipias illam ad Hebræos) scriptæ, sunt & prima omnium prior Petri, quamvis ei in Sacro Codice Pauli & Jacobi epistolæ præponantur.

Epistolarum.

Epistolæ S. Pauli

EUm ad destruendam omnium vitiorum machinam fervorem spargunt, ut Arnoldus Carnoten non dubitaverit singulas tonitrua, & quaslibet earum Sententias fulmina vocitare. Ipsum præcessit Mellifluus Doctor *tt*, *qui singula Pauli verba tonitura judicabat*, & ubi cùm mirificos fructus ex epistolis Pauli dimanantes recensuisset, semetipsum corripiens [Sed cur ego, inquit, paucis immoror exemplis, cùm in ejus verbis omnis sexus, omnis conditio consilium inveniat salutis?] Cæterùm singularum argumenta ex summariis, quæ capitibus præfixa sunt, facilè colliguntur.

S. Pauli.

Epiſtolæ

Catholicæ, ſeu univerſales

61. universaliũm SIc dictæ à fine: quia fidelibus ſcriptæ ad fidelium bonum univerſim proficiunt: Jacobus urget orationem, & patientiam, Petrus morum, vitæque ſanctitatem, Joannes charitatem, & Judas Orthodoxam, & bonorum operum fertilem, non ſterilem vel inanem fidem cum eisdem commendat.

Epiſtola S. Jacobi

ut S. Jacobi NOn illius, qui frater S. Joannis, ſed qui Chriſti dictus eſt frater, & patrem habuit Alphæum Iſti primo Hieroſolymarum Epiſcopo ob ſummam vitæ innocentiam licuit ex poteſtate publicâ *Sancta Sanctorum* ingredi. Joſephus ultimam everſæ Hieroſolymæ perniciem refert in hujus ſanctiſſimi viri injuſtam cædem. Diſces ex hoc brevi, ſed illuſtri opere præter orationem, & patientiam neceſſarium quoque eſſe uſum & exercitium bonorum operum, præſertim beneficentiæ in proximum.

Epiſtola S. Petri

S. Petri PRima celebrat mirabile conſilium Dei ſancientis pro ſalute humana Incarnationem Dominicam. Declarat gentium, & Judæorum ad fidem, & ad æternam gloriam converſionem; egregiè cohortatur ad virtutes, quibus vita Chriſtiana ad magnam perfectionem provehitur, ùt ad charitatem, obedientiam, continuam orationem, patientiam. Altera epiſtola magnam obtinet excellentiam à loco. Fertur enim ſcripta in cuſtodia vel carcere Mamertiniano, in quo ultimos vitæ novem menſes futuri martyrii jam præſcius exegit. Hinc paſſim prodit ſuum pro Chriſtianis ſacris patiendi ardorem, eſtque velut cygnea vox, quâ univerſæ Eccleſiæ valedicit.

Epiſtolæ S. Joannis.

62. S. Joannis SUnt tres, quæ ubique ſuum auctorem, & charitatem ſpirant, præcipuè autem, ut legenti liquet, inſpirant fidem non ſterilem, ſed feracem bonorum operum & conjunctam cum charitate; jugulant etiam hæreſin Simonis Magi.

Epiſtola B. Judæ.

Judæ TRadit primaria fidei myſteria, & epitomen præceptorum, quorum cultu mens omnibus virtutibus per Chriſtum decoratur.

Apocalypsis

CUi paulò diutiùs inhærendum. Nam ut optimè M. Aurelius Cassiodorus [studiose legentium animos ad supernam contemplationem deducit, & facit mente cernere, quod Angeli videndô beati sunt.] Quid illustrius dici queat? Attamen majora Paulino suo *uu* scribens Hieronymus [*Apocalypsis*, ait: S. Joannis tot habet Sacramenta, quot verba. Parùm dixi. Pro merito voluminis laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentiæ.] Aliis Deus prophetis minutim aperuit eventum quemdam peculiarem; uti vocationem gentium Isaiæ, Hierosolymæ excidium Jeremiæ, templi Solymæi restaurationem *Ezechieli*, aliis alia: cui tamen revelabat unum, ferè solitus est celare alterum. Solum Joannem nihil latere voluit. *xx* Causam inquirens Origines ait, *omnem visibilem, & invisibilem creaturam superat, & deificatus in Deum intrat se deificantem.* Sed audiamus & Abulensem: *Joannes inquit, de toto statu Ecclesiæ habuit revelationem.* Quidquid igitur in gente Christi gestum est, aut gerendum Apocalyptica Aquila suis acutissimis oculis perspexit. Id sigillatim docent Lyranus, Aureolus, Salmeron, Ribera, Bellarminus, Viega, Pererius, Alcazarius, S. Antoninus, aliique viri doctrinæ, & sanctimoniæ laude clarissimi. Quamquàm omnes fateantur Apocalypsin mari simillimam esse, quod, etsi hauriant universi, nequeat exhauriri. Unde Gagneius celebris ejus interpres asserit, multa in eo libello comprehendi Sacramenta omnibus incognita, soli Joanni cognita. Hac de causa in scholam S. Joannis ipsos cœlestes genios confluxisse. *Planè constat yy* ait S. Chrysostomus, *ipsos Angelos summa cum attentione Joannis se Auditores exhibuisse.* Quare ad hoc opus cum magna animi præparatione Lector accedere debet & sibimet dicere, quod *zz* olim Dionysius Alexandriæ Ep. [In libro Apocal. arcanam, planeque admirabilem singularum rerum intelligentiam latere existimo. Nam & sicubi ipse non intelligo, suspicor tamen altiorem quendam sensum verbis subesse, eaque non meo ipsius judicio metior; sed plus fidei tribuens, sublimiora censeo, quàm ut à me percipiantur, & eò admiror magis, quò minùs capio.] Id, quod magnus iste Præsul bene sensit de Apocalypsi, tu pariter sentias de singulis sacri Codicis partibus. Singulæ namque sunt inexhausti maris profundissima flumina, ex quibus quantumcunque hauseris, semper restabit, quod haurias. Hæc pietas, reverentia, & humilis sensus sicut debetur Auctori Deo; ita tibi meretur ab eodem lumen, & gratiam divinum Verbum intelligendi & faciendi. Siquidem teste Apostolo, *aaa Non auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur.* Et ipso Christo contestante *bbb Beati sunt, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.*

Apocalypseos

Totius sacri Codicis

O igitur beati oculi, qui quotidie legunt! ô beatus intellectus, qui quotidie intelligit! ô beata voluntas, quæ quotidie suscipit Dei efficaciter loquentis effata! Verùm hæc *ccc* superiùs latiùs deducta non ampliùs remetimur; sed demissè rogamus benevole Lector, ut consilium nostrum, quô Præfationes S. Hieronymi hîc omisimus, æquum ratúmque habeas. Id enim persuasit libri moles, & maximè tua utilitas, cui provehendæ promittimus Manuale Biblicum propediem typis, dante Deô, subjiciendum, in quo D. Hieronymi Prologos, variósque locupletes indices eruditionis, & memoriæ causâ elaboratos reperies. Interim, dum verbis finem imponimus, aurei Oratoris hortamenta sectare [Comparate vobis, *ddd* inquit: Biblia, animæ pharmaca. Si nihil aliud vultis, vel novum Testamentum acquirite, Apostolorum acta, Evangelia, continuos, ac sedulos Docto-

res. Si acciderit molestia, huc veluti apothecam pharmacorum introſpice. Hinc tibi ſume ſolamen mali, ſive damnum evenerit, ſive mors, ſive amiſſio domeſticorum. Imò non introſpice ſolum, ſed omnia iterum, atque iterum verſa, mentéque illa contine. Hoc demum malorum omnium cauſa eſt, quod Scripturæ ignorantur. Sine armis bellum ingredimur, & quomodo ſervari poſſumus?] Hæc ille. Quibus preces jungimus, ut pro nobis Deum roges, ne, dum aliis facienda dictamus, in illorum numerò computemur, qui dicunt, & non faciunt. Vive, & vale, iterúmque Deum pro nobis ora.

a *Hom.* 4. b *Rom.* 10. 4. c *Seſſ.* 4. d *c.* 1. 17. e *tr.* 30. *in Joan.* f *l.* 2. *Conſt. Ap. c.* 61. g *Act.* 19 *can* 3. h *Rom.* 1. i *Aug. l. de vera relig. c.* 16. k *Jo.* 6. l *Matth* 19. 29. m *Serm. in cit. verba.* n *Ser.* 1. *in ſept.* o *Joan* 8. 47. p *vid. Cl. S. B. op.* 1. *l.* 2. *p.* 3. *c.* 2. §. 3. & 4. q *cap.* 11. *Reg.* r *Hebr.* 4. 12. s *Iſai.* 52. 7. & *Rom.* 10. 15. t *vit. l.* 2. *c.* 3. u *vid. Ann. Mab. ad ann.* 640 *n.* 1. x *ad ann* 673. *n.* 29. y *vid not. in ep.* 30. *l.* 1. *San-Mauren. noſt.* z *l.* 8. *ep.* 17. aa *ſer.* 1. *de* 7. *pan.* bb *Hieron. ep.* 1. cc *l.* 2. *de conſid.* dd *l.* 1. *Rev. c.* 129. ee *Boll.* 29. *Apr.* ff *Ser.* 14. gg *Gen.* 2. 13. hh *c.* 1. ii *Marc.* 1. 3. kk *cit. Ser.* 14. ll *S. Hieron.* mm 2. 16. & 16. 25. nn *S. Anſelm. in c.* 4 *ad Coloſſ.* oo *Boll.* 16. *Jun. c.* 2. pp *Card. Bona in tr. de Sac. Miſſ. c.* 5. §. 12. qq *Hieronym.* rr *Baron. ad an.* 239. ss *in præf. ad tr. de verb. Dom.* tt *S. Bern. Ser. de div. c.* 19. uu *de div. Lect. c.* 9. xx *In Evang. Jo. c.* 1. *hom.* 2. yy *Jo. Chryſ. in proem.* 90. zz *apud Euſeb. l.* 7. *hiſt. c.* 25. aaa *Rom.* 2. 13. bbb *Luc.* 11. 28. ccc §. 1. ddd *Hom.* 9. *in ep. ad Coloſſ.*

BIBLIA SACRA
LATINO-GERMANICA.
PARS PRIMA
COMPLECTENS VETERIS TESTAMENTI
LEGEM, ET LEGIS HISTORIAM:
MOYSIS PENTATEUCHUM,
Libros Josue, Judicum, Ruth, Regum, Paralipoménon,
Esdræ, Tobiæ, Judith & Esther.

Lateinisch- und Teutsche Bibel.
Erster Theil
In sich haltend deß alten Testaments
Gesatz- und History-Bücher:
Deß Moysis / Josue / der Richter / Ruth / der Königen / der Königen Cronick / deß Esdrå / Tobiå / Judith und Esther.

Lex per Moysen data est, gratia, & veritas per JESUM Christum facta est. Joan. I. 17.
Das Gesatz ist durch Moysen gegeben / Gnad und Warheit ist durch JESUM Christum worden.

LIBER GENESIS.
HEBRAICE BERESITH.

Caput I.

Period. Jul. 710. A. M. 1. Ante æram Chr. comm. 4004.

I. Dominus primo die creat cœlum, terram & lucem, 1. secundo firmamentum; 6.
II. Tertio die fecit aridam & vegetabilia: herbas virentes & arbores; 9. Quarto luminaria Cœli, solem, lunam, stellas, 14.
III. Quinto pisces & aves, 20. Sexto bestias, jumenta & reptilia, denique hominem, cui subjecit omnia, quæ creaverat. 24.

a Sabb. Sancto Proph. 1.
b Ps. 32. 6. 135. 5. Eccli. 18. 1. Act. 14. 14. 17. 24.
c Hebr. 11. 3.

IN *a* principio creavit Deus cœlum *b* & terram.
2. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi: & spiritus Dei ferebatur super aquas.
3. Dixitque Deus: *c* Fiat lux. Et facta est lux.
4. Et vidit Deus lucem quòd esset bona: & divisit lucem à tenebris.
5. Appellavítque *d* lucem Diem, & tenebras Noctem: factúmque est vespere & mane, dies unus.

d appellari fecit.

6. Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: & dividat aquas ab aquis.
7. Et fecit Deus firmamentum, divisítque aquas, quæ erant sub firmamento, ab his *e* quæ erant super firmamentum. Et factum est ita.
8. Vocavítque Deus firmamentum, *f* Cœlum: & factum est vespere, & mane, dies secundus.

e Psal. 135. 6. 148. 4.
f Jerem. 10. 12. 51. 15. Psal. 32. 7.

II. 9. Dixit verò Deus: Congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt, in locum unum: & appareat arida. Et factum est ita.
10. Et vocavit Deus aridam, *g* Terram, congregationésque aquarum appellavit Maria. Et vidit Deus, quod esset bonum.
11. Et ait: Germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum *h* pomiferum faciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita.

g Job. 38. 4. Psalm. 88. 12. 135. 6.
h arborem Hebr.

Das erste Buch Mose,
Hebräisch genannt Beresith.

Das I. Capitel.

I. Im Anfang erschafft GOtt am ersten Tag den Himmel/ die Erd und das Liecht/ 1. Am zweyten das Firmament / 6.
II. Am dritten/ das Trucken / samt Kräuteren und Bäumen/ 9. Am vierdten/die Liechter deß Himmels/Sonn/ Mond/ und Stern / 14.
III. Am fünfften / Fisch und Vögel / 20. Am sechsten / die Thier/ das Viehe/ das kriechend Gewürm und den Menschen / welcher allen zu einem Fürsteher wird gesetzt/ 24. rc.

IM Anfang hat GOTT den Himmel/ und die Erden erschaffen.
2. Aber die Erden war ungestalt und leer / und Finsternuß war ober dem Abgrund/ und der Geist GOttes schwebte über den Wassern.
3. Und GOtt sprach: Es werde das Liecht/und das Liecht ist worden.
4. Und GOtt sahe das Liecht / daß es gut wär: und schide das Liecht von der Finsternuß.
5. Und nannte das Liecht/ Tag/ und die Finsternuß / Nacht: und es wurd Abend und Morgen / ein Tag.
6. Und GOtt sprach: Es werde das Firmament zwischen den Wassern / und scheide die Wasser von den Wassern.
7. Und GOtt machte das Firmament / und schide die Wässer/ so unter dem Firmament waren / von denen / die ober dem Firmament waren. Und es geschahe also.
8. Und GOtt nannte das Firmament / Himmel: und es wurd Abend und Morgen der ander Tag.
II. 9. Und GOtt sprach: Es samlen sich die Wasser/ welche unter dem Himel seynd / an ein besonderes Ort: u. das Truckne lasse sich sehē. U. es geschahe also.
10. Und GOtt nannte das Truckne Erden/ und die Versammlung der Wässer nannte er Meer. Und GOtt sahe/ daß es gut war.
11. Und sprach: Die Erd bringe Graß und Kraut herfür/ das sich besaame / und fruchtbare Bäum / die ihre Frucht tragen / ein jeglicher nach seiner Art / und die ihren Saamen bey ihnen selbst haben auf Erden. Und es geschahe also.

12. Und

12. Und die Erd brachte Graß und Kraut herfür/ das sich besaamet nach seiner Art/ auch Bäum/ die Frucht trugen/ und bey ihnen selbst ihren Saamen hatten/ ein jeglicher nach seiner Art. Und GOtt sahe/ daß es gut war.

13. Und es wurd Abend und Morgen der dritte Tag.

14. Und GOtt sprach: Es werden Liechter am Firmament deß Himmels/ und scheiden Tag und Nacht/ und seyen zu Zeichen und zu Zeiten/ und zu Tagen und zu Jahren:

15. Damit sie scheinen am Firmament deß Himmels/ und erleuchtē die Erden. Und es geschahe also.

16. Und GOtt machte zwey grosse Liechter: ein groß Liecht/ dem Tag fürzustehen: und ein klein Liecht/ der Nacht fürzustehen: darzu auch die Stern.

17. Und er setzte sie in das Firmament deß Himmels/ daß sie leuchten sollen auf Erden/

18. auch dem Tag und der Nacht fürstehen/ und scheiden Liecht und Finsternuß. Und GOtt sahe/ daß es gut war.

19. Und es wurd Abend und Morgen der vierte Tag.

III. 20. U. Gott sprach: die Wasser bringē kriechende Thier herfür/ die ein lebendige Seel habē/ und das Gevögel auf Erdē unter dem Firmamēt deß Himels

21. Und GOtt erschaffte grosse Walfisch und alles/ was ein lebendige und webende Seel hat/ das die Wasser herfürbrachten/ ein jegliches nach seiner Art/ auch alles Gevögel nach seiner Art. Und Gott sahe/ daß es gut war.

22. Und er seegnete sie/ und sprach: Wachset und mehret euch und erfüllet die Wasser deß Meers und die Vögel mehren sich auf Erden.

23. Und es wurd Abend und Morgen der fünffte Tag.

24. Und GOtt sprach: Die Erd bringe lebendige Seelen herfür nach ihrer Art/ nemlich Vieh/ kriechend Gewürm/ und andere Thier der Erden nach ihrer Art. Und es geschahe also.

25. Und GOtt machte die Thier auf Erden nach ihrer Art/ uñ das Vieh und alles kriechend Gewürm nach seiner Art. Und GOtt sahe/ daß es gut war.

26. Und sprach: Lasset uns den Menschen machen nach unserm Ebenbild und Gleichnuß: der da herrsche über die Fisch deß Meers/ und über die Vögel deß Himels/ und über das Vieh/ auch über die gantze Erden und über alle kriechende Thier/ die sich bewegen auf Erden.

27. Und GOtt erschaffte den Menschen nach seinem Ebenbild: nach GOttes Ebenbild erschaffte er ihn/ ein Männlein und Fräulein erschaffte er sie.

12. Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen juxta genus suum, lignúmq; faciens fructum, & habens unumquodque sementem secundùm speciem suam. Et vidit Deus quòd esset bonum.

13. Et factum est vespere & mane, dies tertius.

14. Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, & dividant diem ac noctem, & sint *i* in signa *k* & tempora *l*, & dies & annos:

i *Psal.* 135. 7
k serenitatis tempestatis &c.
l veris æstatis &c.

15. Ut luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. Et factum est ita.

16. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare majus, ut præesset diei: & luminare minus, ut præesset nocti: & stellas.

17. Et posuit eas in firmamento cœli, ut lucerent super terram,

18. & præessent diei ac nocti, & dividerent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quòd esset bonum.

19. Et factum est vespere & mane, dies quartus.

III. 20. Dixit etiam Deus: Producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile super terram sub firmamento cœli.

21. Creavítque Deus Cete grandia, & omnem animam viventem atque motabilem, quam produxerant aquæ in species suas, & omne volatile secundùm genus suum. Et vidit Deus quòd esset bonum.

22. Benedixítque *m* eis, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris: avésque multiplicentur super terram.

m dans fœcunditatem. Hebr.

23. Et factum est vespere & mane, dies quintus.

24. Dixit quoque Deus: Producat terra animam viventem in genere suo, jumenta, & reptilia, & bestias terræ secundùm species suas. Factúmque est ita.

25. Et fecit Deus bestias terræ juxta species suas, & jumēta, & omne reptile terræ in genere suo. Et vidit Deus quòd esset bonū,

26. & ait: Faciamus Hominem *n* ad imaginem & similitudinem nostram: & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis, universæque terræ, omníque reptili quod movetur in terra.

n *Inf.* 5. 1. 9. 6. 1. *Cor.* 11. 7. *Col.* 3. 10.

27. Et creavit Deus hominem ad imaginem suam: *o* ad imaginem Dei creavit illum. *p* masculum, & feminam creavit eos.

o *Sap.* 2. 23. *Eccli.* 17. 1.
p *Matth.* 19. 4.

q Infr. 8. 17. 9. 1. 28. Benedixitq; illis Deus, & ait: q Cres-
cite, & multiplicamini, & replete terram,
& subjicite eam, & dominamini piscibus
maris, & volatilibus cœli, & universis
animantibus, quæ moventur super terrā.
29. Dixitque Deus: Ecce dedi vobis
omnem herbam afferentem semen super
terram, & universa ligna quæ habent in
r Infr. 9. 3. semetipsis sementem generis sui, r ut sint
vobis in escam:
30. & cunctis animantibus terræ, omni-
que volucri cœli, & universis quæ moven
tur in terra, & in quibus est anima vivens,
ut habeant ad vescendum. Et factū est ita.
s Eccli. 39. 21. Marc. 7. 37. 31. s Viditque Deus cuncta quæ fece-
rat: & erant valdè bona. Et factum est
vespere & mane, dies sextus.

CAPUT II.

I. Deus completo 6. diebus opificio, septimum benedicit: 3.
II. Hominem in Paradisum variis arboribus fructiferis, ac fluminibus insignitum ponit. 8. Cui Evam ex ipsius costa in adjutorium format. 18.
III. Et matrimonium instituit. 23.

1. IGitur perfecti sunt cœli & terra, & om-
nis ornatus eorum.
a Per. Jul. 710. A. M. 1. Ante ær. Christ. 4004. 2. Complevitque a Deus die septimo b
opus suum quod fecerat: c & requievit die
septimo ab universo opere quod patrârat.
I. 3. Et benedixit diei septimo: & sanctifi-
cavit d illū: quia in ipso cessaverat ab om-
ni opere suo quod creavit Deus ut fa-
ceret.
b exclusivè. c Exod. 20. 11. 31. 17. Deut. 5. 14. Hebr. 4. 4. d dedicavit ad suum cultum.
4. Istæ sunt generationes cœli & terræ,
quando creata sunt, in die quo fecit Do-
minus Deus cœlum & terram.
5. Et omne virgultum agri antequam
oriretur in terra, omnémque herbam re-
gionis priusquam germinaret: non enim
pluerat Dominus Deus super terram: &
homo non erat qui operaretur terram:
6. Sed fons ascendebat è terra, irrigans
universam superficiem terræ.
7. Formavit igitur Dominus Deus ho-
minem de limo terræ, & inspiravit in fa-
ciem ejus spiraculum vitæ, & factus est
e 1. Cor. 15. 49. homo in animam viventem. e
II. 8. Plantaverat autem Dominus Deus
f die tertio Paradisum voluptatis à principio f: in
quo posuit hominem, quem formaverat.

28. Und GOtt seegnete sie/ und sprach: Wach-
set und mehret euch/ und erfüllet die Erden/ und un-
terwerffet sie / und herrschet über die Fisch deß
Meers/ und über die Vögel deß Himmels / und ü-
ber alle Thier/ die sich auf Erden bewegen.
29. Und GOtt sprach: Sehet/ Ich hab euch
gegeben alles Kraut / das sich besaamet auf Erden/
und alle Bäum / die in ihnen selbst Saamen ha-
ben nach ihrer Art / daß sie euch zur Speiß
seyen:
30. und allen Thieren auf Erden/ und allen Vög-
len deß Himmels / und allem / das sich beweget auf
Erden/ und darin eine lebendige Seel ist/ daß sie zu
essen haben. Und es geschahe also.
31. Und GOtt sahe alles / was er gemacht hat-
te/ und es war sehr gut. Und es wurd Abend und
Morgen der sechste Tag.

Das II. Capitel.

I. GOtt ruhet am sibenden Tag / welcher darum Sabbath genennet und geheiliget wird/ 3.
II. Pflantzet das Paradeiß / aus welchem vier Flüß entspringen / 8. Erschaffet Eva / aus Adams Rippen genommen/ 18.
III. Setzet den Ehestand ein in Adam und Eva/ 23.

20. Und Isaac sprach widerum zu seinem Sohn: Wie hast du es so bald finden können / mein Sohn: Er antwortet: Es war der Will GOttes / daß mirs bald begegnet / was ich gern gehabt hätte.

21. Und Isaac sprach: Komm her / daß ich dich betaste / mein Sohn / und erkundige / ob du mein Sohn Esau seyest / oder nit.

22. Und er tratt zu seinem Vatter / und als er ihn betastet hatte sprach Isaac die Stim̃ ist wol Jacobs Stim̃: aber die Händ seynd deß Esau Händ.

23. Und er kante ihn nit / dan die härige Händ machten ihn dem ältern fast gleich. Derwegen segnete er ihn /

24. und sprach: Bist du mein Sohn Esau? Er antwortet: ich bins.

7. Affer mihi de venatione tua, & fac cibos ut comedam, & benedicam tibi coram Domino *b* antequam moriar.

8. Nunc ergo, fili mi, acquiesce consiliis meis:

9. & pergens ad gregem, affer mihi duos hœdos optimos, ut faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur:

10. quas cùm intuleris, & comederit, benedicat tibi priusquam moriatur.

11. Cui ille respondit: Nosti quòd Esau frater meus homo pilosus *c* sit, & ego lenis:

12. si attrectaverit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducam super me maledictionem pro benedictione.

13. Ad quem mater: In me sit, ait, ista maledictio, fili mi: tantùm audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi.

14. Abiit, & attulit, deditque matri. Paravit illa cibos, sicut velle noverat patrem illius.

15. Et vestibus *d* Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum:

16. pelliculásque hœdorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit.

17. Deditque pulmentum, & panes, quos coxerat, tradidit.

18. Quibus illatis, dixit: Pater mi? At ille respondit: Audio. Quis es tu, fili mi?

19. Dixitque Jacob *e*: Ego sum primogenitus tuus *f* Esau: feci sicut præcepisti mihi: surge, sede, & comede de venatione mea, ut benedicat mihi anima tua.

20. Rursúmque Isaac ad filium suum: Quomodo, inquit, tam citò invenire potuisti, fili mi? Qui respondit: Voluntas Dei fuit ut citò occurreret mihi quod volebam.

21. Dixitque Isaac: Accede huc, ut tangam te, fili mi, & probem utrum tu sis filius meus Esau, an non.

22. Accessit ille ad patrem, & palpato eo, dixit Isaac: Vox quidem, vox Jacob est: sed manus, manus sunt Esau.

23. Et non cognovit eum, quia pilosæ manus similitudinem majoris expresserant. Benedicens ergo illi,

24. ait: Tu es filius meus Esau? Respondit, Ego sum.

b Domino approbante.

c Hebr. Sair unde mons Seir.

d vestes Esau allegoricè humanam naturam, quam Christus assumpsit, collare & chirothecæ hœdinæ peccata nostra significant, quæ Christus in se suscepit diluenda. v. *Aug. lib. contra mendac. c.* 10.

e Annum agebat tum 77.

f jure successionis quod emerat, figuratus & personatus.

25. At ille: Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua, fili mi, ut benedicat tibi anima mea. Quos cùm oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum: quo hausto,

26. dixit ad eum: Accede ad me, & da mihi osculum, fili mi.

27. Accessit, & osculatus est eum. Statimque ut sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi, ait: Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.

28. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine *g* terræ abundantiam frumenti & vini.

g fertilitate

29. Et serviant tibi populi, & adorent te tribus: esto dominus fratrum tuorum, & incurventur ante te filii matris tuæ: qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.

30. Vix Isaac sermonem impleverat: & egresso Jacob foras, venit Esau,

31. coctósque de venatione cibos intulit patri, dicens: Surge, pater mi, & comede de venatione filii tui: ut benedicat mihi anima tua.

32. Dixítque illi Isaac: Quis enim es tu? Qui respondit: Ego sum filius tuus primogenitus Esau.

33. Expavit Isaac stupore vehementi: & ultrà quàm credi potest, admirans, ait: Quis igitur ille est qui dudum captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus priusquam tu venires? benedixíq; ei, & erit benedictus.

II. 34. Auditis Esau sermonibus patris, irrugiit clamore magno: & consternatus, ait: Benedic etiam & mihi, pater mi.

35. Qui ait: Venit germanus tuus fraudulenter *h*, & accepit benedictionem tuã.

h fraus videbatur quod erat mysterium.

36. At ille subjunxit: Justè vocatum est nomen ejus Jacob: supplantavit enim me en altera vice: *i* primogenita mea antè tulit, & nunc secundò surripuit benedictionem meam. Rursúmque ad patrem: Numquid non reservasti, ait, & mihi benedictionem?

i Sup. 25. 34.

37. Respondit Isaac: Dominum tuum illum constitui *k*, & omnes fratres ejus servituti illius subjugavi: frumento & vino stabilivi eum, & tibi post hæc, fili mi, ultra quid faciam?

k Quod impletum est cum David subjugavit Idmuæos. 2. Reg. 8. 14.

25. U. er sprach: bringe mir Speiß her von deinem Wildbrät/ mein Sohn/ damit dich meine Seel segne. Als er nun die eingetragne Speiß gessen hate/ gab er ihm auch Wein. U. nachdem er getruncken/

26. Sprach er zu ihm: Komm her zu mir/ mein Sohn/ und gib mir einen Kuß.

27. Da tratt er hinzu/ und kussete ihn. Und sobald er den köstlichen Geruch seiner Kleider empfand/ seegnete er ihn/ und sprach: Sihe/ der Geruch meines Sohns ist wie der Geruch eines vollen Ackers/ den der HErr geseegnet hat.

28. GOtt gebe dir vom Tau deß Himmels/ und von der Fettigkeit der Erden/ die Fülle *a* an Korn und Wein.

29. Und die Völcker sollen dir dienen/ und die Geschlechter sollen dich anbetten: sey ein HErr deiner Brüder/ und die Kinder deiner Mutter sollen sich vor dir biegen. Wer dir flucht/ der sey verflucht: und wer dich seegnet/ der solle mit Seegen erfüllet werden.

30. Nachdem Isaac seine Red kaum vollendet hatte/ und Jacob hinauß gangen war/ kam Esau/

31. Und trug die vom Wildbrät gekochte Speisen zum Vatter hinein/ und sprach: Stehe auf/ mein Vatter/ und iß von dem Wildbrät deines Sohns/ daß mich dein Seel seegne.

32. Und Isaac sprach zu ihm: Wer bist du dan? Er antwortet: Ich bin dein erstgebohrner Sohn Esau.

33. Da entsetzte sich Isaac/ und erschrack über die maß/ und verwunderte sich mehr/ dan man glauben kan/ und sprach: Wer ist der dan/ der zuvor das gefangene Wildbrät zu mir gebracht hat/ u. ich hab von allem gessen/ ehe du kommen bist? u. ich hab ihn geseegnet/ u. er wird auch geseegnet seyn

II. 34. Als Esau dise Red seines Vatters hörte/ brüllete er mit grossem Geschrey/ und ward überauß betrübt/ u. sprach: seegne mich auch/ mein Vatter.

35. Und er sprach: dein Bruder ist mit Betrug kommen/ und hat deinen Seegen hingenommen.

36. Darauf sprach er: Recht ist sein Nahm genannt Jacob/ dan sihe er hat mich nun zum andern mal hintergangen. Meine Erstgeburt hat er zuvor hingenommen/ und nun abermal nimmt er auch meinen Seegen. Und er sprach widerum zu seinem Vatter: Hast du mir dan keinen Seegen vorbehalten?

37. Isaac antwortet: Ich hab ihn zu deinem HErrn gemacht/ und alle seine Brüder hab ich ihm zur Dienstbarkeit unterworffen: ich hab ihn gestärcket mit Korn und Wein/ was sol ich dir/ mein Sohn/ nach disem weiter thun?

a Uberfluß

38. Esau sprach: Hast du dan nur einen Seegen/ mein Vatter? ich bitte dich/ seegne mich auch. Und als er mit grossem Heulen weinete/

39. Ward Isaac bewegt/ und sprach zu ihm: in der Fettigkeit deß Erdreichs/ und im Tau deß Himmels von oben her/

40. Wird dein Seegen seyn. Im Schwerdt wirst du leben/ und wirst deinem Bruder dienen: und es wird die Zeit kommen/ daß du sein Joch auflösen wirst/ und von deinem Hals abwerffen.

III. 41. Darum hassete Esau den Jacob allezeit/ um deß Seegens willen/ damit ihn sein Vatter geseegnet hatte: und sprach in seinem Hertzen: Es werden die Trauertäg kommen über meinen Vatter alsdan wil ich meinen Bruder Jacob erwürgen.

42. Diß ward der Rebecca angezeigt/ u. sie schickte hin/ und forderte ihren Sohn Jacob/ und sprach zu ihm: Sihe/ dein Bruder Esau drohet dir/ daß er dich tödten wolle.

43. Und nun/ mein Sohn/ höre mein Stimm/ mach dich auf/ und fliehe zu meinem Bruder Laban gen Haran/

44. Und wohne bey ihm wenig Täg/ biß der Grimm deines Bruders sich stille/

45. U. sein Zorn aufhöre/ u. er vergesse/ was du wider ihn gethan hast: so wil ich darnach schicken u. dich von dañen widerum hieher bringen. Warum solt ich beyder Söhn auf einen Tag beraubt werde?

46. Und Rebecca sprach zu Isaac: mich verdriest meines Lebens/ um der Töchter Heth willen: wo Jacob ein Weib nehmen wird vom Stammen dieses Lands/ so begehre ich nit länger zu leben.

Das XXVIII. Capitel.

I. Jacob fliehet in Mesopotamiam / 1.
II. Sihet im Schlaf eine Leiter; darauf GOtt lehnet / und ihn mit Verheissungen tröstet / 10.
III. Richtet zur Gedächtnuß einen Stein auf: thut GOtt ein Gelübd/ und reiset fort/ 18.

1. DErwegen rieff Isaac dem Jacob / und seegnete ihn / auch gebott er ihm / und sprach: Nimm kein Weib von dem Geschlecht Chanaan:

2. sondern ziehe hin/ und begib dich in Mesopotamiam in Syrien/ zum Hauß Bathuel / deß Vatters deiner Mutter/ u. nim̃ dir von dañen ein Weib von dē Töchtern Laban deß Bruders deiner Mutter

3. Aber der allmächtige GOtt seegne dich / und lasse dich wachsen und vermehre dich/ auf daß du zu Schaaren der Völcker werdest.

4. Und er gebe dir den Seegen Abrahams/ und

38. Cui Esau: Num unam, inquit, tantùm benedictionem habes, pater? mihi quoque obsecro ut benedicas. Cúmque ejulatu magno fleret, *l*

39. motus Isaac *m* dixit ad eum: In pinguedine terræ, & in rore cæli desuper

40. erit benedictio tua. Vives in gladio, & fratri tuo servies: tempúsque veniet *n* cùm excutias, & solvas jugum ejus de cervicibus tuis.

III. 41. Oderat ergo semper Esau Jacob pro benedictione quâ benedixerat ei pater: dixítque in corde suo: *o* Venient dies luctus patris mei, & occidam Jacob fratrem meum.

42. Nuntiata sunt hæc Rebeccæ: quæ mittens & vocans Jacob filium suum, dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus minatur ut occidat te.

43. Nunc ergo, fili mi, audi vocem meam, & consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran:

44. habitabísque cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui.

45. & cesset indignatio ejus, oblivíscatúrque eorum quæ fecisti in eum: postea mittam, & adducam te inde huc, cur utroque orbabor filio in uno die?

46. Dixítque Rebecca ad Isaac: *p* Tædet me vitæ meæ propter filias Heth: si acceperit Jacob uxorem de stirpe hujus terræ, nolo vivere.

Caput XXVIII.

I. Jacob in Mesopotamiam transit. 1.
II. Videt in somnis scalam cui innitebatur Dominus: & accipit de terrâ ac seminis multiplicatione, promißionem, 10.
III. Experrectus erigit altare & votum Deo vovet. 18.

1. VOcavit itaque Isaac Jacob *a*, & benedixit eum præcepítque ei dicens: Noli accipere conjugem de genere Chanaan:

2. sed vade, & proficiscere *b* in Mesopotamiam Syriæ, ad domum Bathuel patris matris tuæ, & accipe tibi inde uxorem de filiabus Laban, avunculi tui.

3. Deus autem omnipotens benedicat tibi, & crescere te faciat, atque multiplicet: ut sis in turbas populorum.

4. Et det tibi benedictiones Abrahæ, & semi-

l Hebr. 12. 17.
m Herb. 11. 20.
n Sub Joram jugo excusso 4. *Reg.* 8. 22. fuit Idumæa per annos 760. libera, usque ad Joan. Hircan. qui eam iterum subegit, eíque circumcisionem imposuit. At post hæc, annis circiter 90. per Herodē Idumæum & posteros ejus Judæis imperavit. *V. Joseph. & Chronol. nostrā.*
o Abd. 1. 10.
p Sup. 26. 35.
a Eodem an. 2245.
b Sept. *Surgens fuge.* unde *Sapient.* 10 vocatur Jacob profugus iræ fratris.

ſemini tuo poſt te: ut poſſideas terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus eſt avo tuo.

5. *c* Cúmque dimiſiſſet eum Iſaac, profectus venit in Meſopotamiam Syriæ ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccæ matris ſuæ.

6. Videns autem Eſau quòd benedixiſſet pater ſuus Jacob, & miſiſſet eum in Meſopotamiam Syriæ, ut inde uxorem duceret; & quòd poſt benedictionem præcepiſſet ei, dicens: Non accipies uxorem de filiabus Chanaan:

7. quódque obediens Jacob parentibus ſuis iſſet in Syriam:

8. probans *d* quoque quòd non libenter aſpiceret filias Chanaan pater ſuus:

9. ivit ad Iſmaëlem *e*, & duxit uxorem absque iis, quas priùs habebat, Maheleth filiam Iſmael filii Abraham, ſororem Nabaioth.

II. 10. Igitur † egreſſus Jacob de Berſabée, pergebat Haran. *f*

11. Cúmque veniſſet ad quemdam locum, & vellet in eo requieſcere poſt ſolis occubitum, tulit de lapidibus qui jacebant, & ſupponens capiti ſuo, dormivit in eodem loco.

12. Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cælum: Angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes *g* per eam *h*,

13. & Dominum innixum ſcalæ dicentem ſibi *i* Ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac: Terram, in qua dormis, tibi dabo & ſemini tuo.

14. Eritque ſemen tuum quaſi pulvis terræ *k* dilataberis ad Occidentem, & Orientem, & Septentrionem, & Meridiem: & *l* BENEDICENTUR IN TE & *m* in ſemine *n* tuo cunctæ tribus terræ.

15. Et ero cuſtos tuus quocumque perrexeris, & reducam te in terram hanc, nec dimittam niſi complevero univerſa quæ dixi.

16. Cúmque evigilaſſet Jacob de ſomno, ait: Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam.

17. Pavénsque: Quàm terribilis eſt, inquit, locus iſte! non eſt hìc aliud niſi domus Dei, & porta cæli.

III. 18. Surgens ergo Jacob manè, tulit lapi-

deinem Saamen nach dir: damit du das Land beſitzeſt / darinn du ein Frembdling biſt daß er deinem Groß-Vatter verheiſſen hat.

5. Und nachdem ihn Jſaac von ſich gelaſſen / reiſte er hin und kam in Meſopotamiam in Syrien / zum Laban dem Sohn Bathuel deß Syrers / der ſeiner Mutter Rebecca Bruder war.

6. Als nun Eſau ſahe / daß ſein Vatter den Jacob geſeegnet hatte und ihn in Meſopotamiam in Syrien geſchicket daß er dannenher ein Weib nehme; auch daß er ihm nach dem Seegen befohlen hatte / und geſagt: du ſolſt kein Weib nehmen von den Töchtern Chanaan:

7. Und daß Jacob ſeinen Eltern gehorſam geweſen / und in Syrien gezogen war:

8. Merckte auch / daß ſein Vatter die Töchter Chanaan nit gern ſehe:

9. Reiſte er hin zum Jſmael / und nahm zum Weib / neben denen / die er zuvor hatte / Maheleth die Tochter Jſmaels deß Sohns Abrahams / eine Schweſter Nabajoth

II. 10. Alſo reiſte Jacob auß von Berſabee / und zoge gen Haran.

11. Und nachdem er zu einem Ort kommen war / da er nach Untergang der Sonnen ruhen wolte / nahm er einen von den Steinen die da lagen / und legte ihn unter ſein Haubt / und ſchlieff an demſelbigen Ort.

12. Und er ſahe im Schlaf ein Leiter / die ſtund auf der Erden und rührte mit der Spitzen an den Himmel: auch ſahe er die Engel GOttes auf derſelbigen auf und abſteigen.

13. Und den HErrn auf die Leiter ſich lehnen / der auch zu ihm ſprach: ich bin der HErr / der GOtt deines Vatters Abraham u. der Gott Jſaac: das Land dariñ du ſchlaffeſt / wil ich dir gebẽ u. deinem Samẽ.

14. U. dein Saam ſol ſeyn wie der Staub der Erden / du wirſt außgebreitet werdẽ gegen Nidergang und Aufgang gegen Mitternacht / und Mittag und SOLLEN JN DJR u. in deinem Saamen alle Geſchlecht der Erden geſeegnet werden.

15. Und ich wil dein Hüter *a* ſeyn / wohin du auch ziehen wirſt / und wil dich widerum führen in diß Land: Jch wil nit nachlaſſen / biß ich alles vollziehe / was ich geredt hab.

16. Als nun Jacob aufgewacht war vom Schlaf / ſprach er: Fürwahr / der HErr iſt an diſem Ort / und ich wuſte es nit.

17. Und er war erſchrocken / und ſprach: Wie erſchröcklich iſt diß Ort: es iſt hie nichts anders / dan GOttes Hauß / und die Porten deß Himmels.

III. 18. Alſo ſtund Jacob deß Morgens früh auf

a Beſchützer

c Oſee. 12. 12.

d intelligens

e i. Iſmaëlitas, nam Iſmaël ante annos 14. mortuus erat.

Sup. 25. 17.

† PRO PEREGR. EPISTOL.

f Quæ 18. aut. 20. dierum itinere diſtabat; leucarum Gallicarum commun. circiter 230.

g Joan. 1. 51 Matth. 4. 11.

h ſcala hæc ſignificat Chriſti crucem aliáq; myſteria.

i Infr. 35. 1. 48. 3.

k Deut. 12. 20. 19. 8.

l Sup. 26. 4.

m tò & ſignificat id eſt.

n i. Filio Chriſto.

auf / und nahm den Stein / den er unter sein Haubt gelegt hatte / und richtet ihn auf zum Zeichen / und goß Oel oben darauf.

19. Und nennte den Namen der Stadt / Bethel / die zuvor Luza genannt war.

20. Er thäte auch ein Gelübd und sprach: So GOtt wird mit mir seyn / und mich behüten auf dem Weeg / darauf ich wandle / und mir geben Brod zu essen / und Kleyder anzuziehen /

21. Und so ich glücklich widerum kommen werde zu meines Vatters Hauß: alsdan sol der HERR mein GOtt seyn /

22. Und diser Stein / den ich zum Zeichen aufgerichtet habe / sol GOttes Hauß genennt werden / und von allem / was du mir geben wirst / wil ich dir den Zehenden opffern.

lapidem quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, *o* fundens oleum desuper. *o Infr. 31. 13. 46.*

19. Appellavítque nomen urbis Bethel, quæ priùs Luza vocabatur.

20. Vovit etiam votum, dicens: Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum,

21. reversúsque fuero prosperè ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum,

22. & lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur Domus Dei: cunctorúmque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. *p* *p in sacrificium.*

Das XXIX. Capitel.

I. Jacob kommt nach Haran / 1.
II. Dienet dem Laban um die Rachel siben / und abermahl siben Jahr / 18.
III. Lia gebähret Ruben / Simeon / Levi / und Judam / 32.

1. Also zoge Jacob hin / und kam in das Land gegen Morgen.

2. Und er sahe einen Brunn auf dem Feld / auch drey Heerd Schaaf / die sich dabey gelägert hatten: dan das Vieh ward darauß geträncket / und sein Mund war mit einem grossen Stein geschlossen.

3. U. es war der Brauch daß sie den Stein abweltzten / wan alle Schaaf versammlet waren / u. daß sie darnach denselbigen Stein widerum auflegten / wan die Heerden geträncket waren.

4. Und er sprach zu den Hirten: Brüder / von wannen seyd ihr? Sie antworteten: von Haran.

5. Er fragte sie / und sprach: Kennet ihr den Laban / den Sohn Nachor? sie sprachen: Wir kennen ihn.

6. Er sprach: ist er noch gesund? Sie antworteten: Ja er ist gesund / und sihe Rachel seine Tochter kommt mit ihrer Heerd.

7. Und Jacob sprach: Es ist noch lang Tag / die Zeit ist auch noch nit / daß man die Heerde widerum zum Stall führe / träncket die Schaaf zuvor / und führet sie hernach widerum zur Weid.

8. Sie antworteten: Das können wir nit thun / biß alles Vieh zusammen komme / und wir den Stein vom Mund deß Brunnens abthun / und träncken die Heerden.

9. Da sie noch miteinander redten / sihe / da kam Rachel mit den Schaafen ihres Vatters: dan sie weidete die Heerd.

a abwältzen

CAPUT XXIX.

I. Jacob à Laban susceptus, 1.
II. Septem annis pro Rachel servit; cui cùm supposita esset Lia, septem alios annos implet pro Rachel quæ sterilis est. 18.
III. Sed Lia quatuor filios parit. 32.

1. PRofectus ergo Jacob venit *a* in terram Orientalem. *a Eodem an. 2245.*

2. Et vidit puteum in agro, tres quoque greges ovium accubantes juxta eum: nam ex illo adaquabantur pecora, & os ejus grandi lapide claudebatur.

3. Morísque erat ut cunctis ovibus congregatis devolverent lapidem, & refectis gregibus rursum super os putei ponerent.

4. Dixítque ad pastores: Fratres, unde estis? Qui responderunt: de Haran.

5. Quos interrogans: Numquid, ait, nostis Laban filium Nachor? Dixerunt: Novimus.

6. Sanúsne est? inquit. Valet, inquiunt: & ecce Rachel filia ejus venit cum grege suo.

7. Dixítque Jacob: Adhuc multum diei superest, nec est tempus ut reducantur ad caulas greges: date antè potum ovibus, & sic eas ad pastum reducite.

8. Qui responderunt: Non possumus, donec omnia pecora congregentur, & amoveamus lapidem de ore putei, ut adaquemus greges.

9. Adhuc loquebantur, & ecce Rachel veniebat cum ovibus patris sui nam gregem ipsa pascebat.

10. Quam

10. Quam cùm vidisset Jacob, & sciret consobrinam suam, ovésque Laban avunculi sui: amovit lapidem quo puteus claudebatur.

11. Et adaquato grege, osculatus est eam: & elevata voce flevit,

12. & indicavit ei quòd frater esset patris sui, & filius Rebeccæ: at illa festinans nuntiavit patri suo.

13. Qui cùm audisset venisse Jacob filium sororis suæ, cucurrit obviàm ei: complexúsque eum, & in oscula ruens, duxit in domum suam. Auditis autem causis itineris,

14. respondit: Os meum es, & caro mea. Et postquam impleti sunt dies mensis unius,

15. dixit ei: Num quia frater meus es, gratis servies mihi? dic quid mercedis accipias.

16. Habebat verò duas filias, nomen majoris Lia: minor verò appellabatur Rachel. *b*

b allegoricè Rachel Dei charitatem & contemplationem, Lia proximi charitatem & vitam activam significat. *Francisc. Salef. tr. de div. amore.*

17. Sed Lia lippis erat oculis: Rachel decora facie, & venusto aspectu.

II. 18. Quam diligens Jacob, ait: Serviam tibi pro Rachel filia tua minore, septem annis.

19. Respondit Laban: Melius est ut tibi eam dem quàm alteri viro, mane apud me.

20. Servivit ergo Jacob pro Rachel septem annis: videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine.

21. Dixítque ad Laban *c*: Da mihi uxorem meam: quia jam tempus impletum est †, ut ingrediar ad illam.

c An. M. 2252. Ant. Chr. 1752.

† id est 7. anni servitutis.

22. Qui vocatis multis amicorum turbis ad convivium, fecit nuptias.

23. Et vesperè Liam filiam suam introduxit ad eum,

24. dans ancillam filiæ, Zelpham nomine. Ad quam cùm ex more Jacob fuisset ingressus, facto manè vidit Liam:

25. & dixit ad socerum suum: Quid est quod facere voluisti? nonne pro Rachel servivi tibi? quare imposuisti mihi?

26. Respondit Laban: Non est in loco nostro consuetudinis, ut minores antè tradamus ad nuptias.

27. Imple hebdomadam dierum hujus copulæ *d*: & hanc quoque dabo tibi pro

d i. Nuptiarum harum solemnitati

10. Da sie nun Jacob sahe / und wuste / daß sie seiner Mutter Bruders Tochter war / und daß es deß Labans / seines Ohmen / Schaf wärẽ: thät er den Stein hinweg / damit der Brunn geschlossen war.

11. Da nun die Heerd getrăncket war / küste er sie / und hub seine Stimm auf und weinete /

12. Und zeigte ihr an / daß er ihres Vatters Bruder / und der Rebecca Sohn wäre: sie aber eilete / und verkündigte solches ihrem Vatter.

13. Da der hörte / daß Jacob seiner Schwester Sohn kommen wär / lieff er ihm zu gegen / fiel ihm um den Hals / und küste ihn / und führte ihn in sein Hauß. Da er aber die Ursachen der Reiß hörete /

14. Antwortet er: Du bist mein Bein / und mein Fleisch. Und als die Tag eines Monats erfüllet waren /

15. Sprach er zu ihm: Soltest du mir derwegen umsonst dienen / weil du mein Bruder bist / sage an / was du für Lohn begehrest.

16. Er hatte aber zwo Töchter / der ältesten Nahm war Lia / die jüngste aber hieß Rachel.

17. Und Lia hatte trieffende Augen: Rachel aber war schön von Angesicht / und lieblich von Gestalt.

II. 18. Dise hatte Jacob lieb / und sprach: ich wil dir dienen um die Rachel / deine jüngste Tochter siben Jahr lang.

19. Laban antwortet: Es ist besser / daß ich sie dir gebe / als einem andern Mann / bleib bey mir.

20. Also dienete Jacob um die Rachel siben Jahr lang: und dauchte ihn *a* / daß es wenig Täg wären / für grosser Lieb.

21. Und er sprach zu Laban: Gib mir mein Weib: dan die Zeit ist nun erfüllet / daß ich zu ihr eingehe.

22. Und er lude ein grosse Anzahl der Freunden zum Mahl / und machte Hochzeit.

23. Auf den Abend führte er sein Tochter Liam zu ihm hinein /

24. U. gab seiner Tochter ein Magd zu / mit namẽ Zelpha. Da gieng Jacob zu ihr hiñein / wie der Brauch ist / u. da es Morgen ward / sahe er / daß es Lia war.

25. Und er sprach zu seinem Schwäher: was ist diß / das du hast thun wollen? hab ich dir nit um die Rachel gedienet? warum hast du mich betrogen?

26. Laban antwortet: Es ist an unserm Ort der Brauch nit / daß wir die jüngste erstlich außgeben zu heyrathen.

27. Erfülle die Wochen der Täg diser Vermählung / so wil ich dir jene auch geben für die Ar-

a er vermeinte.

beit /

beit / damit du mir ſiben andere Jahr lang dienen wirſt.

28. U. er war mit dem Vorſchlag zu friden: u. als die Wochenzeit um war / nam er Rachel zum Weib.

29. Und ihr Vatter gab ihr eine Dienſtmagd zu / Bala genannt.

30. Alſo kam er endlich zu der gewünſchten Hochzeit / und hatte die andere lieber / dan die erſte / darum er ſiben andere Jahr bey ihm gedienet hatte.

31. Als aber der HErr ſahe / daß er die Lia verachtete / eröffnete er ihren Leib / und ihre Schweſter blibe unfruchtbar.

III. 32. Und nachdem ſie Schwanger worden / gebahr ſie einen Sohn und nennte ſeinen Nahmen / Ruben und ſprach: der HErr hat meine Niderung *a* angeſehen / nun wird mich mein Mañ lieb haben.

33. Und widerum empfieng ſie / und gebahr einen Sohn / und ſprach: Weil der HErr gehöret hat / daß ich bin verachtet worden / ſo hat er mir auch diſen Sohn geben: und nennte ſeinen Namen Simeon.

34. U. ſie ward zum drittenmal befruchtet / und gebahr einen andern Sohn / u. ſprach: nun wird auch mein Mann widerum zu mir gehen / weil ich ihm drey Söhn geboren hab / darum nennte ſie ſeinen Nahmen Levi.

35. Zum Vierdten empfieng ſie / und gebahr einen Sohn / und ſprach: Jetzt wil ich den HErrn loben: und darum nennte ſie ſeinen Namen / Juda: und ſie hörte auf zu gebähren.

Das XXX. Capitel.

I. Rachel / ſo Unfruchtbar / gibt Jacob ihre Magd zum Weib; welche Dan und Nephthali gebähret 1.
II. Lia gibt auch ihre Magd dem Jacob / welche gebähr et Gad und Aſer / 9.
III. Rachel wird fruchtbar / und gebähret Joſeph / 22.
IV. Jacob machte ein neues Geding mit Laban / und dienet ferner um den Lohn der bunten Schaf / 25.

1. Als aber Rachel ſahe / daß ſie unfruchtbar war / beneydete ſie ihre Schweſter / und ſprach zu ihrem Mann: Gib mir Kinder / ſonſt ſterbe ich.

2. Da ward Jacob zornig / und antwortet: bin ich dan / wie GOtt / der deinem Leib die Fruchtbarkeit benommen hat?

3. Sie aber ſprach: Ich hab da die Magd Bala: gehe zu derſelben hinein / daß ſie auf meiner Schooß gebähre / und ich auß ihr Kinder habe.

4. Und ſie gab ihm die Bala zur Ehe:

5. Da nun ihr Mann zu ihr eingieng / empfieng ſie / und gebahr einen Sohn.

6. Und Rachel ſprach: Der HErr hat mir Recht

a Demuth

opere quo ſerviturus es mihi ſeptem annis aliis.

28. Acquievit placito: & hebdomadâ tranſactâ Rachel duxit uxorem:

29. cui pater ſervam Balam tradiderat.

30. Tandémque potitus optatis nuptiis, amorem ſequentis priori prætulit, ſerviens apud eum ſeptem annis aliis.

31. Videns autem Dominus quòd deſpiceret Liam, aperuit vulvam ejus *e*, ſorore ſterili permanente.

III. 32. Quæ conceptum genuit filium *f*, vocavítque nomen ejus Ruben, dicens: Vidit Dominus humilitatem meam, nunc amabit me vir meus.

33. Rurſúmque concepit & peperit filium *g*, & ait: Quoniam audivit me Dominus haberi contemptui, dedit etiam iſtum mihi: vocavítque nomen ejus Simeon.

34. Concepítque tertiò, & genuit alium filium *h*: dixítque: Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eò quòd pepererim ei tres filios: & idcircò appellavit nomen ejus, Levi.

35. Quartò concepit, & peperit filium *i*, & ait: Modò confitebor Domino: & ob hoc vocavit eum, Judam *k* ceſſavítque parere.

Caput XXX.

I. Rachel ſterilis ancillam ſuam marito tradit, ex qua ſuſcipit filios: 1.
II. Similiter facit & Lia, quæ & ipſa duos filios & filiam parit, 9.
III. Rachel verò Joſeph: 22.
IV. Laban de mercede paciſcitur cum Jacob; plurimum ditatur. 25.

1. Cernens autem Rachel quòd infœcunda eſſet, invidit ſorori ſuæ, & ait marito ſuo: Da mihi liberos, alioquin moriar.

2. Cui iratus reſpondit Jacob: Num pro Deo ego ſum, qui privavit te fructu ventris tui?

3. At illa: Habeo, inquit, famulam Balam: ingredere ad illam, ut pariat ſuper genua mea, & habeam ex illa filios.

4. Deditq; illi Balam in conjugium: quæ,

5. Ingreſſo ad ſe viro, concepit, & peperit filium.

6. Dixítque Rachel: Judicavit mihi Do-

debitam. *Vid. Judic.* 14. 12.

e reddens fœcundam

f Ann. M. 2253. Ant. Chr 1751. Ætatis Jacob 85.

g Ann. M. 2254.

h Ann. M. 2255.

i Ann. M. 2256. *Matth.* 1. 2

k i. confeſſionem.

Dominus, & exaudivit vocem meam, dans mihi filium: & idcircò appellavit nomen ejus, Dan *a*.

a i. judicium.

7. Rurſúmque Bala concipiens peperit alterum.

8. pro quo ait Rachel: Comparavit me Deus cum ſorore mea, & invalui: vocavítque eum, Nephtali *b*.

b i. æquiparationem

II. 9. Sentiens Lia quòd parere deſiiſſet, Zelpham ancillam ſuam marito tradidit.

10. Qua poſt conceptum edente filium,

11. dixit: Feliciter & idcircò vocavit nomen ejus, Gad *c*.

c i. felicem.

12. Peperit quoque Zelpha alterum.

13. Dixítque Lia: Hoc pro beatitudine mea: Beatam quippe me dicent mulieres, propterea appellavit eum, Aſer *d*.

d i. beatitudinem.

14. Egreſſus autem Ruben tempore meſſis triticeæ in agrum, reperit mandragoras: quas matri Liæ detulit. Dixítque Rachel: Da mihi partem de mandragoris *e* filii tui.

e mandragoræ poma pulchra ſunt, odorifera, & vim philtri quodamodo habentia

15. Illa reſpondit: Parúmne tibi videtur, quòd præripueris maritum mihi, niſi etiam mandragoras filii mei tuleris? Ait Rachel: Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filii tui.

16. Redeuntíque ad veſperam Jacob de agro, egreſſa eſt in occurſum ejus Lia, & ad me, inquit, intrabis: quia mercede conduxi te pro mandragoris filii mei. Dormivítque cum ea nocte illa.

17. Et exaudivit Deus preces ejus: concepítque & peperit filium quintum,

18. & ait: Dedit Deus mercedem mihi quia dedi ancillam meam viro meo: appellavítque nomen ejus, Iſſachar *f*.

f i. mercedem.

19. Rurſum Lia concipiens, peperit ſextum filium,

20. & ait: Dotavit me Deus dote bona: etiam hac vice mecum erit maritus meus, eo quòd genuerim ei ſex filios: & idcircò appellavit nomen ejus, Zabulon.

21. Poſt quem peperit filiam, nomine Dinam.

III. 22. Recordatus quoq; Dominus Rachelis, exaudivit eam, & aperuit vulvam ejus.

23. Quæ concepit & peperit filium *g* dicens: Abſtulit Deus opprobrium meum.

g Ann. M. 2259. Ant. Chr. 1745.

geſchafft / er hat meine Stimm erhöret / und mir einen Sohn gegeben. Darum nennte ſie ſeinen Namen Dan.

7. Abermal ward Bala ſchwanger / und gebar einen Sohn /

8. Dafür ſprach Rachel: GOtt hat mich meiner Schweſter gleich gemacht / und ich hab überhand genommen: und ſie nennte ihn Nephthali.

II. 9. Da Lia merckte / daß ſie aufgehöret hätte zu gebären / gab ſie ihre Magd Zelpha ihrem Mann.

10. Nachdem die ſchwanger worden / und einen Sohn brachte /

11. ſprach Lia: Glücklich: und darum nennte ſie ſeinen Namen / Gad.

12. Auch gebahr Zelpha den andern Sohn.

13. Und Lia ſprach: das zu meiner Seeligkeit: dan die Weiber werden mich ſeelig preiſen: darum nennte ſie ihn Aſer.

14. Aber Ruben gieng herauß aufs Feld um die Zeit der Weitzen Erndte / und fand Alraunen / die er ſeiner Mutter Lia brachte. Und Rachel ſprach: Gib mir ein Theil von den Alraunen deines Sohns.

15. Sie antwortet: Dunckt dich nit genug daß du mir meinen Mann genommen haſt / und wilſt mir auch die Alraunen meines Sohns abnehmen? Rachel ſprach: Er ſchlafe dan diſe Nacht bey dir / für die Alraunen deines Sohns.

16. Und da Jacob deß Abends aus dem Feld kam / gieng Lia hinauß ihm zugegen / und ſprach: Du ſolſt zu mir eingehen: dan ich hab dich mit Lohn bedinget mit den Alraunen meines Sohns. Und er ſchlieff die Nacht bey ihr.

17. Und GOtt erhörte ihr Gebett / und ſie empfieng / und gebahr ihren fünfften Sohn.

18. Und ſie ſprach: GOtt hat mir Belohnung gegeben: dan ich hab meine Magd meinem Mann gegeben / und ſie nennte ſeinen Namen Iſſachar.

19. Widerum ward Lia ſchwanger / gebar ihren ſechſten Sohn /

20. Und ſprach: GOtt hat mich mit einer guten Morgengab begabet: nun wird mein Mañ auf dißmal auch bey mir ſeyn / weil ich ihm ſechs Söhn gebohren hab: darum nannte ſie ſeinen Nahmen / Zabulon.

21. Darnach gebahr ſie eine Tochter / mit Namen Dina.

III. 22. Und der HErr gedachte auch an Rachel / und erhörte ſie / und eröffnete ihren Leib.

23. Und ſie ward Schwanger / und gebahr einen Sohn / und ſprach: GOtt hat meine Schmach hingenommen.

24: Und

24. Und sie nennte seinen Namen Joseph/ und sprach: Der HErr gebe mir auch den andern Sohn.

IV. 25. Nachdem aber Joseph gebohren war/ sprach Jacob zu seinem Schwäher: Laß mich ziehen/ daß ich widerum heim reise zu meinem Vatterland.

26. Gib mir meine Weiber und Kinder/ darum ich dir gedienet habe/ daß ich hinziehe: du weist meinen Dienst/ wie ich dir gedienet habe.

27. Und Laban sprach zu ihm: Laß mich Gnad finden vor deinem Angesicht: ich habe auß der Erfahrung gelernet/ daß mich GOtt um deinetwillen geseegnet hat:

28. Setze deinen Lohn/ den ich dir geben sol.

29. Er aber antwortet: du weist/ wie ich dir gedienet hab/ und wie groß dein Gut in meinen Händen worden ist.

30. Wenig hast du gehabt/ ehe dan ich zu dir kommen bin/ und nun bist du reich worden: und hat dich der HErr auf meinen Eingang geseegnet. So ists ja recht/ daß ich auch meinem Hauß einmahl fürsehe.

31. Und Laban sprach: Was sol ich dir geben? Er aber sprach: Ich begehre nichts; sondern im Fall du thun wirst/ was ich von dir begehre/ so wil ich deine Heerd widerum weiden und verwahren.

32. Gehe herum durch alle deine Heerd/ und söndere ab alle bunte a/ und mit allerhand Farben gesprengte Schaaf: und alles/ was rötlicht-braun/ und gesprengt/ und vilfärbig seyn wird/ so wohl unter den Schaafen/ als auch unter den Geissen/ das sol mein Lohn seyn.

33. Und sol mir Morgen meine Gerechtigkeit antworten/ wan die Zeit ankommen wird/ welche vor dir bestimmt ist: und alles/ was nit bunt/ gefleckt/ und braun seyn wird/ so wohl an Schaafen/ als an Geissen/ das sol mich Diebstals überzeugen.

34. Und Laban sprach: Was du begehrest/ das halte ich für genehm.

35. Und er sönderte ab am selben Tag die Geissen/ und Schaaf/ und Böck/ und Widder/ was bunt und fleckicht war: aber alle Heerden/ welche von einer Farb waren/ das ist/ von weissen und schwartzen Haaren/ übergab er seinen Söhnen in die Hand.

36. Und setzte einen Raum von drey Tagreisen zwischen ihm/ und seinem Tochter-Mann/ der seine übrige Heerden weidete.

37. Aber Jacob nam grüne Ruten von Pappeln/ Mandeln/ und Maßholder Bäumen/ schelete sie zum theil. Und da die Rind abgezogen ware/ ließ sichs/ so weit dieselbige abgeschelet/ weiß sehen:

a vilfärbige.

24. Et vocavit nomen ejus, Joseph *b* dicens: Addat mihi Dominus filium alterum.

IV. 25. Nato autem Joseph, dixit Jacob *i* socero suo: Dimitte me ut revertar in patriam, & ad terram meam.

26. Da mihi uxores, & liberos meos, pro quibus servivi tibi, ut abeam: tu nosti servitutem quâ servivi tibi.

27. Ait illi Laban: Inveniam gratiam in conspectu tuo: experimento didici, quia benedixerit mihi Deus propter te:

28. constitue mercedem tuam quam dem tibi.

29. At ille respondit: tu nosti quomodo servierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit possessio tua.

30. Modicum habuisti antequam venirem ad te, & nunc dives effectus es: benedixítque tibi Dominus ad introitum meum. Justum est igitur ut aliquando provideam etiam domui meæ.

31. Dixítque Laban: Quid tibi dabo? At ille ait: Nihil volo: sed si feceris quod postulo, iterùm pascam, & custodiam pecora tua.

32. Gyra omnes greges tuos, & separa cunctas oves varias, & sparso vellere *k*: & quodcumque furvum *l* & maculosum, variúmque fuerit, tam in ovibus quàm in capris, erit merces mea.

33. Respondebítq; mihi *m* cras *n* justitia mea, quando placiti tempus advenerit coram te: & omnia quæ non fuerint varia, & maculosa, & furva, tam in ovibus quàm in capris, furti me arguent.

34. Dixítque Laban: Gratum habeo quod petis.

35. Et separavit in die illa capras, & oves, & hircos, & arietes, varios atque maculosos: cunctum autem gregem unicolorem, id est, albi & nigri velleris, tradidit in manu filiorum suorum.

36. Et posuit spatium itineris trium dierum inter se & generum, qui pascebat reliquos greges ejus.

37. Tollens ergo Jacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticavit eas: detractísq; corticibus, in his quæ spoliata fuerant, candor appa-

b augmentum.

i Jacobi anno 91. ut patet infra cap. 47. vers. 9. finito 14. servitutis suæ. Ac proinde 77. annorum fuit cum ad Laban venit.

k sparsis in vellere maculis.

l i. subnigrum.

m q.d. Deus mihi favebit propter justitiam.

n i. futuro tempore.

apparuit: illa verò quæ integra fuerant, viridia permanserunt: atque in hunc modum color effectus est varius.

38. Posuítque eas in canalibus, ubi effundebatur aqua: ut cùm venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aspectu earum conciperent.

39. Factúmque est ut in ipso calore coïtus, oves intuerentur virgas, & parerent maculosa, & varia, & diverso colore respersa.

40. Divisitque gregem Jacob, & posuit virgas in canalibus ante oculos arietum: erant autem alba & nigra quæque, Laban: cætera verò Jacob, separatis inter se gregibus.

o Martio. 41. Igitur quando primò tempore *o* ascendebantur oves, ponebat Jacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum & ovium, ut in earum contemplatione conciperent:

p in Septembri, cùm fœtus debilior. 42. quando verò serotina *p* admissura erat, & conceptus extremus, non ponebat eas. Factáque sunt ea quæ erant serotina, Laban: & quæ primi temporis, Jacob.

43. Ditatúsque est homo ultra modum, & habuit greges multos, ancillas & servos, camelos & asinos.

Caput XXXI.

I. Jacob, jubente Domino, ad Patrem cum omnibus suis tacitus revertitur, 1.
II. Quem Laban insequitur: Rachel patris idolis ablatis, ipsum quærentem astu decipit: 22.
III. Tandem Jacob & Laban inito fœdere, ad propria quisque discedit. 36.

1. POstquam autem audivit verba filiorum Laban dicentium: Tulit Jacob omnia quæ fuerunt patris nostri, & de illius facultate ditatus, factus est inclytus:

2. animadvertit quoque faciem Laban, quòd non esset erga se sicut heri & nudius
a seu anteà tertius *a*,

3. maximè dicente sibi Domino: Revertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eróque tecum.

b Ann. M. 2265. Ant. Chr. 1739. Ætatis suæ 104. 4. Misit *b*, & vocavit Rachel & Liam in agrum, ubi pascebat greges:

5. dixitque eis: Video faciem patris vestri quòd non sit erga me sicut heri & nudius tertius: Deus autem patris mei fuit mecum.

Da sie aber nit abgezogen worden / da blib es grün: und also ist unterschidliche Farb worden.

38. Und er legte sie in die Canalen / darinn das Wasser außgossen ward: damit die Heerden / wan sie zu trincken kamen / die Ruten für den Augen hatten / und in Ansehen derselbigen empfiengen.

39. Also hat sich zugetragen / daß die Schaaf in der Brunst der Vermischung die Ruten ansahen / und darauf gefleckte / bunte / und vilfärbige Frucht gebähreten.

40. Und Jacob scheidete die Heerd / und legte die Ruten in die Canalen für die Augen der Widder. Es war aber alles was schwartz und weiß war / dem Laban zugehörig: das übrige war Jacobs / und waren die Heerden von einander gescheiden.

41. Derwegen wan in der ersten Brunst die Schaaf besprungen wurden / so legte Jacob die Ruten in die Wasser Canalen / den Widdern u. Schafen vor die Augen / damit sie in Anschauung derselbigen empfiengen:

42. Aber wan der späte Lauff / und die letzte Befruchtung war / so legte er sie nit hinein. Also ist geschehen / daß die Spätling dem Laban zukamen / und was auß der ersten Zeit war / dem Jacob.

43. Daher ward der Mann über die Maß reich / und hatte vil Heerden / und Mägd und Knecht / Cameelthier und Esel.

Das XXXI. Capitel.

I. Jacob ziehet mit seinen Angehörigen wider in Chanaan / ohn vorwissen deß Labans / 1.
II. Laban ereilet ihn / und durchsuchet Jacobs Haußrath. Rachel verbirgt die gestohlene Götzen / 22.
III. Jacob verantwortet sich; nach aufgerichtem Bund scheiden sie freundlich voneinander / 36.

1. ALs ihm aber die Wort der Kinder Laban zu Ohren kamen / daß sie sprachen: Jacob hat alles hingenommen / was unsers Vatters war / und ist von seinem Gut reich und herrlich worden;

2. Und er auch vermerckte / daß Labans Angesicht gegen ihm nit war / wie es gestern und vorgestern gewesen.

3. Insonderheit / weil auch der HErr zu ihm sprach: Kehre widerum in das Land deiner Vätter / und zu deinem Geschlecht / so wil ich bey dir seyn.

4. Schickte er hin / und forderte die Rachel und die Lia aufs Feld / da er die Heerde weidete /

5. Und sprach zu ihnen: Ich sehe / daß euers Vatters Angesicht gegen mir nit ist / wie gestern und vorgestern: aber der GOtt meines Vatters ist bey mir gewesen.

6. Nun wisset ihr selbst/ daß ich auß allen meinen Kräfften eurem Vatter gedienet habe.

7. Aber euer Vatter hat mich auch betrogen/ und nun zehenmal meinen Lohn verändert: gleichwohl hat ihm GOtt nit zugelassen/ daß er mir hätte Schaden zugefüget.

8. Wan er sprach: Die Bunten sollen dein Lohn seyn/ so gebähreten alle Schaaf bunte Frucht. Wan er aber zum Widerspiel sagte: Alles/ was weiß ist/ solst du zur Belohnung haben / so gebähreten alle Heerden weisse Frucht.

9. Also hat GOtt euers Vatters Gut genommen/ und hats mir geben.

10. Dan wan die Zeit heran kam / daß die Schaaf solten befruchtet werden/ so hub ich meine Augen auf/ und sahe im Schlaf/ daß die Männlein/ so auf die Weiblein sprungen/ waren bunt/ gefleckt/ und von unterschidlichen Farben.

11. Und der Engel GOttes sprach zu mir im Schlaf: Jacob! Und ich antwortete: Hie bin ich.

12. Und er sprach: Hebe deine Augen auf/ und sihe/ wie alle die Männlein / so auf die Weiblein springen/ seynd bunte / gefleckte / und gesprengte. Dan ich hab alles gesehen/ was dir Laban gethan hat.

13. Ich bin der GOtt zu Bethel / da du den Stein gesalbet hast und mir ein Gelübd gethan. So stehe nun auf und ziehe aus disem Land / und kehre wider in das Land/ darinn du gebohren bist.

14. Da antworteten Rachel und Lia: Haben wir dan etwas übrigs an Gütern und Erbschafft in unsers Vatters Hauß?

15. Hat er uns nit gehalten wie Frembde? hat er uns nit verkaufft und unsern Kauffschilling verzehret?

16. Aber GOtt hat die Güter unsers Vatters genommen/ und hat sie uns und unsern Kindern gegeben: darum thue alles/ was dir GOtt befohlen hat.

17. Derwegen machte sich Jacob auf / setzte seine Kinder und Weiber auf die Camelen/ und zohe darvon.

18. Und er nahm all sein Gut / seine Heerde/ und alles/ was er in Mesopotamia gewunnen hatte/ und reisete zu seinem Vatter Isaac in das Land Chanaan.

19. Zu derselbigen Zeit war Laban gangen/ die Schaaf zu scheeren/ und Rachel stahl die Abgötter ihres Vatters.

20. Und Jacob wolte seinem Schwäher nit bekennen daß er hinweg zohe.

21. Als er nun hinweg gezogen war / so wohl er selbst/ als alles/ was ihm von Rechts wegen zu-

6. Et ipsæ nostis quòd totis viribus meis servierim patri vestro.

7. Sed & pater vester circumvenit me & mutavit mercedem meam decem *c* vicibus: & tamen non dimisit eum Deus ut noceret mihi.

8. Si quando dixit: Variæ erunt mercedes tuæ: pariebant omnes oves varios fœtus. quando verò è contrario ait: Alba quæque accipies pro mercede: omnes greges alba pepererunt.

9. Tulítque Deus substantiam patris vestri, & dedit mihi.

10. Postquam enim conceptus ovium tempus advenerat, levavi oculos meos, & vidi in somnis ascendentes mares super feminas, varios & maculosos, & diversorum colorum.

11. Dixítque Angelus Dei ad me in somnis: Jacob? Et ego respondi: Adsum.

12 Qui ait: Leva oculos tuos, & vide universos masculos ascendentes super feminas, varios, maculosos, arque respersos. Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban.

13. Ego sum Deus *d* Bethel, *e* ubi unxisti lapidem, & votum vovisti mihi. Nunc ergo surge, & egredere de terra hac, revertens in terram nativitatis tuæ.

14. Responderúntq; Rachel & Lia: Numquid habemus residui quidquã in facultatibus & hæreditate domus patris nostri?

15. Nonne quasi alienas reputavit nos, & vendidit, comedítque pretium nostrum?

16. Sed Deus tulit opes patris nostri, & eas tradidit nobis, ac filiis nostris: unde omnia quæ præcepit tibi Deus, fac.

17. Surrexit itaque Jacob, & impositis liberis ac conjugibus suis super camelos, abiit.

18. Tulítque omnem substantiam suam, & greges, & quidquid in Mesopotamia acquisierat, pergens ad Isaac patrem suum in terram Chanaan.

19. Eo tempore ierat Laban ad tondendas oves, & Rachel furata est idola *f* patris sui.

20. Noluítque Jacob confiteri *g* socero suo quòd fugeret.

21. Cúmque abiisset tam ipse quàm omnia quæ juris sui erant, & amne *h*,

trans-

c id est multis.

d Sup. 28. 18.

e NB. Angelus Dei nomine loquens, se Deum vocat.

f fortè ut occasionem & materiam idololatriæ parenti subtraheret.

transmisso pergeret contra montem Galaad,

II. 22. nuntiatum est Laban die tertio, quòd fugeret Jacob.

23. Qui assumptis fratribus suis, persecutus est eum diebus septem: & comprehendit eum in monte Galaad. *i*

24. Viditque in somnis dicentem sibi Deum: Cave ne quidquam asperè loquaris contra Jacob.

25. Jámque Jacob extenderat in monte tabernaculum: cúmque ille consecutus fuisset eum cum fratribus suis, in eodem monte Galaad fixit tentorium.

26. Et dixit ad Jacob: Quare ita egisti, ut clam me abigeres filias meas quasi captivas gladio?

27. Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi, ut prosequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis?

28. Non es passus ut oscularer filios *k* meos & filias: stultè operatus es: & nunc quidem

29. valet manus mea reddere tibi malum: sed Deus Patris vestri heri dixit mihi: *l* Cave ne loquaris contra Jacob quidquam durius.

30. Esto, ad tuos ire cupiebas, & desiderio erat tibi domus patris tui: cur furatus es deos meos?

31. Respondit Jacob: Quòd inscio te profectus sum, timui ne violenter auferres filias tuas.

32. Quòd autem furti me arguis: apud quemcumque inveneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris. Scrutare, quidquid tuorum apud me inveneris, & aufer. Hæc dicens, ignorabat quòd Rachel furata esset idola.

33. Ingressus itaque Laban tabernaculum Jacob & Liæ, & utriusque famulæ, non invenit. Cúmque intrâsset tentorium Rachelis,

34. illa festinans abscondit idola subter stramenta cameli, & sedit desuper: scrutantíque omne tentorium, & nihil invenienti,

35. ait: Ne irascatur dominus meus quòd coram te assurgere nequeo: quia juxta consuetudinem feminarum *m* nunc accidit mihi. Sic delusa sollicitudo quærentis est.

g indicare *h* Ephrate qui Mesopotamiam à Syria dividit.

i sic postea dicto.

k nepotes ex filiabus.

l infr. 48. 16.

m q. d. laboro fluxu menstruorum.

gehörte/ und über den Fluß kommen war / und fortreisete/ gegen dem Berg Galaad:

II. 22. Da ward dem Laban am dritten Tag angezeiget daß sich Jacob auf die Flucht begeben hätte.

23. Und er nahm seine Brüder zu sich/ und verfolgte ihn siben Täg lang/ und traff ihn an auf dem Berg Galaad.

24. Und er sahe GOtt im Schlaf/ daß er zu ihm sprach: Hüte dich/ daß du nichts scharffes redest wider Jacob.

25. Und Jacob hatte seine Hütte auf dem Berg schon aufgeschlagen: und als er mit seinen Brüdern ihn ereylet hatte/ schlug er auch seine Hütten auf auf demselbigen Berg Galaad/

26. U. er sprach zu Jacob: Warũ hastu also gehandlet / daß du heimlich vor mir meine Töchter hinweg geführet/ als ob sie durchs Schwerd gefangẽ wärẽ?

27. Warum hast du ohn mein wissen fliehen/ und mirs nit anzeigen wollen/ daß ich dich mit Freuden/ mit Gesang/ mit Trummen / und Citharen vergleitet hätte?

28. Du hast mir nit gestattet / daß ich meine Söhn und Töchter geküsset hätte: du hast unweißlich gehandlet: und nun zwar

29. ist meine Hand wohl so mächtig/ daß ich dir Böses vergelten könnte: Aber der GOtt euers Vatters/ hat mir gestern gesagt: Hüte dich / daß du wider Jacob nichts zu hartes redest.

30. Ihm sey nun also/ du hast begehret zu den Deinẽ zu reisẽ/ u. Verlangẽ gehabt nach deines Vatters Hauß: warum hastu aber meine Götter gestohlen?

31. Jacob antwortet: daß ich ohn dein Vorwissen verreiset bin/ ist geschehen/ dieweil ich furchte/ du würdest mir deine Töchter mit Gewalt abnehmen.

32. Daß du mich aber Diebstals beschuldigest: bey welchem deine Götter gefunden werden / den erwürge man vor unsern Brüdern. Suche mit Fleiß/ was du bey mir finden wirst vom Deinen / das nimm auch hinweg. Diß sagte er nit wissend daß Rachel die Abgötter gestohlen hatte.

33. Derwegen gieng Laban in die Hütten Jacobs / und Lia / und der beyden Mägd / und fand sie nit. Und da er in die Hütten Rachels kam/

34. verbarge sie die Abgötter eylends unter die Streu der Camelen / und setzte sich darauf. Als er nun die gantze Hütten durchsuchte / und nichts fand/

35. Sprach sie: Mein Herr zürne nit/ daß ich vor dir nit aufstehen kan: dan es gehet mir jetzt nach der Weiber Gewohnheit. Also ward die Sorgfältigkeit deß Suchenden betrogen.

III. 36. Und Jacob ward gar zornig / zanckte sich mit Laban/ und sprach: Was hab ich verschuldet/ und welche ist meine Ubertrettung / darum du mir so hitzig nachgejagt/

37. Und mein gantzen Haußrath durchsucht hast? was hast du gefunden von allem das zu deinem Haußrath gehöret? Das lege auf disem Ort vor meinen und deinen Brüdern / daß sie richten zwischen mir und dir.

38. Bin ich darum 20. Jahr bey dir gewesen? deine Schaaf und Geissen seynd nit unfruchtbar gewesen, ich hab die Böck deiner Heerd nit gessen:

39 Auch hab ich dir nit gezeiget / wan etwas von den Thieren genom̃en war, allen Schadē hab ich erstattet: was durch Diebstahl hinweg kam/ das hast du von mir gefordert.

40. Tag und Nacht hab ich Hitz und Frost gelitten / und ist mir kein Schlaf in meine Augen kommen.

41. Also hab ich dir zwantzig Jahr lang in deinem Hauß gedienet/ vierzehen Jahr für die Töchter/ und sechs Jahr für deine Heerd. Du hast mir auch zehenmal den Lohn geändert.

42. Wann nit der GOtt meines Vatters Abrahams/ und die Forcht Isaac bey mir gewesen wäre/ villeicht hättest du mich jetzt bloß ziehen lassen: nun hat GOtt meine Trübsaal / und die Arbeit meiner Händ angesehen/ und dich gestrigs Tags gestraffet.

43. Laban antwortet ihm: Meine Töchter und Söhn/ und deine Heerde/ und alles/ was du sihest/ ist mein. Was kan ich meinen Kindern / und Kinds Kindern thun.

44. Kom̃ derwegen und laß uns einen Bund machen/ daß er zum Zeugnuß sey zwischen mir und dir.

45. Da nahm Jacob einen Stein/ und richtet ihn auf zum Zeichen:

46. auch sprach er zu seinen Brüdern: Bringet Stein her. Und sie sammleten Stein/ und machten einen Hauffen/ und assen auf demselbigen.

47. Und Laban nennte ihn/ deß Zeugenhauffen / und Jacob einen Hauffen deß Zeugnuß / ein jedweder nach Art seiner Zungen.

48. Und Laban sprach: Diser Hauffen soll heutigs Tags ein Zeug seyn zwischen mir und dir/ darum ward sein Nahm genennt/ Galaad/ das ist, deß Zeugenhauffen.

49. Der HErr sehe und richte zwischen uns / wan wir von einander ziehen werden/

50. Wo du meine Töchter beleydigen wirst / und andere Weiber über sie einführen: so ist niemand Zeug diser unser Red/ ohn GOtt / der gegenwärtig ist und sihet.

III. 36. Tumensque Jacob, cum jurgio ait: Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum sic exarsisti post me,

37. & scrutatus es omnem supellectilem meam? Quid invenisti de cuncta substantia domûs tuæ? pone hîc coram fratribus meis & fratribus tuis, & judicent inter me & te.

38. Idcircò viginti annis fui tecum? oves tuæ & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi:

39. nec captum à bestia ostendi tibi, ego damnum omne reddebam: quidquid furto peribat, à me exigebas:

40. die noctúque æstu *n* urebar, & gelu *o*, fugiebátque somnus ab oculis meis.

41. Sicq; per viginti annos in domo tua servivi tibi; quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis: immutâsti quoque mercedem meam decem vicibus.

42. Nisi Deus patris mei Abraham, & timor *p* Isaac affuisset mihi, forsitan modò nudum me dimisisses: afflictionem meam & laborem manuum mearum respexit Deus, & arguit te heri.

43. Respondit ei Laban: Filiæ meæ & filii, & greges tui, & omnia quæ cernis, mea sunt: quid possum facere filiis & nepotibus meis?

44. Veni ergo, & ineamus fœdus: ut sit in testimonium inter me & te.

45. Tulit itaque Jacob lapidem, & erexit illum in titulum *q*:

46. dixítque fratribus suis *r*: Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comederúntque super eum:

47. quem vocavit Laban, Tumulum testis: & Jacob, Acervum testimonii, uterque juxta proprietatem linguæ suæ.

48. Dixítque Laban: Tumulus iste erit testis inter me & te hodie, & idcircò appellatum est nomen ejus Galaad, id est, Tumulus testis.

49. Intueatur & judicet Dominus inter nos quando recesserimus à nobis,

50. si afflixeris filias meas, & si introduxeris alias uxores super eas: nullus sermonis nostri testis est absque Deo, qui præsens respicit.

n junge cum die &c

o i. noctu.

p Est metonymia actus potentiæ pro objecto timor, id est, Deus quem timet Isaac.

q seu monumentum.

r affinibus qui venerant cum Laban *sup.* v. 23.

51. Dixitque rursus ad Jacob: En tumulus hic, & lapis quem erexi inter me & te,

52. testis erit: tumulus, inquam, iste & lapis sint in testimonium, si aut ego transiero illum pergens ad te, aut tu prætericris, malum mihi cogitans.

53. Deus Abraham, & Deus Nachor judicet inter nos, Deus patris eorum. Juravit ergo Jacob per timorem patris sui Isaac:

54. Immolatisque victimis in monte, vocavit fratres suos ut ederent panem. Qui cùm comedissent, manserunt ibi.

s i. summo mane

55. Laban verò de nocte s consurgens, osculatus est filios & filias suas, & benedixit illis: reversúsque est in locum suum.

CAPUT XXXII.

I. Jacob videt tutelares Angelos. 1.

II. Nuntios & munera ad fratrem suum Esau territus mittit. 3.

III. Cum Angelo luctans, benedictionem ac nominis mutationem tacto femoris nervo accipit. 24.

a infr. 48. 16. b Eodem an. 2265.

1. JAcob a quoque abiit itinere quo cœperat b: fuerúntque ei obviam Angeli Dei.

2. Quos cùm vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc: & appellavit nomen loci illius Mahanaim, id est, Castra.

II. 3. Misit autem & nuntios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir, in regionem Edom:

c septuag. servus.

4. præcepítque eis, dicens: Sic loquimini domino meo Esau: Hæc dicit frater c tuus Jacob: Apud Laban peregrinatus sum, & fui usque in præsentem diem.

5. Habeo boves, & asinos, & oves, & servos, & ancillas, mittóque nunc legationem ad dominum meum; ut inveniam gratiam in conspectu tuo.

6. Reversíque sunt nuntii ad Jacob, dicentes: Venimus ad Esau fratrem tuum, & ecce properat tibi in occursum cum quadringentis viris.

7. Timuit Jacob valdè: & perterritus divisit populum qui secum erat, greges quoque & oves & boves, & camelos in duas turmas,

8. dicens: Si venerit Esau ad unam turmam, & percusserit eam; alia turma, quæ reliqua est, salvabitur.

51. Abermahl sprach er zu Jacob: Sihe/ diser Hauffen/ und der Stein/ den ich zwischen mir und dir aufgerichtet habe/

52. Sol Zeug seyn: Der Hauffen sage ich/ und der Stein seyē zum Zeugnuß/ wan entweder ich denselbē fürüber ziehē würde/ u. zu dir komē/ oder du ihn fürüber zihen würdest u. gedächtest mir Böses zu thun.

53. Der GOtt Abraham/ und der GOtt Nachor/ der GOtt ihres Vatters richte zwischen uns. Also schwur Jacob durch die Forcht seines Vatters Isaac:

54. Und er opffert auf dem Berg sein Opffer/ und rieff seinen Brüdern/ das Brod zu essen. Und nachdem sie gessen hatten/ bliben sie daselbst.

55. Laban aber stund deß Nachts auf/ küssete seine Söhn/ und seine Töchter/ und seegnete sie: darnach zohe er widerum an sein Ort.

Das XXXII. Capitel.

I. Jacob sihet die Engel/ so ihm GOtt zu seinem Schutz zuschicket/ 1.

II. Fertiget Botten ab mit Geschenck/ an seinen Bruder Esau/ 3.

III. Ringet mit dem Engel/ bekombt den Namen Israel/ und wird hinckend/ 24.

1. UNd Jacob zohe auch fort/ auf seiner angefangenen Reiß: und es kamen ihm die Engel GOttes unter Augen.

2. Da er die sahe/ sprach er: Das ist GOttes Heerläger. Und er nennte den Namen deß Orts/ Mahanaim/ das ist/ Heerläger.

II. 3. Er schickte aber auch Botten vor sich her/ zu seinem Bruder Esau in das Land Seir/ in die Landschafft Edom:

4. Und er befahl ihnen/ und sprach: Also sollet ihr reden zu meinem Herrn Esau: Diß sagt dein Bruder Jacob: Ich bin ein Frembdling gewesen bey Laban/ da hab ich mich aufgehalten biß auf den heutigen Tag.

5. Ich habe Rinder/ und Esel/ und Schaaf/ und Knecht/ und Mägd: und schicke jetzt die Bottschafft zu meinem Herrn/ damit ich Gnad finden möge vor deinem Angesicht.

6. Und die Botten kamen widerum zu Jacob/ und sprachen: Wir seynd kommen zu deinem Bruder Esau/ und sihe/ er eylet dir entgegen mit vierhundert Mann.

7. Da furchte sich Jacob sehr/ und ward erschröckt/ und theilete das Volck/ das bey ihm war/ auch die Heerde/ und die Schaaf/ und Rinder/ und Camelen/ in zwo Hauffen:

8. Dan er sprach: Wan Esau an einen Hauffen kombt/ und schlägt denselben/ so wird der ander Hauff/ der noch übrig ist/ erhalten werden.

9. Und Jacob sprach: du GOtt meines Vatters Abrahams / und du GOtt meines Vatters Isaac / HErr / der du zu mir gesagt hast: Kehre widerum in dein Land / und zu dem Ort / da du gebohren bist / und ich wil dir guts thun:

10. Ich bin geringer / dan alle deine Erbarmungen / und dein Warheit / die du deinem Knecht erfüllet hast. Mit meinem Stab bin ich über disen Jordan gezogen: und nun komme ich widerum mit zweyen Hauffen.

11. Errette mich auß der Hand meines Bruders Esau / dan ich förchte mich sehr vor ihm: daß er nit etwan komme / und schlage die Mutter mit den Kindern.

12. Du hast gesagt / daß du mir guts thun wollest / und meinen Saamen außbreiten / wie den Sand am Meer / welchen man vor grosser Mänge nit zehlen kan.

13. Nachdem er nun die Nacht daselbst geschlaffen / sönderte er Geschenck ab von dem / das er hatte / für seinen Bruder Esau:

14. Zweyhundert Geissen / zwantzig Böck / zweyhundert Schaaf / und zwantzig Widder /

15. Dreyßig säugende Cameelen mit ihren Füllen / viertzig Küh und zwantzig Ochsen / zwantzig Eselinnen / und zehen ihrer Füllen.

16. Und er schickte ein jegliche Heerd besonder durch die Händ seiner Knecht / und sprach zu seinen Knaben: Ziehet vor mir her / und lasset Raum zwischen einer jeglichen Heerd.

17. Und er gebot dem ersten / und sprach: wan dir mein Bruder Esau begegnen wird / und dich fragen: Wem gehörest du zu? oder: Wo ziehest du hin? oder: Wem gehöret das Vieh zu / das vor dir hergehet?

18. So solst du antworten: Es gehöret deinem Knecht Jacob zu / der schicket Gaben meinem Herrn Esau: Er kommt auch selbst hernach.

19. Deßgleichen befahl er auch dem andern / und dritten / und allen denen / so hinder der Heerd giengen / und sprach: Dieselbige Wort sollet ihr zu Esau reden / wan ihr ihn antreffen werdet.

20. Und ihr sollet dabey sagen: dein Knecht Jacob folget auch selbst hernach auf unserm Weeg. Dan er sprach: ich wil ihn mit den Gaben versöhnen / die vor mir hergehen / und darnach wil ich ihn sehen / er wird mich villeicht zu Gnaden annehmen.

21. Also giengen die Gaaben für ihm her / er aber blibe die Nacht im Läger.

22. Und er stund auf ehe der Tag anbrach / nahm seine beyde Weiber / und die beyde Mägd mit seinen eilff Söhnen / und zog über den Furt Jaboc.

9. Dixítque Jacob: Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac: Domine qui dixisti mihi: Revertere in terram tuam, & in locum nativitatis tuæ, & benefaciam tibi:

10. minor *d* sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua *e* quam explevisti servo tuo. In baculo meo *f* transivi Jordanem istum: & nunc cum duabus turmis egredior.

11. Erue me de manu fratris mei Esau, quia valdè eum timeo: ne fortè veniens percutiat matrem cum filiis.

12. Tu locutus es quòd benefaceres mihi: & dilatares semen meum sicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non potest.

13. Cúmque dormisset ibi nocte illâ, separavit de his quæ habebat, munera Esau fratri suo,

14. capras ducentas, hircos viginti, oves ducentas, & arietes viginti,

15. camelos fœtas cum pullis suis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, asinas viginti, & pullos earum decem.

16. Et misit per manus servorum suorum singulos seorsum greges, dixítque pueris suis: Antecedite me, & sit spatium inter gregem & gregem.

17. Et præcepit priori, dicens: Si obvium habueris fratrem meum Esau, & interrogaverit te, Cujus es? aut, Quò vadis? aut, Cujus sunt ista quæ sequeris?

18. respondebis: Servi tui Jacob, munera misit domino meo Esau: ipse quoque post nos venit.

19. Similiter dedit mandata secundo, & tertio, & cunctis qui sequebantur greges, dicens: Iisdem verbis loquimini ad Esau, cùm inveneritis eum.

20. Et addetis: ipse quoque servus tuus Jacob iter nostrum insequitur: dixit enim *g*: Placabo illum muneribus quæ præcedunt, & posteà videbo illum, forsitan propitiabitur mihi.

21. Præcesserunt itaque munera ante eum, ipse verò mansit nocte illâ in castris *h*.

22. Cúmque maturè surrexisset, tulit duas uxores suas, & totidem famulas, cum undecim filiis, & transivit vadum Jaboc.

d inferior seu indignus

e fide promissorum.

f nihil præterea habens. Nota, mysticè baculus Jacob, virga Moysis & Aaron mysteria & beneficia Crucis Christi significant.

g apud se.

h i. loco, quem castra vocavit. v. 2.

23. Traductisque omnibus quæ ad se pertinebant,

i Angelus sub specie & habitu viri Osee c. 12. v. 2. repræsentans Deum hic v. 28. Deus appellatur.

III. 24. mansit solus: & ecce vir *i* luctabatur cum eo usque mane.

25. Qui cùm videret quòd eum superare non posset, tetigit nervum femoris ejus, & statim emarcuit.

26. Dixitque ad eum: Dimitte me, jam enim ascendit aurora. Respondit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.

27. Ait ergo: Quod nomen est tibi? Respondit: Jacob.

k tantùm, l i. Videns Deum.

28. At ille: Nequaquam, inquit, Jacob appellabitur *k* nomen tuum, sed Israël *l* quoniam si contra Deum fortis fuisti, quantò magis cōtra homines prævalebis?

29. Interrogavit eum Jacob: Dic mihi, quo appellaris nomine? Respondit: Cur quæris nomen meum? Et benedixit ei in eodem loco.

m i. facies Dei.

30. Vocavítque Jacob nomen loci illius Phanuel *m*, dicens: Vidi Deum facie ad faciem, & salva facta est anima mea.

31. Ortúsque est ei statim sol, postquā transgressus est Phanuel, ipse verò claudicabat pede.

32. Quā ob causam non comedūt nervum filii Israël, qui emarcuit in femore Jacob, usq; in præsentem diem, eo quòd tetigerit nervū femoris ejus, & obstupuerit.

CAPUT XXXIII.

I. Jacob ab occurrente Esau benignè exceptus, ægrè adigit ut munera accipiat, domúmque revertatur: 3.

II. Jacob in Salem profectus, agri partem emit, fixisque tabernaculis altare erigit. 17.

a Eodem an. 2265.

1. ELevans autem Jacob *a* oculos suos, vidit venientem Esaü, & cum eo quadringentos viros: divisitque filios Liæ & Rachel, ambarúmque famularum:

2. & posuit utramque ancillam, & liberos earum in principio: Liam verò, & filios ejus, in secundo loco: Rachel autem & Joseph novissimos.

I. 3. Et ipse progrediens adoravit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater ejus.

4. Currens itaque Esaü obviam fratri suo, amplexatus est eum: stringénsque collum ejus & osculans flevit.

5. Levatísque oculis, vidit mulieres &

23. Und da er alles übergeführet hatte/ was ihm zugehörte/

III 24. Blib er allein. Und sihe/ ein Mann range mit ihm/ biß die Morgen-Röte aufgieng.

25. Und da er sahe/ daß er ihn nit kunte überwinden/ rührte er die Seenen seiner Hüfft an/ welche auch alsbald verdorrete.

26. Und er sprach zu ihm: Laß mich gehen/ dan die Morgenröth gehet auf. Er antwortet: ich wil dich nit gehen lassen/ du habest mich dan geseegnet.

27. Da sprach er: wie ist dein Nahm? Er antwortet: Jacob.

28. Und er sprach: dein Nahm sol mit nichten Jacob heissen/ sondern Israel. Dan bist du wider GOtt starck gewesen/ wie vilmehr wirst du dan wider die Menschen überhand nehmen?

29. Und Jacob fragte ihn: Sage mir wie heist dein Nam? Er antwortet: warum fragest du nach meinem Namen? Und er seegnete ihn an demselbigen Ort.

30. U. Jacob nennte den Namen deß Orts Phanuel u. sprach: ich hab GOtt gesehen von Angesicht zu Angesicht/ und meiner Seel ist Heyl widerfahrē.

31. Da gieng ihm alsbald die Sonn auf/ nachdem er für Phanuel fürüber gangen war: und er hanckete mit einem Fuß.

32. Darum essen die Kinder Israel/ biß auf den heutigen Tag/ die Seene nit/ welche in der Hüfft Jacobs verdorret ist: dan er hatte die Seene seiner Hüfft berühret/ und sie war erstarret.

Das XXXIII. Capitel.

I. Jacob demütiget sich vor seinem Bruder Esau/ und versöhnet ihn mit Geschenck/ 3.

II. Beyde scheiden fridlich von einander. Jacob reiset nach Socoth/ und ferner nach Salem; Da er GOtt/ seinem Retter ein Altar aufrichtet/ 17.

1. JAcob aber hub seine Augen auf/ und sahe Esau kommen/ und vierhundert Mann mit ihm. Und er scheidete von einander die Söhn der Lia und Rachel/ und der beyden Mägd.

2. Und er stellete beyde Mägd samt ihren Kindern vorn an/ darnach aber am nechsten Ort die Lia und ihre Kinder: Rachel aber und Joseph hinden an.

I. 3. Und er gieng vor ihnen her/ und bettete sibenmahl an/ sich niderbuckend zur Erden/ biß sein Bruder herzu nahete.

4. Da lieff Esau seinem Bruder zugegen umbfieng ihn/ und fiel ihm um den Hals/ küssete ihn/ und weinete.

5. Und er hub seine Augen auf/ und sahe die Wei

Weiber samt ihren Kindern und sprach: Wer seynd dise? gehören sie dir zu? er antwortete: Es seynd die Kinder/ die mir deinem Knecht GOtt gegeben hat.

6. Da naheten sich die Mägd/ samt ihren Söhnen/ und biegeten sich.

7. Darnach kam Lia herzu mit ihren Kindern: und da sie auch angebettet hatten/ kamen endlich Joseph und Rachel/ und betteten an.

8. Und Esau sprach: Was für Schaaren seynd das/ die mir begegnet seynd? Er antwortete: Daß ich Gnad finden möchte vor meinem Herrn.

9. Er aber sprach: Ich hab gar vil/ mein Bruder/ behalte für dich/ was dein ist.

10. Und Jacob sprach: Ich bitte/ thu nit also: sondern wofern ich Gnad gefunden habe vor deinen Augen/ so nimm dise geringe Gaab auß meinen Händen: dan ich hab dein Angesicht also angesehen/ als wan ich GOttes Angesicht gesehen hätte: Sey mir gnädig/

11. Und nimm den Seegen an/ den ich zu dir gebracht habe/ und den mir GOtt bescheret hat/ der alles gibt. Und als er von seinem Bruder genöthiget ward/ nam ers schwerlich an/

12. Und sprach: Laß uns mit einander reisen/ so wil ich dir auf deinem Weeg Gesellschafft leisten.

13. Und Jacob sprach: Mein HErr/ du weist/ daß ich zarte junge Kinder/ auch säugende Schaaf/ und Küh bey mir habe: wan ich dieselbige nun im reisen zu vil bemühen würde/ so würden alle Heerden auf einen Tag sterben.

14 Mein Herr ziehe fort vor seinem Knecht: und ich wil auf seinen Fußstapffen allgemach folgen/ demnach ich sehen werde/ daß meine Kinder vermögen/ biß ich zu meinem Herrn gen Seir komme.

15. Esau antwortet: So bitte ich dich/ du wollest doch etliche von dem Volck/ das bey mir ist/ zu Gesellschafft auf deinem Weeg bey dir bleiben lassen. Er sprach: Es ist unvonnöthen: diß einige ist mir allein nothwendig/ daß ich/ mein Herr/ Gnad finden möge vor deinem Angesicht.

II. 16. Also ist Esau denselbē tag durch den Weg/ darauf er kom̃en war/ widerum gē Seir zuruck gezogē

17. Und Jacob kam gen Socoth: da er ein Hauß bauete/ schlug auch seine Hütten auf/ und nennte den Namen desselben Orts Socoth/ das ist/ Hütten.

18. Und er zoge fort gen Salem der Sichimiter Stadt/ welche im Land Chanaan ligt/ nachdem er widerkommen war auß Mesopotamia in Syrien: und wohnete bey derselbigen Stadt.

parvulos earum &, ait: Quid sibi volunt isti? & si ad te pertinent? Respondit: Parvuli sunt quos donavit mihi Deus servo tuo.

6. Et appropinquantes ancillæ & filii earum, incurvati sunt.

7. Accessit quoque Lia cum pueris suis: & cùm similiter adorassent, extremi Joseph & Rachel adoraverunt.

8. Dixitque Esau: Quænam sunt istæ turmæ quas obviam habui? Respondit: Ut invenirē gratiam corā domino meo.

9. At ille ait: Habeo plurima, frater mi, sint tua tibi.

10. Dixitque Jacob: Noli ita, obsecro: sed si inveni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis: sic enim vidi faciem tuam, quasi viderim vultum Dei *b*: esto mihi propitius,

11. & suscipe benedictionem *c* quam attuli tibi, & quam donavit mihi Deus tribuens omnia. Vix, fratre compellente, suscipiens,

12. ait: Gradiamur simul, eróque socius itineris tui.

13. Dixitque Jacob: Nosti, domine mi, quòd parvulos habeam teneros, & oves, & boves fœtas, mecum; quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur unâ die cuncti greges.

14. Præcedat dominus meus ante servum suum; & ego sequar paulatim vestigia ejus, sicut videro parvulos meos posse donec veniam ad dominum meum in Seir *d*.

15. Respondit Esaü: Oro te, ut de populo qui mecum est, saltem socii remaneant viæ tuæ. Non est, inquit, necesse: hoc uno tantùm indigeo, ut inveniam gratiam in conspectu tuo domine mi.

II. 16. Reversus est itaque illo die Esaü itinere quo venerat in Seir.

17. Et Jacob venit in Socoth *e*: ubi ædificata domo & fixis tentoriis, appellavit nomen loci illius Socoth, id est, tabernacula.

18. Transivitque in Salem *f* urbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan, postquam reversus est de Mesopotamia Syriæ: & habitavit juxta oppidum:

b i. Angelū, & excellenter speciosum & gratum.

c i. munus de benedictione Dei.

d sc. ita proponebat sed posteà mentem mutavit.

e Ubi videtur aliquot annos habitasse.

f quæ Joa. 4. dicitur Sichar.

19. Emitque partem agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Hemor patris Sichem centum agnis *g*.

20. Et erecto ibi altari *h*, invocavit super illud fortissimum Deum Israël.

g i. dinariis, in quibus signum erat agni.
h Eodem loco in quo Abraham primum suum altare erexerat, *supr. c.* 12. Et ubi fons Jacob erat, de quo *Joan.* 4.

CAPUT XXXIV.

I. Ob Dinæ raptum ac stuprum, 1.
II. Sichimitæ prius circumcisi, 13.
III. à Simeone & Levi Dinæ fratribus perimuntur, atque à reliquis Jacob filiis urbs eorum vastatur: quapropter Simeon & Levi à patre arguuntur. 25.

a Ann. M. circiter 2273. Ant. Chr. 1731. Cum esset Dina annorum circiter 15.
b vehementer amavit & impotenter.

1. EGressa est *a* autem Dina filia Liæ ut videret mulieres regionis illius.

2. Quam cùm vidisset Sichem filius Hemor Hevæi, princeps terræ illius, adamavit eam: & rapuit, & dormivit cum illa, vi opprimens virginem.

3. Et conglutinata est *b* anima ejus cum ea, tristémque delinivit blanditiis.

4. Et pergens ad Hemor patrem suum: Accipe, inquit, mihi puellã hanc conjugẽ.

5. Quod cùm audisset Jacob, absentibus filiis, & in pastu pecorum occupatis, siluit donec redirent.

6. Egresso autem Hemor patre Sichem ut loqueretur ad Jacob,

7. ecce filii ejus veniebant de agro: auditóque quod acciderat, irati sunt valdè, eo quòd fœdam rem operatus esset in Israël, &, violata filia Jacob, rem illicitam perpetrâsset.

8. Locutus est itaque Hemor ad eos: Sichem filii mei adhæsit anima filiæ vestræ: date eam illi uxorem:

9. & jungamus vicissim connubia: filias vestras tradite nobis, & filias nostras accipite.

10. Et habitate nobiscum: terra in potestate vestra est, exercete, negotiamini, & possidete eam.

11. Sed & Sichem ad patrem & ad fratres ejus ait: Inveniam gratiam corã vobis: & quæcumque statueritis, dabo *c*:

12. augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis: tantùm date mihi puellam hanc uxorem.

c in compensationem injuriæ & donationem propter nuptias.

II. 13. Responderunt filii Jacob Sichem & patri ejus in dolo, sævientes ob stuprum sororis.

19. Und er kauffte ein Theil deß Ackers darauf er seine Hütten geschlagen hatte von den Kindern Hemor / deß Vatters Sichem für hundert Lämmer.

20. U. er richtete daselbst einen Altar auf / und rief über demselben an den allerstärckesten GOtt Israel.

Das XXXIV. Capitel.

I. Dina wird von Sichem verkräfftiget / und zur Ehe begehret / 1
II. Die Söhn Jacobs verwilligen in die Ehe / daß sich die Sichemiter beschneiden lassen / 13.
III. Simeon / und Levi überfallen die Sichemitter nach der Beschneidung / erwürgen sie / und plündern ihre Stadt / 25.

1. ABer Dina / der Lia Tochter gieng heraus die Weiber desselbigen Lands zu besehen.

2. Da sie nun Sichem / der Sohn Hemor deß Heviters / ein Fürst im selbigen Land sahe / gewan er sie Lieb / und nam sie mit Gewalt hinweg / und schlieff bey ihr / und verkräfftigte *a* die Jungfrau mit Gewalt.

3. Und sein Hertz hieng an ihr / und weil sie traurig war / tröstete er sie mit lieblichen Worten.

4. Und er gieng zu Hemor seinem Vatter / und sprach: Nimm mir diß Mägdlein zum Weib.

5. Da das Jacob hörte / bey Abwesen seiner Söhn / die mit dem Vich auf der Weid zuschaffen hatten / schwig er still / biß sie wider kamen.

6. Als aber Hemor der Vatter Sichem außgangen war / mit Jacob zu reden /

7. Sihe / da kamen seine Söhn vom Feld / u. da sie höreten was sich zugetragen hatte / wurden sie sehr zornig darum / daß er eine schändliche That gethan hatte in Israel / u. mit Schwächung der Tochter Jacobs / ein ungebührlich Ding begangen.

8. Und Hemor sprach zu ihnen: Das Hertz meines Sohns Sichem hangte an euer Tochter: gebet sie ihm doch zum Weib:

9. Und lasset uns mit einander heyrathen: gebet uns eure Töchter / und nehmet ihr unsere Töchter.

10. Und wohnet mit uns: das Land ist in eurem Gewalt / bauet es / und handthieret darin / und besitzt es.

11. So sagte auch Sichem zu ihrem Vatter / u. zu ihren Brüdern: Lasset mich Gnad vor euch finden / was ihr verordnen werdet / das wil ich geben.

12. Steigert den Brautschatz und fordert Geschenck / ich wil gern geben / was ihr begehren werdet: allein gebet mir das Mägdlein zum Weib.

II. 13. Und die Söhn Jacobs antwortete dem Sichem / u. seinem Vatter betrüglich / dan sie warẽ darüber ergrimmet / daß ihre Schwester geschändt war.

a schwächte

14. Wir

14. Wir können nit thun/was ihr begehret/und können unsere Schwester einem unbeschnittenen Menschen nit geben: das ist unzuläſſig und abscheulich bey uns.

15. Aber in dem können wir uns mit euch verbinden/ wan ihr uns gleich seyn wollet/ daß alles/ was Mäñlichs Geschlechts ist/ unter euch beschnitten werde;

16. Alsdan wollen wir unsere und eure Töchter einander geben und nehmen: wir wollen auch bey euch wohnen/ und ein Volck seyn:

17. Wan ihr euch aber nit wollet beschneiden lassen/ so wollen wir unsere Tochter nehmen/ und davon ziehen.

18. Diß ihr Erbieten gefiel dem Hemor und seinem Sohn Sichem.

19. Und der junge Gesell verzohe es nit/ sondern vollbracht alsbald was begehret ward: dan er hatte das Mägdlein sehr lieb/ und war angesehen im gantzen Hauß seines Vatters.

20. Und sie giengen zum Thor der Stadt/ und sprachen zu dem Volck.

21. Dise Männer seynd Fridsam/ und begehren bey uns zu wohnen: lasset sie handthieren im Land/ und das Land bauen/ das weit und breit ist/ u. hat der Bauleut voñöthen. Wir wollen ihre Töchter zu Weiber nehmen/ u. geben ihnen unsere Töchter

22. Eins ist/ dadurch ein solch gutes Werck aufgehalten wird: wan wir unsere Männlein beschneiden/ und folgen dem Brauch dises Volcks.

23. Alsdan wird ihr Gut/ ihr Vieh/ und alles was sie haben/ unser seyn: lasset uns ihnen in dem allein willfahren/ damit wir zusammen wohnen/ und ein Volck machen.

24. Und sie waren alle damit zu friden/ und beschnitten alles/ was Männlich war.

III. 25. Und sihe am dritten Tag/ da der Wunden Schmertz am grössesten war/ namen die beyde Söhn Jacobs/ Simeon und Levi/ Dinä Brüder ihre Schwerdter/ giengen künlich in die Stadt/ und brachten um alles/ was Männlichs Namens da war/

26. Erwürgeten auch zugleich den Hemor/ und Sichem/ und namen die Dina/ ihre Schwester hinweg auß dem Hauß Sichem.

27. Und als sie herauß gangen waren/ fielen die andere Söhn Jacobs hinein über die Erschlagene/ und verwüsteten die Stadt/ zur Rach/ daß ihre Schwester geschändet war.

28. Sie plünderten auch/ und nahmen hinweg ihre Schaaf/ und Vieh/ und Esel/ und alles was in Häusern/ und auf dem Feld war:

14. Non possumus facere quod petitis, nec dare sororem nostram homini incircumciso: quod illicitum & nefarium est apud nos.

15. Sed in hoc valebimus fœderari, si volueritis esse similes nostri, & circumcidatur in vobis omne masculini sexûs:

16. tunc dabimus & accipiemus mutuò filias vestras, ac nostras: & habitabimus vobiscum, erimúsque unus populus:

17. si autem circumcidi nolueritis, tollemus filiam nostram *d*, & recedemus.

d dehonestatam, relinquentes vos DEO puniendos.

18. Placuit oblatio eorum Hemor, & Sichem filio ejus:

19. nec distulit adolescens quin statim quod petebatur, expleret: amabat enim puellam valdè, & ipse erat inclytus *e* in omni domo patris sui.

e præcipuus.

20. Ingressíque portam urbis, locuti sunt ad populum:

21. Viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscum: negotiëtur in terra, & exerceant eam, quæ spatiosa & lata cultoribus indiget: filias eorum accipiemus uxores, & nostras illis dabimus.

22. Unum est, quo differtur tantum bonum: Si circumcidamus masculos nostros, ritum gentis imitantes:

23. Et substantia eorum, & pecora, & cuncta quæ possident, nostra erunt: tantùm in hoc acquiescamus, & habitantes simul, unum efficiemus populum.

24. Assensíque sunt omnes, circumcisis cunctis maribus.

III. 25. Et ecce, die tertio, quando gravissimus vulnerum dolor est: arreptis, duo filii Jacob, Simeon & Levi fratres Dinæ, gladiis, ingressi sunt urbem *f* confidenter: *g* interfectisque omnibus masculis,

f stipati manu famulorum.

g Infr. 49. 6. 11.

26. Hemor & Sichem pariter necaverunt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam.

27. Quibus egressis, irruerunt super occisos cæteri filii Jacob: & depopulati sunt *h* urbem in ultionem stupri.

h diripientes quæ placebant, cætera perdentes.

28. Oves eorum, & armenta, & asinos, cunctáque vastantes quæ in domibus & in agris erant:

29. par-

29. parvulos quoque eorum & uxores duxerunt captivas.

30. Quibus patratis audacter, Jacob dixit ad Simeon & Levi: Turbastis me, & odiosum fecistis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ hujus. Nos pauci sumus illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea.

31. Responderunt: Nunquid ut scorto abuti debuére sorore nostra?

CAPUT XXXV.

I. Jacob idola suorum juxta Sichem defodit, & jubente Domino ascendit in Bethel, ubi Debora moritur: 1.

II. Nascitur Benjamin cum morte matris Rachel: 16.

III. Ruben cum Bala dormit: numerantur filii Jacob, 22.

IV. Cujus pater Isaac moritur. 28.

1. INtereà locutus *a* est Deus ad Jacob: Surge, & ascende Bethel, & habita ibi, facque altare Deo qui *b* apparuit tibi quando fugiebas Esaü fratrem tuum.

2. Jacob verò convocatâ omni domo suâ, ait: Abjicite deos alienos qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra *c*.

3. Surgite, & ascendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare Deo; qui exaudivit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei.

4. Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebant, & inaures quæ erant in auribus eorum: at ille infodit *d* ea subter terebinthum, quæ est post urbem Sichem.

5. Cúmque profecti essent, terror Dei invasit omnes per circuitum civitates, & non sunt ausi persequi recedentes.

6. Venit igitur Jacob Luzam, quæ est in terra Chanaan, cognomento Bethel: ipse & omnis populus cum eo.

7. Ædificavitque ibi altare, & appellavit nomen loci illius, Domus Dei: ibi enim *e* apparuit ei Deus cùm fugeret fratrem suum.

8. Eodem tempore mortua est Debora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad radices Bethel subter quercum: vocatúmque est nomen loci illius, Quercus fletûs.

9. Apparuit autem iterum Deus Jacob

a Eodem anno 2273.

b Supr. 28. 13.

c q. d. accipite vestes mundas.

d Exod. 32. 20. 2. *Reg.* 18. 4.

e Sup. 28. 18.

29. Dazu führeten sie gefänglich hinweg ihre Kinder/ und Weiber.

30. Nachdem sie diß alles kühnlich vollbracht/ sprach Jacob zu Simeon und Levi: ihr habt mich betrübt und feindselig gemacht bey den Chananitern/ und Pherezitern den Innwohnern dises Lands. Unser seynd wenig sie werdē sich zusamen thun/ u. mich schlagē also werde ich u. mein Hauß vertilget werdē

31. Sie antworteten: Solten sie dan unsere Schwester/ wie eine Hur/ mißbrauchen?

Das XXXV. Capitel.

I. Jacob/ nachdem er die Götzen seines Gesinds abgeschaffet und begraben/ richtet einen Altar auf/ bekommt den Namen Israel/ 1.

II. Rachel gebähret Benjamin/ den sie wegen ihrer Schmertzen Benoni nennet/ 16.

III. Ruben begehet Blutschand mit Bala. Die zwölf Söhn Jacobs werden erzehlet/ 22.

IV. Isaac geht mit todt ab/ 28.

1. INmittelst sprach GOtt zu Jacob: Mache dich auf/ und ziehe hinauf gen Bethel/ und wohne daselbst/ und baue einen Altar dem GOtt/ der dir erschienen ist/ da du vor deinem Bruder Esau flohest.

2. Da rieff Jacob sein gantzes Hauß zusammen/ und sprach: Werffet die frembde Götter hinweg/ die mitten unter euch seynd/ und reiniget euch/ und veränderet eure Kleyder.

3. Machet euch auf/ und lasset uns hinauf ziehen gen Bethel/ daß wir alda dem Gott einen Altar aufrichten/ der mich am Tag meiner Trübsal erhöret hat u. ist auch auf meiner Reiß bey mir gewesen.

4. Da gaben sie ihm alle frembde Götter/ die sie hatten/ und die Ohren-Ring/ die an ihren Ohren waren/ er aber vergrub sie unter ein Terebinthen Baum/ der hinter der Stadt Sichem stehet.

5. U. da sie sich auf die Reiß gaben/ fiel ein Schröcken von GOtt auf die Stádt/ rings herum/ u. haben sie im wegziehen nit dörffen verfolgen.

6. Also kam Jacob gen Luza/ die im Land Chanaan ist/ mit dem Zunamen/ Bethel: er selbst und alles Volck mit ihm.

7. Und er bauete daselbst einen Altar/ und nennte den Namen deß Orts das Hauß GOttes: dan GOtt ist ihm alda erschienen/ da er vor seinem Bruder flüchtig war.

8. Zu derselben Zeit starb Debora/ die Amme Rebeccä/ und ward unten an Bethel begraben unter einen Eichbaum: und der Nam desselben Orts ward genannt/ die Klag-Eich.

9. Aber GOtt erschin dem Jacob abermahl/ nach-

nachdem er widerum kommen war auß Mesopotamia in Syrien/ und er seegnete ihn/
10. und sprach: Du solt nit mehr Jacob genennt werden/ sondern Israel sol dein Nam seyn. Und er nennte ihn Israel/
11. und sprach zu ihm: Ich bin der allmächtige GOtt/ wachse und mehre dich: Völcker/ und Geschlecht der Völcker sollen von dir kommen/ König sollen auß deinen Lenden herkommen?
12. und ich wil dir/ und deinem Saamen nach dir das Land geben/ daß ich dem Abraham und Isaac gegeben habe.
13. Und er schide von ihm.
14. Er aber richtete einen steinern Titel auf an dem Ort/ da GOtt mit ihm geredt hatte: und opfferte Tranck-Opffer darauf/ und goß Oel darauf.
15. Und nennte den Namen deß Orts Bethel.
II. 16. Von dannen zohe er fort und kam im Frühling in das Land/ das gen Ephrata führet: Da kam Rachel die Noth an zu gebähren/
17. und weil es mit der Geburt schwerlich zugieng kam sie in Gefahr. U. die Hebam sprach zu ihr: förchte dir nit/ dan du wirst auch disen Sohn haben.
18. Da aber die Seel für Schmertzen außfuhr/ und der Tod nun fast heran kam/ nennte sie den Namen ihres Sohns Benoni/ das ist/ der Sohn meines Schmertzen/ aber der Vatter nennte ihn Benjamin/ das ist/ der Sohn der rechten Hand.
19. Also starb Rachel/ und ward begraben am Weeg/ der gen Ephrata führet/ dise ist Bethlehem.
20. Und Jacob richtete ein Uberschrifft auf ober ihrem Grab: Diß ist die Uberschrifft deß Grabs Rachel biß auf den heutigen Tag.
21. Von dannen zohe er/ und schlug seine Hütten auf jener Seiten am Thurn der Heerd.
III. 22. Und da er in derselbigen Landschafft wohnete/ gieng Ruben hin/ und schlieff bey der Bala/ dem Kebsweib seines Vatters: das dem Vatter unverborgen war. Es waren aber der Söhn Jacobs zwölff.
23. Die Kinder Liä waren: der erstgebohrne Ruben/ und Simeon/ und Levi/ und Judas/ und Issachar/ und Zabulon.
24. Die Kinder Rachel/ Joseph und Benjamin.
25. Die Kinder Balä der Magd Rachel: Dan und Nephthali:
26. Die Kinder Zelphä der Magd Liä: Gad u. Aser. Diß seynd die Kinder Jacobs/ die ihm in Mesopotamia in Syrien geboren seynd.
27. Auch kam er zu seinem Vatter Isaac gen Mambre/ in die Stadt Arbee/ dise ist Hebron: Da-

postquam reversus est de Mesopotamia Syriæ, benedixitque ei,
10. dicens: *f* Non vocaberis ultra *g* Jacob, sed *h* Israël erit nomen tuum. Et appellavit eum Israël,
11. dixítque ei: Ego Deus omnipotens: cresce, & multiplicare: gentes & populi nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur.
12. Terrámque quam dedi *i* Abraham & Isaac, dabo tibi & semini tuo post te.
13. Et recessit ab eo.
14. Ille verò erexit titulum lapideum in loco quo locutus fuerat ei Deus: libans super eum libamina, & effundens oleum:
15. vocánsq; nomen loci illius, Bethel.
II. 16. *k* Egressus autem inde, venit verno tempore ad terram quæ ducit Ephratam: in qua cùm parturiret Rachel,
17. ob difficultatem partûs periclitari cœpit. Dixítque ei obstetrix: Noli timere, quia & hunc habebis filium.
18. Egrediente autem animâ præ dolore, & imminente jam morte, vocavit nomen filii sui, Benoni, id est filius doloris mei: pater verò appellavit eum Benjamin, id est, filius dextræ.
19. Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via quæ ducit Ephratam, hæc est Bethlehem.
20. Erexítque Jacob titulum *l* super sepulchrum ejus: *m* Hic est titulus monumenti Rachel, usque in præsentem diem.
21. *n* Egressus inde, fixit tabernaculum trans Turrem gregis. *o*
III. 22. *p* Cúmque habitaret in illa regione, abiit Ruben, & dormivit cum Bala concubina *q* patris sui: quod illum minimè latuit. Erant autem filii Jacob duodecim.
23. Filii Liæ: primogenitus Ruben, & Simeon, & Levi, & Judas, & Issachar, & Zabulon.
24. Filii Rachel: Joseph & Benjamin.
25. Filii Balæ ancillæ Rachelis: Dan & Nephtali.
26. Filii Zelphæ ancillæ Liæ: Gad & Aser: hi sunt filii Jacob, qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ. *r*
27. *s* Venit etiam ad Isaac patrem suum in Mambre, Civitatem Arbée, hæc est He-

f Sup. 32. 28.
g tantùm.
h simul.
i promisi.
k Ann. M. 2274. Ant. Chr. 1730. Anno Jacobi 106. Josephi 15
l columnam.
m Infr. 48. 7.
n Eodem anno.
o Mille passus à Bethlehem juxta quam Angeli pastoribus nuntiârunt Dominum natum.
p Infr. 49. 4.
q uxore minùs principali.
r Nempe fere omnes: nam Benja

min natus est juxta Bethlehem, *sup. v.* 18. *s* Ann. M. 2275. Ant. Chr. 1729. *t* A.M. 2288 Aut. Chr. 1716. Ann. Jacobi 120. Joseph. 29.

Hebron: in qua peregrinatus est Abraham & Isaac.
IV. 28. Et completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum.
29. Consumptúsque ætate mortuus est *t* & appositus est populo suo senex & plenus dierum: & sepelierunt eum Esau & Jacob filii sui.

CAPUT XXXVI.

I. Esau cum uxoribus & filiis à fratre Jacob ob nimiam utriusque opulentiam separatur: filiorum Esau genealogia cum habitatione describitur. 1.

II. Duces & reges de Esau. 15.

1. HÆ sunt autem generationes Esau, ipse est Edom.
2. Esau accepit uxores de filiabus Chanaan: Ada *a* filiam Elon Hethæi, & Oolibama filiam Anæ filiæ Sebeon Hevæi:
3. Basemath quoque filiam Ismaël sororem Nabaioth.
4. *b* Peperit autem Ada, Eliphaz: Basemath genuit Rahuel:
5. Oolibama genuit Jehus & Ihelon & Core, hi filii Esau qui nati sunt ei in terra Chanaan.
6. Tulit autem Esau uxores suas & filios & filias, & omnem animam domûs suæ, & substantiam, & pecora, & cuncta quæ habere poterat *c* in terra Chanaan: & abiit in alteram regiónem, recessítque à fratre suo Jacob.
7. *d* Divites enim erant valde, & simul habitare non poterant: nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum.
8. *e* Habitavítque Esau in monte Seir, ipse est Edom.
9. Hæ autem sunt generationes Esau patris Edom in monte Seir,
10. & hæc nomina filiorum ejus *f* Eliphaz filius Ada uxoris Esau: Rahuel quoque filius Basemath uxoris ejus.
11. Fuerúntq; Eliphaz filii: Theman, Omar, Sepho, & Gatham, & Cenez.
12. Erat autem Thamna, concubina, Eliphaz filii Esau: quæ peperit ei Amalech. hi sunt filii Ada uxoris Esau.
13. Filii autem Rahuel: Nahath & Zara, Samma & Meza, hi filii Basemath uxoris Esau.

a hæc dicitur *sup. c.* 26. 34. Basemath &c.
b 1. *Par.* 1. 35.
c Hebr. acquisierat.
d Supr. 13. 6.
e Jos. 24. 4.
f 1. *Par.* 1. 34.

tinn Abraham und Isaac Frembdling gewesen seynd.
IV. 28. Und die Tåg Isaac wurden erfüllet/ hundert und achtzig Jahr.
29. Und er nam von Alter an Kråfften ab / und starb: und ward zu seinem Volck gelegt / da er alt war/ und voller Tåg. Und Esau und Jacob seine Söhn begruben ihn.

Das XXXVI. Capitel.

I. Geschlecht-Register und Nachkömmling Esaus mit ihren Wohnungen/ 1.

II. Fürsten und König/ so von disem Geschlecht herkommen; unter welchen Ana die warme Wasser in der Wüste gefunden/ 15.

1. DIß ist aber das Geschlecht Esau / der Edom genannt ward.
2. Esau nam Weiber von den Töchtern Chanaan: Ada die Tochter Elon deß Hethiters/ und Oolibama/ die Tochter Anå/ der Tochter Sebeon deß Heviters:
3. Auch Basemath / die Tochter Ismael / die Schwester Nabajoth.
4. Aber Ada gebar Eliphaz: Basemath gebahr Rahuel:
5. Oolibama gebahr Jehus und Jhelon / und Core. Diß seynd die Söhn Esau/ die ihm gebohren seynd im Land Chanaan.
6. Aber Esau nam seine Weiber und seine Söhn/ und seine Töchter/ und alle Seelen seines Hauses / und sein Gut/ und sein Vieh / und alles was er haben kunte im Land Chanaan/ und zoge in ein andere Landschafft / und schide sich von seinem Bruder Jacob.
7. Dan sie waren sehr reich/ und kunten nit beyeinander wohnen: und das Land/ darin sie Frembdling waren/ kunte sie nit ertragen/ um der vilen Heerde willen.
8. Und Esau wohnte auf dem Berg Seir/ Esau aber ist Edom.
9. Diß ist aber das Geschlecht Esau / deß Vatters Edom auf dem Berg Seir/
10. Und diß seynd die Namen seiner Söhn Eliphaz/ der Sohn Adå deß Weibs Esau: und Rahuel / der Sohn Basemath/ deß Weibs Esau.
11. Und Eliphaz hatte dise Söhn: Theman/ Omar/ Sepho/ und Gatham/ und Cenez.
12. Aber Thamna war deß Eliphaz deß Sohns Esau Kebsweib/ welche ihm gebar Amalech. Diß seynd die Söhn Adå/ deß Weibs Esau.
13. Aber die Söhn Rahuel waren: Nahath u. Zara/ Samma und Meza. Diß seynd die Söhn Basemath deß Weibs Esau.

14.

14. Diſe waren auch die Söhn Oolibama/ der Tochter Anå/ der Tochter Sebeon/ deß Weibs Eſau/ die ſie ihm geboren hat: Jehus/ und Jhelon/ und Core.

II. 15. Diß ſeynd die Fürſten der Kinder Eſau: die Söhn Eliphaz deß erſtgebornen Sohns Eſau: der Fürſt Theman/ der Fürſt Omar/ der Fürſt Sepho/ der Fürſt Cenez/

16. Der Fürſt Core/ der Fürſt Gatham/ der Fürſt Amalech. Diß ſeynd die Kinder Eliphaz im Land Edom/ und diß ſeynd die Kinder Adå.

17. Diß ſeynd auch die Kinder Rahuel deß Sohns Eſau: der Fürſt Nahath/ der Fürſt Zara/ der Fürſt Samma/ der Fürſt Meza. Diß ſeynd aber die Fürſten Rahuel im Land Edom: diß ſeynd die Söhn Baſemath deß Weibs Eſau.

18. Diß aber ſeynd die Söhn Oolibama/ deß Weibs Eſau: der Fürſt Jehus/ der Fürſt Jhelon/ der Fürſt Core. Diß ſeynd die Fürſten Oolibama/ der Tochter Anå/ deß Weibs Eſau.

19. Diß ſeynd die Söhn Eſau/ und diß ſeynd ihre Fürſten: er aber iſt Edom.

20. Diß ſeynd die Kinder Seir/ deß Horriters/ welche im Land wohneten: Lotan/ und Sobal/ und Sebeon/ und Ana/

21. Und Diſon/ und Eſer/ und Diſan. Diß ſeynd die Fürſten deß Horriters/ deß Sohns Seir/ im Land Edom.

22. Aber die Kinder Lotan waren diſe: Hori und Heman. Deß Lotans Schweſter aber war Thamna/

23. Und diß ſeynd die Söhn Sobal: Aluan und Manahat/ und Ebal/ und Sepho und Onam.

24. Und diß ſeynd die Söhn Sebeon: Aja und Ana. Diß iſt der Ana/ der die warme Wåſſer in der Wüſte gefunden hat/ da er die Eſel ſeines Vatters Sebeon weidete:

25. Und er hat einen Sohn gehabt Diſon und eine Tochter Oolibama.

26. Und diß ſeynd die Söhn Diſon: Hamdam und Eſeban/ und Jethram/ und Charan.

27. Diß ſeynd auch die Kinder Eſer: Balaan/ und Zavan/ und Acan.

28. Diſan aber hatte diſe Söhn: Hus und Aram.

29. Diß ſeynd die Fürſten der Horriter: der Fürſt Lotan/ d' Fürſt Sobal/ der Fürſt Sebeon/ d' Fürſt Ana/

30. Der Fürſt Diſon der Fürſt Eſer/ der Fürſt Diſan: diß ſeynd die Fürſten der Horriter/ welche im Land Seir regieret haben.

31. Die König aber/ welche im Land Edom regieret haben/ ehe dan die Kinder Jſrael einen König hatten/ ſeynd diſe:

14. Iſti quoque erant filii Oolibama filiæ Anæ filiæ Sebeon, uxoris Eſau, quos genuit ei Jehus & Ihelon & Core.

II. 15. Hi duces filiorum Eſau: Filii Eliphaz primogeniti Eſau: dux Theman, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez.

16. dux Core, dux Gatham, dux Amalech. hi filii Eliphaz in terra Edom, & hi filii Ada.

17. Hi quoque filii Rahuel filii Eſau: dux Nahath, dux Zara, dux Samma, dux Meza. hi autem duces Rahuel in terra Edom: iſti filii Baſemath uxoris Eſau.

18. Hi autem filii Oolibama uxoris Eſau: dux Jehus, dux Ihelon, dux Core. hi duces Oolibama filiæ Anæ uxoris Eſau.

19. Iſti ſunt filii Eſau, & hi duces eorum: ipſe eſt Edom.

20. *g* Iſti ſunt filii Seir Horræi, habitatores terræ *h*: Lotan, & Sobal, & Sebeon, & Ana,

21. & Diſon, & Eſer, & Diſan. hi duces Horræi, filii Seir in Terra Edom.

22. Facti ſunt autem filii Lotan: Hori & Heman. erat autem ſoror Lotan, Thamna.

23. Et iſti Filii Sobal: Aluan & Manahat & Ebal, & Sepho & Onam.

24. Et hi filii Sebeon: Aia & Ana. Iſte eſt Ana qui invenit aquas calidas *i* in ſolitudine, cùm paſceret aſinos Sebeon patris ſui:

25. Habuítque filium Diſon, & filiam Oolibama.

26. Et iſti filii Diſon: Hamdam, & Eſeban, & Jethram, & Charan.

27. Hi quoque filii Eſer: Balaan, & Zavan, & Acan.

28. Habuit autem filios Diſan: Hus & Aram.

29. Hi duces Horræorum: dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana,

30. dux Diſon, dux Eſer, dux Diſan: iſti duces Horræorum qui imperaverunt in Terra Seir.

31. Reges autem qui regnaverunt in Terra Edom antequam haberent regem filii Iſrael, fuerunt hi *k*:

g 1. *Par.* 1. 38.

h ſc. qui ante Eſau principes ibi erant. *S. Hieronym.*

i deprehendit earum vim medicam, & uſum corporibus eſſe ſalutarem.

k hæc, ut

multa alia dicit Moses prophetico spiritu. *l* hic est Job, speculum patientiæ.

32. Bela filius Beor, nomenque urbis ejus Denaba.

33. Mortuus est autem Bela, & regnavit pro eo Jobab *l* filius Zaræ de Bosra.

34. Cúmq; mortuus esset Jobab, regnavit pro eo Husam de terra Themanorũ.

35. Hoc quoque mortuo regnavit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in regione Moab: & nomen urbis ejus Avith.

36. Cúmque mortuus esset Adad, regnavit pro eo Semla de Masreca.

37. Hoc quoque mortuo, regnavit pro eo Saul de fluvio Rohoboth.

38. Cúmque & hic obiisset, successit in regnum Balanan filius Achobor.

39. Isto quoque mortuo, regnavit pro eo Adar, nomenque urbis ejus Phau, & appellabatur uxor ejus Meetabel, filia Matred filiæ Mezaab.

m i. filiorũ.

40. Hæc ergo nomina ducum Esau *m* in cognationibus, & locis, & vocabulis suis: dux Thamna, dux Alva, dux Ietheth,

41. dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon,

42. dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar,

43. dux Magdiel, dux Hiram: hi duces Edom habitantes in terra imperii sui, ipse est Esau pater Idumæorum.

Caput XXXVII.

I. Joseph fratres apud patrem accusat, visáque somnia narrans, fratrum odium in se concitat: 6.

II. Quare primùm volentes illum occidere, consilio Judæ vendunt Ismaelitis, inscio Ruben: 26.

III. A patre lugetur, & in Ægypto Putiphari venditur. 31.

a Nempe in Hebron. *Supra 35. 27.* *b* completorum scilicet, unde codices Hebr. Chald. & Græci illum notant 17. annorum

1. HAbitavit autem Jacob in terra Chanaan *a*, in qua pater suus peregrinatus est.

2. Et hæ sunt generationes ejus: Joseph cùm sedecim esset annorum *b* pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer: & erat cum filiis Balæ & Zelphæ uxorum patris sui: accusavítque fratres suos apud patrem crimine pessimo.

3. Israël autem diligebat Joseph super omnes filios suos, eo quòd in senectute

32. Bela der Sohn Beor / und der Nam seiner Stadt war Denaba.

33. Aber Bela starb / und an seine statt regierte Jobab, der Sohn Zarä / von Bosra.

34. Und da Jobab gestorben war / regierte an seine statt Husam / auß dem Land der Themaniter.

35. Da diser auch gestorben war / regierte an seine statt Adad / der Sohn Badad / der Madian *a* schlug in der Landschafft Moab: und der Nam seiner Stadt war Avith.

36. Da aber Adad gestorben war / regierte an seine statt Semla / von Masreca.

37. Da diser auch gestorben war / regierte an seiner statt Saul / vom Fluß Rohoboth.

38. Da diser auch gestorben war / kam an seine statt zum Reich Balanan / der Sohn Achobor.

39. Da derselbig auch gestorben war / regierte an seine statt Adar / und der Nam seiner Stadt war Phau: und sein Weib ward genannt / Meetabel / die Tochter Matred der Tochter Mezaab.

40. Also seynd diß die Namen der Fürsten Esau / mit ihren Geschlechten und Oertern / und Namen: der Fürst Thamna / der Fürst Alva / der Fürst Jetheth /

41. Der Fürst Oolibama / der Fürst Ela / der Fürst Phinon.

42. Der Fürst Cenez / der Fürst Theman / der Fürst Mabsar /

43. Der Fürst Magdiel / der Fürst Hiram: diß seynd die Fürstẽ Edom / die da wohnetẽ im Land ihrer Regierung / diß ist Esau / ein Vatter der Edomiter.

Das XXXVII. Capitel.

I. Joseph erzehlet seine Träum: Darum ihn seine Brüder gedencken zu tödten; werden vom Ruben eingehalten / und werffen ihn in eine Grub / 6.

II. Judas errettet Joseph auß der Gruben; welcher in Egypten wird geführet / 26.

III. Jacob beklagt Joseph / als wan er von einem Thier wäre gefressen worden / 31.

1. JAcob aber wohnte im Land Chanaan / darinn sein Vatter ein Frembdling gewesen war.

2. Und diß ist sein Geschlecht: Da Joseph sechszehen Jahr alt war / weidete er die Heerd mit seinen Brüdern in seinen Kindlichen Jahren: Er war aber bey den Söhnen Balä und Zelphä / der Weiber seines Vatters. Und er verklagte seine Brüder bey dem Vatter / wegen einer sehr grossen Ubelthat.

3. Israel aber hatte Joseph lieber / dan alle seine Söhn / darum / daß er ihn in seinem Alter

a die Madianiter

ter

ter gezeuget hatte: und er machte ihm einen bunten Rock.

4. Da aber seine Brüder sahen/ daß ihn der Vatter lieber hätte/ dan alle seine Söhn/ hasseten sie ihn/ und kunten nichts fridlichs mit ihm reden.

5. Es trug sich auch zu/ daß er seinen Brüdern einen Traum erzehlte, den er gesehen hatte: u. war das ein Ursach daß der Haß auf ihn noch grösser wurde.

I. 6. Und er sprach zu ihnen: Höret meinen Traum/ den ich gesehen habe:

7. Mich dunckte/ daß wir Garben bunden auf dem Feld/ und schiene daß mein Garb sich aufrichte/ und stunde und eure Garben ringsherum mein Garb anbetteten.

8. Da antworteten seine Brüder: Wirst du dan unser König seyn: oder solten wir deiner Herrschafft unterworffen werden: Diser Handel von seinen Träumen und Reden / gab ein Ursach zu grössserm Neyd und Haß.

9. Er sahe noch einen andern Traum/ den er seinen Brüdern erzehlte/ und sprach: Ich sahe im Traum/ als wan die Sonn/ und Mond/ und eilff Stern mich anbetteten.

10. Da er das seinem Vatter und Brüdern erzehlete/ schalt ihn sein Vatter/ und sprach: Was hat der Traum auf sich/ den du gesehen hast? Sol ich/ und deine Mutter/ und deine Brüder sich zur Erden neigend, dich anbetten.

11. Also beneydeten ihn seine Brüder: aber der Vatter bedenckte stillschweigend dise Sach.

12. Und als seine Brüder die Heerd deß Vatten weideten zu Sichem/

13. Sprach Israel zu ihm: Deine Brüder weiden die Schaf zu Sichem: komm her/ ich wil dich zu ihnen schicken. Er antwortet:

14. Hie bin ich/ er sprach zu ihm: Gehe hin/ und besihe/ ob noch alles wohl stehe mit deinen Brüdern/ und mit dem Vieh: und sage mir wider/ wie es zugehe. Also ward er geschickt auß dem Thal Hebron/ und kam gen Sichem.

15. Da fand ihn ein Mann auf dem Feld irr gehen/ der fragte ihn/ was er suchte?

16. Er aber antwortet: Ich suche meine Brüder/ sage mir/ wo sie die Heerd weiden.

17. Und der Mann sprach zu ihm: Sie seynd von dem Ort hinweg gezogen: ich hab aber gehöret/ daß sie sagten: Lasset uns gen Dothain ziehen. Also gieng Joseph fort zu seinen Brüdern/ und traff sie zu Dothain an.

18. Da sie ihn nun von fern sahen/ ehe dan er zu ihnen kam/ gedachten sie ihn zu tödten.

vilfärbigen

genuisset eum: fecítque ei tunicam polymitam.

4. Videntes autem fratres ejus quòd à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificè loqui.

5. Accidit quoque ut visum somnium referret fratribus suis: quæ causa majoris odii seminarium fuit.

I. 6. † Dixítque ad eos: Audite somnium meum quod vidi:

7. Putabam nos ligare manipulos in agro: & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrósque manipulos circumstantes adorare manipulum meũ.

8. Responderunt fratres ejus: Numquid rex noster eris? aut subjiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa somniorum atque sermonum, invidiæ & odii fomitem ministravit.

9. Aliud quoque vidit somnium, quod narrans fratribus, ait: Vidi per somnium, quasi solem, & lunam, & stellas undecim, adorare me.

10. Quod cùm patri suo, & fratribus retulisset, increpavit eum pater suus, & dixit: Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram?

11. Invidebant ei igitur fratres sui: pater verò rem tacitus considerabat.

12. Cúmque fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem,

IV. 24. Als nun die Morgen-Wacht heran kommen
war / sihe / da sahe der HErr durch die Feuer- und
Wolckensaul auf das Heer der Egypter / und er-
schlug ihr Heer:
25. Und er warff die Räder von den Wägen da-
hin / und sie fuhren zu Grund. Da sprachen die E-
gypter: Lasset uns von Israel fliehen: dan der
HErr streitet für sie wider uns.
26. Und der HErr sprach zu Moyse: Strecke
dein Hand aus über das Meer / damit das Wasser
widerkehre über die Egypter / und über ihre Wä-
gen und Reuter.
27. Und als Moyses die Hand gegen dem Meer
außgestrecket hatte / kam es frühe Morgens wide-
rum an seine vorige statt: und die Egypter flohen /
und das Wasser kam ihnen entgegen / und der HEr
verwickelte sie mitten in die Fluth.
28. Also kam das Wasser widerum / und bede-
ckete die Wägen / und Reuter deß gantzen Heers
Pharaonis / die gefolget / und zum Meer hinein
gezogen waren / und ist auch nit einer von ihnen üb-
rig bliben.
29. Aber die Kinder Israel zogen fort mitten
durchs truckne Meer / und das Wasser war ihnen /
gleichwie eine Mauer zur rechten und zur lincken.
30. Und hat der HErr am selben Tag Israel
aus der Hand der Egypter errettet.
a Reuterey

31. Und sie sahen die Egypter todt auf dem Ufer deß Meers / und die großmächtige Hand / die der HErr wider sie gebraucht hatte: und das Volck förchtete den HErrn / und sie glaubten dem HErrn / und Moysi seinem Knecht.

Das XV. Capitel.

I. Moyses mit den Kindern Israel singet GOtt ein Dancklied / 1.
II. Deßgleichen Maria Moysis Schwester mit den Weibern / 20
III. Die Kinder Israel murren wider Moysen wegen deß bittern Wassers; welches Moyses süß macht. 23.
IV. Ziehen fort und lagern sich in Elim / 27.

1. DA sang Moyses / und die Kinder Israel dem HErrn dises Lobgesang / und sprachen: Lasset uns dem HErrn singen: dan er ist trefflich groß worden / er hat Pferd / und Reuter ins Meer geworffen.

2. Der HErr ist mein Starck / und mein Lob / er ist mir auch zum Heyl worden: diser ist mein GOtt / und ich wil ihn ehren: er ist der GOtt meines Vatters / und ich wil ihn erheben.

3. Der HErr ist wie ein streitbarer Mann / Allmächtig ist sein Nam.

4. Er hat die Wägen Pharaonis / und sein Heer ins Meer geworffen: seine ausserwählte Fürsten seynd im rothen Meer ertruncken.

5. Die Abgründ haben sie bedecket / sie seynd zu Grund gangen / wie ein Stein.

6. HErr dein rechte Hand ist groß worden in der Starck: dein rechte Hand / O HErr / hat den Feind geschlagen.

7. Du hast auch deine Widerwärtige a durch dein grosse Herlichkeit herunter gestürtzt: deinen Zorn hastu gesandt / d'sie wie Stoppeln gefressen hat.

8. U. durch den Geist deines Grims thäte sich das Wasser zusamen: das fliessend Wasser stund still / die Abgründ versamleten sich mitten im Meer.

9. Der Feind sprach: ich wil nachjagen / und sie ergreiffen / ich wil den Raub austheilen / und mein Seel sol ersättiget werden: ich wil mein Schwerdt außziehen / und meine Hand sol sie erwürgen.

10. Da wehete dein Wind / und das Meer bedeckte sie: sie seynd in mächtigen Wässern untergangen / wie Bley.

11. HErr / wer ist dir gleich unter den Starcken / wer ist dir gleich? wer ist so groß in der Heiligkeit / so schröcklich und lobwürdig / und der also Wunder thut?

12. Du hast deine Hand außgestreckt / und die Erd hat sie verschlungen.

13. Du hast das Volck in deiner Barmhertzigkeit geführet / das du erlöset hast: und hasts in deiner Starck zu deiner heiligen Wohnung getragen

a deine Feind

31. Et viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, & manum magnam quam exercuerat Dominus contra eos: timuítque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi servo ejus.

CAPUT XV.

I. Moyses cum filiis Israel Deo gratias agit. 1.
II. Similiter & soror Maria cum mulieribus. 20.
III. Israelitæ veniunt in Mara, ubi amaritudo aquarum in dulcedinem vertitur. 23.
IV. Ipsi veniunt in Elim. 27.

1. TUnc a cecinit Moyses & filii Israel carmen hoc Domino, & dixerunt: Cantemus Domino b: gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem dejecit in mare.

2. c Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem: iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.

3. Dominus d quasi vir pugnator, omnipotens nomen ejus.

4. Currus Pharaonis & exercitum ejus projecit in mare: electi principes ejus submersi sunt in Mari rubro.

5. Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.

6. Dextera tua Domine magnificata est e in fortitudine: dextera tua, Domine, percussit inimicum.

7. Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti adversarios tuos: misisti iram tuam, quæ devoravit eos sicut stipulam.

8. Et in spiritu furoris tui f congregatæ g sunt aquæ: stetit unda fluens h congregatæ sunt abyssi in medio mari.

9. Dixit inimicus: Persequar & comprehendam, dividam spolia, implebitur i anima mea: evaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.

10. Flavit spiritus k tuus, & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

11. Quis similis tui in fortibus, Domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

12. Extendisti manum tuam, & devoravit eos terra. l

13. Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti: & portasti m eum in fortitudine tua, ad habitaculū sanctū tuū.

a Sap. 10. 20.
b ad Domini laudem
c Ps. 117. 14. Isaiæ. 12. 2
d Hebr. Jehova i. ille qui est.
e potentem & magnum se ostendit.
f vento vehementi.
g contra Ægyptios.
h sicut acervus.
i voluptate.
k ventus.
l demersos in mare.
m portabit.

n tentabunt resistere.
o obtinebunt: præterita pro futuris ponit.

14. Ascenderunt *n* populi, & irati sunt: dolores obtinuerunt *o* habitatores Philisthiim.

15. Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

16. Irruat super eos formido & pavor, in magnitudine brachii tui: fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus Domine, donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti.

17. Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine: sanctuarium tuum Domine, quod firmaverunt manus tuæ.

18. Dominus regnabit in æternum, & ultra.

19. Ingressus est enim eques Pharao cum curribus & equitibus ejus in mare: & reduxit super eos Dominus aquas maris: filii autem Israel ambulaverunt per siccū in medio ejus.

II. 20. Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror Aaron, tympanum in manu sua: egressæq; sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris,

21. quibus præcinebat, dicens: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem ejus dejecit in mare.

22. Tulit autem Moyses Israel de mari rubro, & egressi sunt in desertum Sur: ambulaverúntq; tribus diebus *p* per solitudinem, & non inveniebant aquam.

p Nempe 22. 23. & 24. ejusdem mensis.

III. 23. Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eò quòd essent amaræ: unde & congruum loco nomen imposuit, vocans illum Mara, id est, amaritudinem.

24. Et murmuravit populus contra Moysen, dicens: Quid bibemus?

25. At ille clamavit ad Dominum, qui ostendit ei lignum *q*: quod *r* cùm misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. Ibi constituit ei præcepta, atque judicia, & ibi tentavit eum,

26. dicens: Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis ejus *s* custodierisque omnia præcepta illius, cunctum languorem, quem posui in Ægypto, non

q mysticè hoc lignum Crucem & virtutem dominicæ passionis designat.
r Judith. 5. 15. Eccli. 38. 5.
s huc spectat locus Jer. 7. 21.

14. Die Völcker haben sich herauf gemacht/ und seynd zornig worden: die Philisther seynd mit Schmertzen befangen.

15. Da erschracken die Fürsten Edom/ ein Zittern fiel auf die Starcke Moab: alle Innwohner Chanaan wurden verzagt.

16. Forcht und Zagen solle sie überfallen durch deinen großmächtigen Armb: sie sollen unbeweglich werden/ wie die Stein/ biß dein Volck hindurch ziehe/ O HErr/ biß diß dein Volck hindurch ziehe/ das du zum Erbtheil *a* genomen hast.

17. Du wirst sie hinein führen/ und pflantzen auf dem Berg deiner Erbschafft/ in deiner überaus vesten Wohnung/ welche du/ O HErr/ bereitet hast: Es ist dein Heiligthum/ HErr/ das deine Händ bevestiget haben.

18. Der HErr wird herrschen in Ewigkeit/ und weiter.

19. Dan der reisige Zeug *b* Pharaonis ist ins Meer hinein gezogen/ mit seinen Wägen und Reutern: und der HErr hat das Wasser deß Meers widerum über sie geführet: aber die Kinder Israel seynd auf trucknen Grund mitten hindurch gereiset.

II. 20. Deßwegen Maria die Prophetin/ Aarons Schwester nahm eine Trumm in ihre Hand/ und alle Weiber folgten ihr nach/ hinaus mit Trumen am Reyen/

21. Und sie sang ihnen vor/ und sprach: Lasset uns dem HErrn singen/ dan er ist trefflich groß worden/ er hat Pferd und Reuter ins Meer geworffen.

22. Moyses aber führete Israel vom rothen Meer/ und sie kamen von dannen in die Wüste Sur. Und sie zogen drey Tag durch die Wüst/ und funden kein Wasser.

III. 23. Und sie kamen gen Mara/ aber sie kunten das Wasser von Mara nit trincken/ weil es bitter war: daher er dem Ort den rechten Namen gab/ und nannte es Mara/ das ist/ Bitterkeit.

24. Und das Volck murrete wider Moysen und sprach: Was sollen wir trincken?

25. Er aber rieff zum HErrn: der zeigte ihm ein Holtz: da er dasselbige ins Wasser legte/ ists in süssen Geschmack verändert worden. Daselbst gab er ihm Gebott und Recht/ und daselbst versuchte er ihn/

26. und sprach: wo du die Stimm des HErrn deines GOttes hören wirst/ und thun vor ihm/ was recht ist/ und gehorchen seinen Gebotten/ und halten alle seine Satzungen so wil ich keine von den Kranckheiten über dich führen/ die ich auf Egypten ge-

a Besitz *b* Reuterey.

gelegt hab: dan ich bin der HERR/ der dich heilet.
IV. 27. Aber die Kinder Israel kamen gen Elim/ da zwölff Wasserbrunnen waren/ und sibentzig Palmbäum/ und schlugen ihr Lager am Wasser.

Das XVI. Capitel.

I. Das Volck Israel in der Wüste Sin murret wegen Mangel der Speiß. 1.
II. Wird Abends mit Wachteln/ Morgends mit Manna gespeiset/ 12.
III. Wie das Manna gestalt/und einzusammlen war/ 14.
IV. Gesatz vom Sabbath und Befehl/ ein Gomor vom Manna zur Gedächtnuß bewahrsam hin zu legen/ 32.
V. Israel geniesset das Manna viertzig Jahr lang. 35.

1. UNd sie zohen von Elim/ und die gantze Schaar der Kinder Israel kam in die Wüste Sin/ welche zwischen Elim und Sinai ligt: am fünffzehenden Tag deß andern Monaths/ nachdem sie auß Egyptenland gangen waren.
2. Und die gantze Versammlung der Kinder Israel murrete wider Moysen und Aaron in der Wüste.
3. Und die Kinder Israel sprachen zu ihnen: Wolt GOtt/ wir wären durch die Hand deß HErrn in Egyptenland gestorben/ da wir bey den Fleischhäfen sassen/ und assen Brods satt: warum habt ihr uns herauß geführet in dise Wüste/ die gantze Mänge mit Hunger zu tödten?
4. Der HErr aber sprach zu Moyse: Sihe/ ich wil euch Brod vom Himmel regnen: das Volck soll hinauß gehen/ und sammlen täglich/ was ihm genug ist: damit Ichs versuche/ ob es in meinem Gesatz wandle/ oder nit.
5. Aber am sechsten Tag sollen sie bereiten/ daß sie eintragen: und sol dessen noch einmal so vil seyn/ als sie sonst pflegen all Tag zu sammlen.
6. Und Moyses und Aaron sprachen zu allen Kindern Israel: Auf den Abend sollet ihr wissen/ daß euch der HErr aus Egypten-Land geführet hat:
7. Und am Morgen sollet ihr die Herrlichkeit deß HErrn sehen: dan er hat euer Murren wider den HErrn gehöret: was seynd wir aber/ daß ihr gegen uns gemurret habt?
8. Und Moyses sprach: Der HERR wird euch auf den Abend Fleisch zu essen geben/und am Morgen Brod biß zur Ersättigung: darum/ daß er euer Murren gehöret hat/ damit ihr wider ihn habt gemurret/ dan was seynd wir? und gehet

inducam super te: ego enim Dominus sanator tuus.
IV. 27. *t* Venerunt autem in Elim filii Israel, ubi erant duodecim *u* fontes aquarum, & septuaginta palmæ: & castrametati sunt juxta aquas.

Caput XVI.

I. Murmurant in Sin pro cibo Israelitæ. 1.
II. Pluit Dominus coturnices & Man ad saturitatem 12.
III. Jussio Domini de eo colligendo, 14.
IV. Et in monumentum reponendo. 32.
V. Israel comedit Manna 40. *annis.* 35.

1. PRofectíque sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinai: quintodecimo die mensis secundi *a*, postquam egressi sunt de terra Ægypti.
2. Et murmuravit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron in solitudine.
3. Dixerúntque filii Israel ad eos: Utinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super *b* ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate: cur eduxistis nos in desertum istud, ut occideretis omnem multitudinem fame?
4. Dixit autem Dominus ad Moysen: Ecce, ego pluam vobis panes de cælo: egrediatur populus, & colligat quæ sufficiunt per singulos dies: ut tentem *c* eum utrùm ambulet in lege mea *d*, an non.
5. Die autem sexto parent quod inferant *e*: & fit duplum quàm colligere solebant per singulos dies.
6. Dixerúntque Moysés & Aaron ad omnes filios Israel: Vesperè scietis quòd Dominus eduxerit vos de terra Ægypti.
7. & mane videbitis gloriam Domini: audivit enim murmur vestrum contra Dominum: nos verò quid sumus, quia mussitâstis contra nos?
8. Et ait Moyses: Dabit vobis Dominus vesperè carnes edere, & manè panes in saturitate: eò quòd audierit murmurationes vestras quibus murmurati estis contra eum: nos enim quid sumus? nec con-

t Num. 33. 9.
u allegoricè duodecim Apostoli & septuaginta Christi discipuli designantur, quorum operâ Christus totius mundi sitim famémque spiritualem depulit. *Sap.* 11. 2.
a Eodem anno. M. 2513.
b i. juxta.
c probem.
d colligendo solùm, quantum diei sufficiat.
e in tabernacula.

contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum.

9. Dixit quoque Moyſes ad Aaron: Dic univerſæ congregationi filiorum Iſrael: Accedite coram Domino: audivit enim murmur veſtrum.

10. Cúmque loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Iſrael, reſpexerunt ad ſolitudinem: & ecce gloria *f* Domini apparuit in nube.

f Eccli. 45. 3.

11. Locutus eſt autem Dominus ad Moyſen, dicens:

II. 12. Audivi murmurationes filiorum Iſrael, loquere ad eos: Veſperè comedetis carnes, & manè ſaturabimini panibus: ſcietiſque quòd ego ſum Dominus Deus veſter.

13. Factum eſt ergo veſperè, & *g* aſcendens coturnix, cooperuit caſtra: manè quoque ros jacuit per circuitum caſtrorum.

g Num. 11. 31.

III. 14. Cúmque operuiſſet ſuperficiem terræ, apparuit in ſolitudine *h* minutum, & quaſi pilo tuſum *i*, in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram.

h Sap. 16. 20. Num. 11. 7. Pſalm. 77. 24. Joann 6. 31.

i Chald. quaſi decorticatum, i. album.

15. Quod cùm vidiſſent filii Iſrael, dixerunt ad invicem: Manhu? quod ſignificat: Quid eſt hoc? ignorabant enim quid eſſet. Quibus ait Moyſes: *k* Iſte eſt panis *l*, quem Dominus dedit vobis ad veſcendum.

k 1. Cor. 10. 3.

l myſticè Manna quàm plurima ſignificat. v. Indicem noſtrum Myſticum.

16. Hic eſt ſermo, quem præcepit Dominus: Colligat unuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum: gomor per ſingula capita, juxta numerum animarum veſtrarum quæ habitant in tabernaculo ſic tolletis,

17. Feceruntque ita filii Iſraël: & collegerunt: alius plus, alius minus.

18. Et menſi ſunt ad menſuram gomor *m*: nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus paraverat, reperit minus: ſed ſinguli juxta id quod edere poterant, congregaverunt.

m 2. Cor. 8. 15.

19. Dixitque Moyſes ad eos: Nullus relinquat ex eo in manè.

20. Qui non audierunt eum, ſed dimiſerunt quidam ex eis uſque manè, & ſcatere cœpit vermibus, atque computruit *n*, & iratus eſt contra eos Moyſes.

n Nota figuram contra avaros: Jacob. 5. 2.

21. Colligebant autem manè ſinguli, quantum ſufficere poterat ad veſcendum: cúmque incaluiſſet ſol, liquefiebat.

euer Murren nit wider uns / ſondern wider den HErrn.

9. Auch ſprach Moyſes und Aaron: Sage der gantzen Verſammlung der Kinder Iſrael: trettet herzu vor den HErrn / dan er hat euer Murren gehöret.

10. Und als Aaron zu der gantzen Gemein der Kinder Iſrael redete / ſahen ſie hinter ſich gegen der Wüſte: und ſihe / die Herrlichkeit deß HErrn erſchin in einer Wolcken.

11. Der HERR aber redete mit Moyſe / und ſprach:

II. 12. Ich hab das Murren der Kinder Iſrael gehöret / ſprich zu ihnen: Auf den Abend ſollet ihr Fleiſch eſſen / und am Morgen ſollet ihr mit Brod erſättiget werden: und ihr ſollet wiſſen / daß Ich der HERR euer GOTT bin.

13. Da begab ſichs auf den Abend / daß Wachteln herauf kamen / und das Lager bedeckten: und am Morgen lag der Tau rings umb das Lager.

III. 14. Und da derſelbige den Erdboden bedecket hatte / ſahe man etwas in der Wüſte auf der Erden ligen / das klein war / als wan es in Mörſelſtein geſtoſſen wäre / dem Reiff nit ungleich.

15. Und da es die Kinder Iſrael ſahen / ſprachen ſie einer zum andern; Manhu? das heißt: Was iſt das? dan ſie wuſten nit / was es war. Und Moyſes ſprach zu ihnen: Diß iſt das Brod / ſo euch der HERR zu eſſen geben hat.

16. Und diß iſt das Wort / das der HERR befohlen hat: Ein jeglicher ſammle ſo vil darvon / als ihm genug iſt zu eſſen: Ein Gomor ſollet ihr nemmen / für ein jeglich Haupt / nach Anzahl eurer Seelen / die in einer Hütten wohnen / alſo ſollet ihrs aufnemmen.

17. Und die Kinder Iſrael thäten alſo / und ſie ſammleten / der eine vil / der ander wenig.

18. Und ſie maſſens auf die Maß Gomor: und wer mehr geſammlet hatte / der hatte gleichwohl nit mehr: wer auch wenig bereitet hatte / der fand nit weniger: ſondern ein jeglicher ſammlete nach dem / daß er eſſen möchte.

19. Und Moyſes ſprach zu ihnen: Niemand laſſe darvon etwas übrig bleiben / biß auf den Morgen.

20. Und ſie höreten ihn nit / ſondern etliche unter ihnē / lieſſen darvon übrig bleibē biß auf den Morgē / u. da fiengen an Würm darin zu wachſen / und es ward faul / und Moyſes ward zornig auf ſie.

21 Sie ſamleten aber deß Morgens / ein jeglicher ſo vil ihm genug ſeyn möchte zu eſſen: wan aber die Sonn erhitzte alsdan zerſchmeltzte es.

22.

22. Aber am sechsten Tag sammleten sie die Speiß zweyfach / nemlich / zwey Gomor für einen jeglichen Menschen: Es kamen aber alle Obersten der Gemein / und verkündigtens Moysi.

23. Und er sprach zu ihnen: Diß ists / das der HErr geredt hat: Morgen ist die Ruhe deß Sabbaths dem HErrn geheiliget. Alles was alsdan zu thun noth ist / das thut: und was zu kochen ist / das kochet: was aber übrig seyn wird / das leget hinweg bis an den Morgen.

24. Und sie thäten also / wie Moyses befohlen hatte / und es ward nit faul / es ward auch kein Wurm darin gefunden.

25. Und Moyses sprach: Esset das heut / dan es ist der Sabbath deß HErrn: man wirds disen Tag auf dem Feld nit finden.

26. Sammlet an sechs Tagen / aber am sibenden Tag ist der Sabbath deß HErrn, darum wird mans nit finden.

27. Und da der sibende Tag kam / giengen etliche vom Volck hinaus / daß sie sammleten / und fundens nit.

28. Da sprach der HErr zu Moyse: Wie lang wollet ihr meine Gebott / und mein Gesatz nit halten?

29. Sehet / daß euch der HErr den Sabbath gegeben hat / und darum gibt er euch am sechsten Tag doplete Speiß: ein jeglicher bleibe bey ihm selbst / und gehe keiner am sibenden Tag von seinem Ort hinaus.

30. Und das Volck feyrete am sibenden Tag.

31. Und das Hauß Israel nennte seinen Namen Man. Es war aber wie Coriander Samen weiß / und hatte einen Geschmack / wie Semmlen mit Honig.

IV. 32. Moyses aber sprach: Diß ist das Wort / so der HErr befohlen hat: Fülle ein Gomor davon / daß mans in bewarsam halte / auf die hernach künfftige Geschlecht: damit sie das Brod kennen / mit welchem ich euch in der Wüste unterhalten hab / nachdem ihr aus Egyptenland seyd geführet wordē.

33. Und Moyses sprach zu Aaron: Nimm ein Geschirr / und thue Man darein / so vil ein Gomor hält: und lege es in bewarsam vor dem HErrn / auf eure nachkommende Geschlecht zu behalten /

34. Wie der HErr dem Moysi befohlen hat. Und Aaron setzte es in den Tabernackel zu bewahren.

V. 35. Aber die Kinder Israel haben viertzig Jahr lang Man *a* gessen / biß sie in das Land kamen /

a Manna / Himmel-Brod.

22. In die autem sexta collegerunt cibos duplices, id est, duo gomor per singulos homines: venerunt autem omnes principes multitudinis, & narraverunt Moysi.

23. Qui ait eis: Hoc est quod locutus est Dominus: Requies sabbati sanctificata est Domino *o* cras. Quodcumque operandum est, facite: & quæ coquenda sunt, coquite: quidquid autem reliquum fuerit, reponite usque in manè.

24. Feceruntque ita ut præceperat Moyses, & non computruit, neque vermis inventus est in eo.

25. Dixitque Moyses: Comedite illud hodie, quia sabbatum est Domini: non invenietur hodie in agro.

26. Sex diebus colligite: in die autem septimo sabbatum est Domini: idcircò non invenietur.

27. Venitque septima dies: & egressi de populo ut colligerent, non invenerunt.

28. Dixit autem Dominus ad Moysen: Usquequò non vultis custodire mandata mea, & legem meam?

29. Videte quòd Dominus dederit vobis sabbatum, & propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices: maneat unusquisque apud semetipsum, nullus egrediatur de loco suo die septimo.

30. Et sabbatizavit populus die septimo.

31. Appellavitque domus Israel nomen ejus Man: quod erat quasi semen coriandri *p* album *q*, gustúsque ejus quasi similæ cum melle.

IV. 32. Dixit autem Moyses: Iste est sermo, quem præcepit Dominus: Imple gomor ex eo, & custodiatur in futuras retrò generationes: ut noverint panem, quo alui vos in solitudine, quando educti estis de Terra Ægypti.

33. Dixitque Moyses ad Aaron: Sume *r* vas unum, & mitte ibi Man, quantum potest capere gomor, & repone coram Domino *s*, ad servandum in generationes vestras,

34. sicut præcepit Dominus Moysi. Posuítque illud Aaron in tabernaculo reservandum.

V. 35. Filii autem Israel *t* comederunt Man quadraginta annis, donec venirent in

o ad Domini honorem
p figurâ.
q colore.
r hæc per anticipationem dicta quia facta sunt post extructum tabernaculum.
s i. in arca testimonii.
t 2. Esdr. 9. 21. Judith. 5. 15.

in terram habitabilem: hoc cibo aliti sunt, usquequò tangerent fines terræ Chanaan.

36. Gomor autem decima pars est Ephi.

CAPUT XVII.

I. Rursum filii Israel murmurant in Raphidim pro aqua 1.
II. Dat Dominus aquam de petra, 6.
III. Dum Moyses in monte extensis manibus orat, vincuntur Amalecitæ. 8.

1. IGitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin per mansiones suas, juxta sermonem Domini, *a* castrametati sunt in Raphidim, ubi non erat aqua ad bibendum populo.

a Eodem anno M. 2513. & eodem mense 1.

2. *b* Qui jurgatus contra Moysen, ait: Da nobis aquam, ut bibamus. Quibus respondit Moyses: Quid jurgamini contra me? cur tentatis Dominum?

b Num 20. 4.

3. Sitivit ergo ibi populus præ aquæ penuria, & murmuravit contra Moysen, dicens: Cur fecisti nos exire de Ægypto, ut occideres nos, & liberos nostros, ac jumenta siti?

4. Clamavit autem Moyses ad Dominum, dicens: Quid faciam populo huic? adhuc paululum, & lapidabit me.

5. Et ait Dominus ad Moysen: Antecede populum, & sume tecum de senioribus Israel: & virgam qua *c* percussisti fluvium, tolle in manu tua, & vade.

c Supr 14. 21. *Psalm.* 77. 15. 1. *Cor.* 10. 4.

II. 6. En ego stabo ibi coram te supra petram Horeb: percutiésque petram, & exibit ex ea aqua, ut bibat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus Israel:

7. & vocavit nomen loci illius, Tentatio, propter jurgium filiorum Israel, & quia tentaverunt Dominum, dicentes: Estne Dominus in nobis, an non?

III. 8. *d* Venit autem Amalec, & pugnabat contra Israel in Raphidim.

d Deut. 25 17. *Judith.* 4. 13. *Sap.* 11. 3.

9. Dixitque Moyses ad Josue: Elige viros: & egressus, pugna contra Amalec: cras ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea.

10. Fecit Josue ut locutus erat Moyses, & pugnavit contra Amalec: Moyses autem & Aaron & Hur ascenderunt super verticem collis.

darin man wohnen kunte: mit diser Speiß seynd sie unterhalten worden / biß sie die Gräntzen deß Lands Chanaan erreicht haben.

36. Ein Gomor aber ist das zehende Theil vom Ephi.

Das XVII. Capitel.

I. Israel murret abermal wegen Mangel deß Wassers / 1.
II. Der Felß von Moyse geschlagen / gibt Wasser / 6.
III. Amalec wird vermittelst deß Gebetts Moysi von Josue geschlagen / 8.

1. UNd die gantze Schaar der Kinder Israel zoge nach ihren Wohnungen aus der Wüste Sin / wie ihnen der HErr befohlen hatte / und schlug ihr Lager zu Raphidim / da vor das Volck kein Wasser war zu trincken.

2. Und das Volck haderte wider Moysen / und sprach: Gib uns Wasser zu trincken. Moyses antwortet ihnen: Was zancket ihr wider mich? warum versuchet ihr den HErrn?

3. Also dürstete das Volck daselbst / aus Mangel an Wasser / und murrete wider Moysen / und sprach: Warum hast du gemacht / daß wir aus Egypten gezogen seynd / damit du uns / auch unsere Kinder u. Vieh durch Durst ums Leben brächtest?

4. Moyses aber rieff zum HErrn / und sprach: Was sol ich disem Volck thun? Es mangelt wenig daran / so wirds mich steinigen.

5. Und der HErr sprach zu Moyse: Gehe vor dem Volck her / und nimm etliche von den Aeltesten Israel mit dir: Nimm auch die Ruth in deine Hand / damit du den Fluß geschlagen hast / und gehe hin.

II. 6. Sihe / Ich wil daselbst auf dem Felsen Horeb vor dir stehen: Und du solst den Felsen schlagen und es wird aus demselbigen Wasser hervor fliessen / damit das Volck trincke. Und Moyses thäte also vor den Aeltesten Israel

7. Und er nennte den Namen desselbigen Orts / Versuchung / wegen deß Zancks der Kinder Israel / und weil sie den HErrn versuchten / und sprachen: Ist der HERR unter uns oder nit?

III. 8. Es kam aber Amalec / und stritte wider Israel zu Raphidim.

9. Und Moyses sprach zu Josue: Erwähle Männer und ziehe hinaus und streitte wider Amalec: Morgen wil ich auf der Spitz deß Bergs stehen / und die Ruthe GOttes in meiner Hand habe.

10. Josue thäte / wie Moyses gesagt hatte / und stritte wider Amalec: Moyses aber / und Aaron / und Hur giengen hinauf auf die Spitz deß Bergs.

11

11. Und wan Moyses die Hånd aufhub/ so hatte Israel überhand: wan er sie aber ein wenig sincken ließ/ so gewann Amalec.

12. Aber die Hånd Moysis waren schwer/ derwegen namen sie einen Stein/ und legten denselben unter ihn/ darauf er saß: Aaron aber und Hur hielten seine Hånd von beyden Seiten. Also geschahe es/ daß seine Hånd nit laß a wurden/ biß die Sonn untergieng.

13. U. Josue schlug den Amalec mit seinem Volck in die Flucht/ durch die Schårpffe deß Schwerdts.

14. Und der HErr sprach zu Moyse: Schreib diß zur Gedåchtnuß in ein Buch/ und vertraue es den Ohren Josue: dan Ich wil die Gedåchtnuß Amalec unterm Himmel vertilgen.

15. Und Moyses bauete einen Altar/ und nennte seinen Namen: der HErr ist meine Erhöhung/ und sprach:

16. Dan die Hand vom Thron deß HErrn/ und deß HErrn Streit wird wider Amalec seyn/ von einem Geschlecht ins ander.

Das XVIII. Capitel.

I. Jethro/ Moysi Schwåher-Vatter/ führet ihm sein Weib und Kinder zu/ und lobet GOtt/ daß er Israel errettet/ 1.
II. Gibt Moysi ein guten Rath/ die Regierung deß Volcks in gute Ordnung zu stellen/ 13.
III. Moyses folgt/ und bringt die Regierung in ein andere Form/ 24.

1. Nachdem aber Jethro/ der Priester Madian/ Moysis Schwåher/ alles gehöret/ was GOTT dem Moysi/ und seinem Volck Israel gethan/ und daß der HErr Israel aus Egypten geführet hatte:

2. Nam er die Sephora/ Moysis Weib/ die er zuruck geschickt hatte/

3. Und ihre zween Söhn/ deren einer Gersam genannt war/ weil sein Vatter sagte: Ich bin ein Einkömmling b gewesen in einem frembden Land.

4. Der ander aber Eliezer: Dan/ sprach er/ der GOtt meines Vatters ist mein Helffer/ und hat mich von dem Schwerdt Pharaonis errettet:

5. Kam derwegen Jethro/ Moysis Schwåher/ und seine Söhn/ und sein Weib zu Moyse in die Wüst/ bey dem Berg GOttes/ da er das Lager geschlagen hatte.

6. Und er entbott Moysi/ und sprach: Ich Jethro dein Schwåher komme zu dir/ und dein Weib/ und deine beyde Söhn mit ihr.

7. Da gieng er seinem Schwåher entgegen/ neigete sich zur Erden/ und küssete ihn: und sie grüsseten einander mit fridlichen Worten. Und da er in den Tabernackel kam/

a müd b Frembdling.

11. Cúmque levaret Moyses manus *e*, vincebat Israel: sin autem paululùm remisisset, superabat Amalec.

12. Manus autem Moysi erant graves: sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit: Aaron autem & Hur sustentabant manus ejus ex utraque parte. Et factum est ut manus illius non lassarentur usque ad occasum solis.

e in formam crucis juxta communem patrum sententiam. *Tir.*

13. Fugavitque Josue Amalec, & populum ejus in ore gladii.

14. Dixit autem Dominus ad Moysen: Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus *f* Josue: delebo enim memoriam Amalec sub cælo.

f commenda & inculca.

15. Ædificavítque Moyses altare: & vocavit nomen ejus, Dominus exaltatio mea, dicens:

16. Quia manus solii Domini, & bellum Domini erit contra Amalec, à generatione in generationem.

Caput XVIII.

I. Jethro socer Moysis uxorem cum filiis ad eum reducit, audiénsque Dei opera Domino sacrificat. 1.
II. Dat Moysi sanum consilium de constituendis judiciorum magistratibus. 13.
III. Moyses obsequens judices creat & magistratus. 24.

1. Cumque audisset *a* Jethro, sacerdos *b* Madian *c*, cognatus *d* Moysi, omnia quæ fecerat Deus Moysi, & Israeli populo suo, & quòd eduxisset Dominus Israel de Ægypto:

2. tulit Sephoram uxorem Moysi quam remiserat:

3. & duos filios ejus, quorum unus vocabatur Gersam, dicente patre: *e* Advena fui in terra aliena.

4. Alter verò Eliezer: Deus enim, ait, patris mei adjutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis.

5. Venit ergo Jethro cognatus Moysi, & filii ejus, & uxor ejus, ad Moysen in desertum, ubi erat castrametatus juxta montem Dei.

6. Et mandavit *f* Moysi, dicens: Ego Jethro cognatus tuus venio ad te, & uxor tua, & duo filii tui cum ea.

7. Qui egressus in occursum cognati sui, adoravit, & osculatus est eum: salutaverúntque se mutuo verbis pacificis. Cúmque intrasset tabernaculum,

a Ann. M. 2514. Ant. Chr. 1490. Ab exitu anno 2. mense item 2.
b Chald. princeps.
c quæ civitas erat Amalecitarum
d Hebr. *Socer*: Sic Chald. Græc,. Samaritan. Syrus & Arabs, tum ibi tum in seq. Sic etiam noster, *Sup.* 3. 1.
e *Sup.* 2. 22.
f nuntiari.

T

8. nar-

8. narravit Moyses cognato suo cuncta quæ fecerat Dominus Pharaoni, & Ægyptiis propter Israel; universúmque laborem, qui accidisset eis in itinere, & quòd liberaverat eos Dominus.

9. Lætatúsque est Jethro super omnibus bonis, quæ fecerat Dominus Israeli, eo quòd eruisset eum de manu Ægyptiorũ,

10. & ait: Benedictus Dominus, qui liberavit vos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populum suum de manu Ægypti.

11. Nunc cognovi, quia magnus Dominus super omnes deos: eo quòd *g* superbè *h* egerint contra illos. *i*

g Sup. 1. 14. & 5. 7. & 10. 10. & 14. 8. *h* Ægyptii. *i* Hebræos.

12. Obtulit ergo Jethro cognatus Moysi holocausta & hostias Deo: veneruntque Aaron & omnes seniores Israel, ut comederent panem cum eo coram Deo.

II. 13. Alterâ autem die sedit Moyses ut judicaret populum, qui assistebat Moysi à manè usque ad vesperam.

14. Quod cùm vidisset cognatus ejus, omnia scilicet quæ agebat in populo, ait: Quid est hoc quod facis in plebe? cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de manè usque ad vesperam?

15. Cui respondit Moyses: Venit ad me populus quærens sententiam Dei. *k*

k secundùm Dei voluntatem vel oraculum.

16. Cúmque acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me ut judicem inter eos, & ostendam præcepta Dei, & leges ejus.

17. At ille: Non bonã, inquit, rem facis:

18. stulto *l* labore consumeris & tu, & populus iste qui tecum est: ultra vires tuas est negotium, *m* solus illud non poteris sustinere.

l Hebr. nimio *Sept.* intolerabili. *m Deut.* 1. 12.

19. Sed audi verba mea atque consilia, & erit Deus tecum *n*. Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, ut referas quæ dicuntur ad eum:

n ut tibi bene succedat.

20. ostendásque populo cæremonias & ritum colendi, viámque per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant.

21. Provide autem de omni plebe viros potentes *o*, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos.

o strenuos & laboris patientes.

8. erzehlte Moyses seinem Schwäher alles/was der HERR dem Pharao / und den Egyptern um Israels willen gethan hatte: auch alle Mühe / die ihnen auf der Reiß begegnet war / und daß sie der HERR erlöset hatte.

9. Und Jethro erfreuete sich über alles Gut / so der HERR dem Israel gethan hatte / dieweil er ihn aus der Egypter Hand errettet hatte /

10. Und er sprach: Gebenedeyt sey der HErr / der euch aus der Egypter Hand / und aus der Hand Pharaonis errettet hat / der sein Volck erlöset hat / aus der Hand Egypti.

11. Nun erkenne ich / daß der HERR groß ist über alle Götter: darum / daß jene vermessentlich wider sie gehandlet haben.

12. Derwegen opfferte Jethro Moysis Schwäher GOTT Brand-Opffer / und andere Opffer. Und Aaron samt allen Aeltesten in Israel kamen das Brod mit ihm vor GOtt zu essen.

II. 13. Deß andern Tags aber saß Moyses das Volck zu richten / so um Moysen her stunde / vom Morgen biß zum Abend.

14. Da das sein Schwäher sahe / nemlich alles / was er unter dem Volck thäte / sprach er: Was ist diß / das du unterm Volck thust? warum sitzest du allein / und alles Volck wartet vom Morgen biß zum Abend.

15. Moyses antwortet ihm: Das Volck komt zu mir / und fraget GOttes Urtheil.

16. Und wan sich einiger Streit unter ihnen zuträgt so kommen sie zu mir / daß ich sie / als ein Richter entscheide / und zeige ihnen GOttes Gebott / und sein Gesatz.

17. Er aber sprach: Es ist nit gut / das du thust:

18. Du wirst erschöpffet durch närrische Bemühung / so wohl du / als auch das Volck / so bey dir ist: das Werck ist über dein Vermögen / du wirst es allein nit tragen können.

19. Aber höre meine Wort / und meinen Rath / so wird GOTT bey dir seyn. Stehe du dem Volck vor in den Dingen / die GOTT betreffen / daß du vortragest / was zu ihnen geredt wird:

20. Und zeige dem Volck die Ceremonien an / auch die Weiß GOtt zu dienen / und den Weeg den sie wandlen sollen / und das Werck / das sie thun sollen.

21. Versihe *a* aber auß allem Volck vermögende Männer und die GOtt förchten / in welchen die Warheit ist / und die dem Geitz feind seynd / und auß denselben verordne etliche zu Obersten über tausend und über hundert / und über fünfftzig / und über zehen /

22. Die das Volck zu aller Zeit richten: was aber wichtig seyn wird/ das laß sie dir anbringen/ und laß sie geringe Sachen allein richten: So wird dirs leichter werden/ nachdem die Last unter andern vertheilet ist.

23. Wan du das thust/ so wirst du GOttes Befehl erfüllen/ und wirst seine Gebott halten können: so wird auch diß gantze Volck mit Friden zu seinem Orth wider kehren.

III. 24. Da das Moyses hörete/ thät er alles/ was er gerathen hatte.

25. Und er erwählete dapffere Männer auß gantz Israel/ und verordnete sie zu Obersten deß Volcks/ über tausend/ und über hundert/ und über fünfftzig/ und über zehen.

26. Dise richteten das Volck zu aller Zeit: was aber etwas Schwer war/ das trugen sie Moysi vor/ und richteten allein geringe Sachen.

27. Und er ließ seinen Schwäher ziehen: der widerkehrete/ und reisete in sein Land.

Das XIX. Capitel.

I. Israel kommt in die Wüste Sinai/ Moyses steigt auf den Berg/ und GOtt befihlt ihm/ das Volck zu Haltung seines Bunds anzumahnen/ 1.

II. Das Volck wird von Moyse geheiliget/ das Gesatz GOttes desto würdiger zu empfangen/ 7.

III. GOtt erfüllet den Berg mit Feuer/ Rauch/ Donner/ Blitz/ Erdbidem/ und Posamenschall/ 16.

IV. Rufft Moysen auf die Spitz deß Bergs/ und gebiet daß niemand/ als Moyses u. Aaron/ auf den Berg sol steigen/ 20.

1. IM dritten Monat deß Außgangs Israels auß Egyptenland/ auf denselbigen Tag kamen sie in die Wüste Sinai.

2. Dan als sie von Raphidim außgezogen/ und biß in die Wüste Sinai kommen waren/ schlugen sie an demselbigen Ort ihr Lager/ und richtete Israel allda seine Hüten auf gegen dem Berg über.

3. Moyses aber gieng hinauf zu GOtt/ und der HErr rieff ihm vom Berg/ und sprach: Diß solst du dem Hauß Jacob sagen/ und den Kindern Israel verkündigen:

4. Ihr habt selbst gesehen/ was ich den Egyptern gethan habe/ und wie Ich euch auf den Flüglen der Adler getragen/ und zu mir genommen habe.

5. Wan ihr nun meine Stimm hören werdet/ und halten meinen Bund/ alsdan sollet ihr mir auß allen Völckern zum Eigenthum seyn: dan der gantze Erdboden ist mein.

6. Und ihr sollet mir ein Priesterliches Königreich seyn/ und ein heiliges Volck. Diß seynd die Wort/ die du zu den Kindern Israel reden solst.

22. qui judicent populum omni tempore: quidquid autem majus fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodò judicent: leviúsque sit tibi, partito in alios onere.

23. Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta ejus poteris sustentare: & omnis hic populus revertetur ad loca sua cum pace.

III. 24. Quibus auditis, Moyses fecit omnia quæ ille suggesserat.

25. Et electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos.

26. Qui judicabant plebem omni tempore: quidquid autem gravius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodò judicantes.

27. Dimisítque cognatum suum: qui reversus abiit in terram suam *p*.

Caput XIX.

I. Dominus juxta montem Sinai commemorat liberationis ex Ægypto beneficium, 1.

II. Populum sanctificari jubet; 7.

III. Descendit in fulgure & tonitru, 16.

IV. Vocat Moysen coram omni plebe ipsi locuturus. 20.

1. MEnse tertio egressionis Israel de terra Ægypti, in die hac *a* venerunt in solitudinem Sinai. *b*

2. Nam profecti de Raphidim, & pervenientes usque in desertum Sinaï, castrametati sunt in eodem loco, ibíque Israel fixit tentoria è regione montis.

3. *c* Moyses autem ascendit ad Deum, vocavítque eum Dominus de monte, & ait: Hæc dices domui Jacob, & annuntiabis filiis Israel:

4. Vos *d* ipsi vidistis, quæ fecerim Ægyptiis, quo modo portaverim vos super alas aquilarum *e*, & assumpserim mihi.

5. Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: *f* mea est enim omnis terra.

6. *g* Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta *h*: hæc sunt verba quæ loquêris ad filios Israel.

p Vide Num. 10. 29.

a id est, ejusdem numeri, videlicet tertia mensis tertii: ubi annum ferè integrum manserunt. *vid. Num.* 10. 11. 12.

b Num. 33. 15.

c Act. 7. 38.

d Deut. 29. 2.

e ut solent aquilæ.

f Psal. 23. 1

g 1. *Pet.* 2. 9.

h in qua Deus regnet, & ritè colatur.

II. 7. Venit Moyses: & convocatis majoribus natu populi, exposuit omnes sermones quos mandaverat Dominus.

8. Respondítque omnis populus simul: Cuncta quæ locutus est Dominus, faciemus. Cúmque retulisset Moyses verba populi ad Dominum,

9. ait ei Dominus: Jam nunc veniam ad te in caligine nubis, ut audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Nuntiavit ergo Moyses verba populi ad Dominum.

10. Qui dixit ei: Vade ad populum, & sanctifica *i* illos hodie, & cras, laventque vestimenta sua.

11. Et sint parati in diem tertium: in die enim tertia descendet Dominus coram omni plebe super montem Sinai.

12. Constituésq; terminos pópulo per circuitum, & dices ad eos: Cavete ne ascendatis in montem: *k* nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem, morte morietur.

13. Manus non tanget eum, sed lapidibus opprimetur *l*, aut confodietur jaculis: sive jumentum fuerit, sive homo, non vivet. Cùm cœperit clangere buccina, tunc ascendant in montem.

14. Descendítq; Moyses de monte ad populum, & sanctificavit eum. Cumque lavissent vestimenta sua,

15. ait ad eos: Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis uxoribus vestris.

III. 16. Jámque advenerat tertius dies, & manè inclaruerat: & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangórque buccinæ vehementiùs perstrepebat: & timuit populus qui erat in castris.

17. Cúmque eduxisset eos Moyses in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad radices montis.

18. *m* Totus autem mons Sinai fumabat: eò quòd descendisset Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace: eratque omnis mons terribilis. *n*

19. Et sonitus buccinæ paulatim crescebat in majus, & prolixiùs tendebatur: Moyses loquebatur, & Deus respondebat *o* ei.

II. 7. Da kam Moyses/ und rieff die Aelteste deß Volcks zusammen/ und trug ihnen alle Wort vor/ die der HErr gebotten hatte.

8. Und alles Volck zugleich antwortete: Wir wollen alles thun/ was der HErr geredet hat. Und als Moyses die Wort deß Volcks dem HErrn zuruck getragen hatte/

9. sprach der HErr zu ihm: Jetzt wil ich zu dir kommen in einer finstern Wolcken damit mich das Volck mit dir reden höre/ und dir in Ewigkeit glaube. Also verkündigte Moyses die Wort deß Volcks dem HERRN.

10. Der sprach zu ihm: Gehe hin zum Volck/ und heilige sie disen Tag/ und Morgen/ und laß sie ihre Kleyder waschen.

11. Und sie sollen bereit seyn auf den dritten Tag: dan am dritten Tag wird der HErr auf dem Berg Sinai vor allem Volck hinab kommen.

12. Und du solt dem Volck rings herum Schrancken setzen/ und zu ihnen sagen: hütet euch/ daß ihr den Berg nit hinauf gehet/ noch seine Gegend anrühret: dan wer den Berg berühren wird/ der sol deß Tods sterben.

13. Keine Hand sol ihn anrühren/ sondern er sol mit Steinen zu todt geworffen/ oder mit Pfeilen erschossen werden: es sey ein Thier/ oder ein Mensch/ so sol er nit leben. Wan die Posaun anfangen wird zu klingen/ alsdan mögen sie auf den Berg komen.

14. Und Moyses kam vom Berg herunter zum Volck/ und heiligte dasselbig. Und da sie ihre Kleyder gewaschen hatten/

15. sprach er zu ihnen: Seyd bereit auf den dritten Tag/ und nahet euch nit zu euren Weibern.

III. 16. Als nun der dritte Tag heran kommen/ und der Morgen hervor gebrochen war: sihe/ da hörte man/ daß es anfieng zu donnern/ und zu blitzen/ und ein überauß dicke Wolck bedeckete den Berg/ und der Klang der Posaunen ward je länger/ je stärcker: und das Volck/ so im Lager war/ förchtete sich.

17. Und als sie Moyses aus dem Lager GOTT entgegen geführet hatte/ stunden sie unten am Berg.

18. Aber der gantze Berg Sinai rauchete: darum daß der HErr im Feuer auf denselben herunter kommen war/ und ein Dampff von ihm aufgieng/ wie von einem Ofen: und war der gantze Berg erschröcklich.

19. Und der Posaunenschall wuchs allgemach höher/ und ward je länger/ je weiter ausgebreitet: Moyses redete/ und GOtt antwortete ihm.

i præpara.

k Hebr. 12. 18.

l ut sacrilegus.

m Deut. 4. 11.

n Chald. & Heb. contremiscens.

o Hebr. in voce clara.

IV. 20. Und der HErr fuhr herab auf den Berg Sinai oben auf die Spitz deß Bergs/ und forderte Moysen auf die Spitz. Da er nun hinauf kommen war/

21. Sprach er zu ihm: Gehe hinab/ und bezeuge dem Volck/ daß sie sich villeicht nit gelüsten lassen über die Schrancke zu steigen um den HErrn zu sehen/ und ein grosse Anzahl von ihnen umkomme.

22. Auch sollen die Priester geheiliget werden/ welche zum HERRN nahen/ damit er sie nit schlage.

23. Und Moyses sprach zum HErrn: das gemeine Volck kan auf den Berg Sinai nit hinauf kommen: dan du hast bezeuget und befohlen/ sagend: Setze Schrancken um den Berg/ und heilige ihn.

24. Und der HErr sprach zu ihm: Gehe hin und begib dich hinab/ darnach solst du herauf kommen/ du/ und Aaron mit dir. Aber die Priester/ und das Volck sollen nit über die Schrancken tretten/ noch hinauf komme zum Herrn/ daß er sie villeicht nit tödte.

25. Und Moyses kam herunter zum Volck/ und erzehlete ihnen alles.

Das XX. Capitel.

I. Der Engel an statt GOttes verkündigt auf dem Berg Sinai die Zehen Gebott/ 1.
II. Das Volck begehrt/ daß Moyses zwischen GOtt und ihnen das Wort führe/ 18.
III. Moyses empfangt Befehl/ die Götzen zu verbieten/ und ein Altar aus Erden oder ungehauenem Stein/ für die Brand- und Frid-Opffer aufzubauen/ 21.

1. UNd der HERR redete alle dise Wort:

2. Ich bin der HErr dein GOtt/ der ich dich aus Egypten Land/ auß dem Diensthauß geführet habe.

3. Du solst keine frembde Götter vor mir haben.

4. Du solst dir kein geschnitzt Bild machen noch einige Gleichnuß dessen/ was daroben im Himmel ist/ und was hieunten ist auf Erden/ auch was im Wasser ist unter der Erden.

5. Du solst sie nit anbetten/ noch ihnen dienen: dan ich bin der HErr dein GOtt/ ein starcker und eyferiger GOtt: der ich die Missethat der Vätter an den Kindern heimsuche ins dritte/ und vierdte Geschlecht/ dern die mich hassen:

6. Und thue Barmhertzigkeit in tausenden/ denen die mich lieb haben/ und meine Gebott halten.

7. Du solst den Namen deß HErrn deines Gottes nit vergeblich in deinen Mund nehmen. Dan der

IV. 20. Descenditq; Dominus super montem Sinai in ipso montis vertice, & vocavit Moysen in cacumen ejus. Quò cùm ascendisset,

21. dixit ad eum: Descende, & contestare populum: ne fortè velit transcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo.

22. Sacerdotes *p* quoque qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiat eos.

23. Dixitque Moyses ad Dominum: non poterit vulgus ascendere in montem Sinai: tu enim testificatus es, & jussisti, dicens: Pone terminos circa montem, & sanctifica illum.

24. Cui ait Dominus: Vade, descende: ascendésque tu, & Aaron tecum: sacerdotes autem & populus ne transeant terminos, nec ascendant ad Dominum, ne fortè interficiat illos.

25. Descenditque Moyses ad populum, & omnia narravit eis.

p i. Primogenitos. quos sibi Deus consecraverat. (*Sup.* 13.2. *Num.* 8.16 *& sequ.*) Hi enim administraverunt Sacra, donec Levitæ in eorum ordinem succederent. *Vid. inf.* 24. 5.

CAPUT XX.

I. Moyses decalogum à Domino audit. 1.
II. Territo populo narrat, 18.
III. Terreum aut lapideum de insectis lapidibus altare fieri jubet, ad quod non sit per gradus ascendendum. 21.

1. LOcutúsque *a* est Dominus cunctos sermones hos:

2. Ego *b* sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis.

3. Non habebis deos alienos coram me.

4. *c* Non facies tibi sculptile: neq; omnem similitudinem quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra.

5. Non adorabis ea, neque coles: ego sum Dominus Deus tuus fortis, *d* zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me:

6. & faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea.

7. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum *e*. nec enim habebit insontem

a Eodem mense 3. ab exitu. Anno M. 2513.
b *Deut.* 5.6 *Psal.* 80.11
c. *Lev.* 26. 1. *Deut.* 4. 15 *Jos.* 24.14. *Psa.* 96.7.
d Zelotypus, non ferens, ut cultus mihi debitus alteri tribuatur.
e *Lev.* 19. 12. *Deut.* 5. 11 *Matt.* 5.33.

tem Dominus eum qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustrà.

f Inf. 31. 13. Deut. 5. 13. Ez. 20, 12.

8. *f* Memento ut diem sabbati sanctifices.

9. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua.

10. Septimo autem die sabbatum Domini Dei tui est: non facies omne opus in eo, tu, & filius tuus & filia tua, servus tuus & ancilla tua, jumentum tuum, & advena qui est intra portas tuas.

g Gen. 2. 2.

11. *g* Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requievit in die septimo, idcircò benedixit Dominus diei sabbati, & sanctificavit *h* eum.

h instituit pro sui cultu.

i Fer. 4. Post Dom. 3. Quadr.

k Deut. 5. 16. Matt. 15. 4. Eph. 6. 2.

12. *i* Honora *k* patrem tuum & matrē tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

l Matt. 5. 21.

13. *l* Non occides.

14. Non mœchaberis.

15. Non furtum facies.

16. Non loquēris contra proximum tuum falsum testimonium.

m Rom. 7. 7. & 13. 9.

17. *m* Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis uxorē ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

n i. percipiebat.

II. 18. Cunctus autem populus videbat *n* voces & lampades, & sonitum buccinæ, montémque fumantem: & perterriti ac pavore concussi, steterunt procul,

19. dicentes Moysi: Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur.

20. Et ait Moyses ad populum: Nolite timere: ut enim probaret vos venit Deus, & ut terror illius esset in vobis, & non peccaretis.

o Deut. 18. 16. Hebr. 12. 18.

III. 21. Stetitq; populus de longè. *o* Moyses autem accessit ad caliginem in qua erat Deus.

p aëre.

22. Dixit præterea Dominus ad Moysen: Hæc dices filiis Israel: Vos vidistis quòd de cœlo *p* locutus sim vobis.

23. Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis.

q Inf. 27. 8. & 38. 7.

24. *q* Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta & pacifica vestra, oves vestras & boves in omni loco in quo memoria fuerit no-

HErr wird den nit unschuldig halten/ der den Namen deß HErrn seines GOttes vergeblich annimt.

8. Gedencke / daß du den Sabbathtag heiligest.

9. Sechs Tag solt du arbeiten / und alle deine Werck thun.

10. Aber am sibenden Tag ist der Sabbath deß HErrn deines GOttes: an demselben solt du kein Werck thun / noch du / noch dein Sohn / noch deine Tochter/ noch dein Knecht noch dein Magd/ noch dein Vieh / noch der Einkömmling *a* / der innerhalb der Thor deiner Stadt ist.

11. Dan in sechs Tagen hat der HErr Himmel und Erden gemacht/ und das Meer und alles was darinnen ist / und hat am sibenden Tag geruhet darum hat der HErr den Sabbathtag geseegnet/ und ihn geheiliget.

12. Du solt deinen Vatter / und deine Mutter ehren / damit du lang lebest in dem Land / das dir der HErr dein GOtt geben wird.

13. Du solt nit tödten.

14. Du solt nit ehebrechen.

15. Du solt nit stehlen.

16. Du solt kein falsche Zeugnuß reden wider deinen Nächsten:

17. Du solt nit begehren deines Nächsten Hauß: du solt nit begehren deines Nächsten Weib / noch seinen Knecht / noch seine Magd / noch seinen Ochsen / noch seinen Esel/ noch etwas/ so sein ist.

II. 18. Und das gantze Volck sahe die Stimmen / und die Lampen / und den Schall der Posaunen / und den rauchenden Berg: u. sie förchteten sich u. wurdē mit Schröckē überfallen / u. stundē von fern

34. sed sit inter vos quasi indigena: & diligetis eum quasi vosmetipsos: fuistis enim & vos advenæ in Terra Ægypti. Ego Dominus Deus vester.

35. Nolite facere iniquum aliquid in judicio, in regula, in pondere, in mensura.

36. Statera justa, & æqua sint pondera, justus modius, æquúsque sextarius. Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra Ægypti.

37. Custodite omnia præcepta mea, & universa judicia, & facite ea. Ego Dominus.

CAPUT XX.

I. Morte plectendi sunt qui de semine suo Moloch offerunt, qui magos aut ariolos consulunt, 2.
II. Qui parentibus maledicunt. 9.
III. Qui varios exercent coitus illicitos. 10.

1. LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens:

I. 2. Hæc loquêris filiis Israel: Homo de filiis Israel, & de advenis qui habitant in Israel, a si quis dederit de semine suo idolo Moloch, mor-

q à solis sanctificatis, sacerdotibus & Levitis edi poterit.

r More gentium hoc ritu se ipsos idolis devoventium.

s Jer. 9. v. ult. more Ægyptiorum

t revereimini.

u Exod. 22. 21.

x Sept. non affligatis.

Eodem mense & ann. 2514.

a Sup. 13. 21.

morte moriatur: populus terræ lapidabit eum.

3. Et ego ponam faciem meam contra illum: succidámque eum de medio populi sui, eò quòd dederit de semine suo Moloch, & contaminaverit Sanctuarium meum, ac polluerit nomen sanctum meum.

4. Quòd si negligens populus terræ, & quasi parvipendens imperium meum, dimiserit hominem qui dedit de semine suo Moloch, nec voluerit eum occidere:

5. ponam faciem meam super hominem illum, & super cognationem ejus, succidámque & ipsum, & omnes qui consenserunt ei ut fornicaretur cum Moloch, de medio populi sui.

6. Anima, quæ declinaverit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui.

b 1.*Pet*.1.16.

7. *b* Sanctificamini & estote sancti, quia ego sum Dominus Deus vester.

8. Custodite præcepta mea, & facite ea: Ego Dominus qui sanctifico vos.

c Exod. 21.17. *Prov*.20.20 *Matth*. 15.4. *Marc*.7.10

II. 9. *c* Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur: patri, matríque maledixit, sanguis ejus sit super eum. *d*

d reus est mortis.

e Deut. 22.22. *Joan*.8.5.

III. 10. *e* Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetraverit cum conjuge proximi sui, morte moriantur & mœchus & adultera.

11. Qui dormierit cum noverca sua, & revelaverit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo: sanguis eorum sit super eos.

12. Si quis dormierit cum nuru sua, uterque moriatur, quia scelus operati sunt: sanguis eorum sit super eos.

13. Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, uterque operatus est nefas: morte moriantur: sit sanguis eorum super eos.

14. Qui supra uxorem filiam, duxerit matrem ejus, scelus operatus est: vivus ardebit cum eis *f*, nec permanebit tantum nefas in medio vestri.

f sc. si sceleris consciæ & complices sint.

15. Qui cum jumento & pecore coie-

deß Tods sterben: das Volck im Land sol ihn steinigen.

3. Und ich will mein Angesicht wider ihn setzen / und ihn mitten auß seinem Volck abschneiden / darum / daß er von seinem Saamen dem Moloch gegeben / und mein Heiligthumb entweyhet / und meinen heiligen Namen verunreiniget hat.

4. Wan auch das Volck im Land nachlässig wäre / als wan sie wenig auf mein Gebott achteten / und den Menschen frey liessen / der von seinem Saamen dem Moloch geben hat / und wolten ihn nit tödten /

5. So wil ich mein Angesicht auf den Menschen setzen / und auf sein Geschlecht / und will ihn / und alle die jenige welche ihm verwilliget haben / mit dem Moloch Hurerey zutreiben / mitten auß ihrem Volck abschneiden.

6. Wan sich eine Seel zu den Zauberern und Warsagern wendet / und mit denselbigen Hurerey treibet / so wil ich mein Angesicht wider sie setzen / und sie mitten auß ihrem Volck hinweg raumen.

7. Heiliget euch / und seyd heilig / dan ich bin der HErr / euer GOtt /

8. Haltet meine Gebott / und thut sie / ich bin der HErr der ich euch heilige.

II. 9. Wer seinem Vatter oder seiner Mutter fluchet / der sol deß Tods sterben: er hat seinem Vatter / und seiner Mutter gefluchet / sein Blut sey auf ihm.

III. 10. Wan einer Unzucht getribẽ hat mit eines andern Weib und mit seines Nächsten Gemahl einen Ehebruch begangen / der sol deß Tods sterben / beyde der Ehebrecher und Ehebrecherin.

11. Wer bey seiner Stiefmutter schlaffet / und seines Vatters Scham aufdecket / die sollen auch beyde deß Tods sterben: ihr Blut sey auf ihnen.

12. Wan einer bey seiner Schnur schlaffet / so sollen sie beyde deß Tods sterben / dan sie haben ein Laster begangen: ihr Blut sey auf ihnen.

13. Wan jemand bey einem Knaben schlaffet wie bey einem Weib / die haben beyde ein abscheuliches Ding gethan / sie sollen deß Tods sterben: ihr Blut sey auf ihnen.

14. Wan einer die Tochter zum Weib hat / und ihre Mutter dazu nimmt der hat ein Laster begangen: er sol mit ihnen beyden lebendig verbrandt werden und sol ein solches grosses Laster mitten unter euch nit bleiben.

15. Wer sich mit einem Thier und Vieh vermischet /

schet/ der sol deß Todts sterben: ihr sollet das Thier auch tödten:

16. Ein Weib/ das mit einigem Thier zu schaffen hat/ soll mit demselbigen deß Todts sterben: ihr Blut sey auf ihnen.

17. Wer seine Schwester nimmt/ nemlich seines Vatters Tochter oder seiner Mutter Tochter/ und beschauet ihre Scham/ und sie beschauet auch ihres Bruders Scham: die haben ein schändliches Ding gethan: man sol sie tödten in Gegenwart ihres Volcks/ darum/ daß sie ihre Scham gegen einander entblöset haben/ und sie sollen ihre Missethat tragen.

18. Wer bey einem Weib schlaffet/ wan sie ihren monatlichen Fluß hat/ und ihre Scham aufdecket/ sie auch den Brunnen ihres Bluts eröffnet/ die sollen beyde mitten auß ihrem Volck hinweg geschaffet/ und getödtet werden.

19. Deiner Mutter Schwester Scham/ und deines Vatters Schwester Scham solst du nit aufdecken: wer das thut/ der hat die Scham seines Fleisch entblöset/ u. sollẽ beyde ihre Missethat tragẽ.

20. Wer bey seines Vatters Bruders Weib/ oder bey seiner Mutter Bruders Weib schlaffet/ und die Scham seiner Verwandtschafft aufdecket/ die sollen beyde ihre Sünd tragen: ohn Kinder sollen sie sterben.

21. Wer seines Bruders Weib nimmt/ der thut ein unzimlich Ding/ er hat seines Bruders Scham aufgedecket: sie sollen ohn Kinder seyn.

22. Haltet meine Satzungen und Recht/ u. thut sie/ damit das Land euch auch nit außspeye/ da ihr hinein ziehen werdet/ und darinnen wohnen.

23. Wandlet nit in den Satzungen der Heyden/ die ich vor euch außstossen werde. Dan sie haben diß alles gethan/ darum hab ich ein Abscheuen von ihnen gehabt.

24. Euch aber sage ich: Nehmet ihr Land zum Besitz ein/ daß ich euch zum Erbtheil geben wil/ ein Land/ darin Milch und Honig fliesset. Ich bin der HErr euer GOtt/ der ich euch von andern Völckern abgesöndert habe.

25. Derwegen söndert auch ab das reine Vieh von dem unreinen/ und die reine Vögel von den unreinen: damit ihr euere Seelen nit verunreiniget am Vieh/ und an den Vöglen/ und an allem/ das sich auf Erden beweget/ davon ich euch angezeiget habe/ daß es unrein sey.

26. Ihr sollet mir heilig seyn/ dan ich der HErr bin heilig/ und hab euch von den andern Völckern abgesöndert/ daß ihr mein seyn sollet.

27. Ein Mann oder ein Weib/ in welchen ein

rit, morte moriatur: pecus quoque occidite.

16. g Mulier quæ succubuerit cuilibet jumento, simul interficietur cum eo: sanguis eorum sit super eos.

17. Qui acceperit sororem h suam, filiam patris sui, vel filiam matris suæ & viderit turpitudinem ejus, illáque conspexerit fratris ignominiam: nefariam rem operati sunt: occidentur in conspectu populi sui, eò quòd turpitudinem suam mutuò revelaverint, & portabunt iniquitatem i suam.

18. Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & revelaverit turpitudinem ejus, ipsáque aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui.

19. Turpitudinem materteræ, & amitæ tuæ non discooperies: qui hoc fecerit, ignominiam carnis suæ nudavit, portabunt ambo iniquitatem suam.

20. Qui coierit cum uxore patrui, vel avunculi sui, & revelaverit ignominiam cognationis suæ, portabunt ambo peccatum suum: absque liberis morientur.

21. Qui duxerit uxorem fratris sui k, rem facit illicitam l, turpitudinem fratris sui revelavit: absque liberis erunt.

22. Custodite leges meas, atque judicia & facite ea: ne & vos evomat terra quam intraturi estis & habitaturi.

23. Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim hæc fecerunt, & abominatus sum eas.

24. Vobis autem loquor: Possidete terram eorum, quam dabo vobis in hæreditatem, terram fluentem lacte & melle. Ego Dominus Deus vester, qui separavi vos à cæteris populis.

25. Separate ergo & vos jumentum mundum ab immundo, & avem mundam ab immunda: ne polluatis animas vestras in pecore, & avibus, & cunctis quæ moventur in terra, & quæ vobis ostendi esse polluta.

26. m Eritis mihi sancti, quia sanctus sum Ego Dominus, & separavi vos à cæteris populis, ut essetis mei.

27. n Vir sive mulier, in quibus pythonicus,

g sup. 18. 23.
h sup. 18. 6.
i pœnam iniquitatis
k sc. filios relinquentis.
l Heb. fœdam.
m 1. Pet. 1. 16.
n Deut. 18. 11. 1. Reg. 28. 7.

nicus, vel divinationis fuerit ſpiritus, morte moriantur. Lapidibus obruent eos: ſanguis eorum ſit ſuper illos.

CAPUT XXI.

I. Leges pro ſacerdotibus: quibus funeribus intereſſe poſſint, 1.

II. quales ducere uxores: 13.

III. quive inepti ſint ad ſacerdotium: & de filia ſacerdotis fornicante. 17.

Eodem An. 2. ab exitu menſe 2. Ann. M. 2514. Ant. Chr. 1490.

1. DIxit quoque Dominus ad Moyſen: Loquere ad ſacerdotes filios Aaron, & dices ad eos: Ne contaminetur ſacerdos in mortibus *a* civium ſuorum,

a tangendo cadaver &c.

2. niſi tantùm in conſanguineis, ac propinquis, id eſt, ſuper patre, & matre, & filio, & filia, fratre quoque,

3. & ſorore virgine quæ non eſt nupta viro:

4. ſed nec in principe populi ſui contaminabitur.

b ſup. 19. 27. *Ezech.* 44. 20.

5. *b* Non radent caput, nec barbam, neque in carnibus ſuis facient inciſuras.

6. Sancti erunt Deo ſuo, & non polluent nomen ejus: incenſum enim Domini, & panes Dei ſui offerunt, & ideò ſancti erunt.

c ſup. 19. 29.

7. *c* Scortum & vile proſtibulum non ducent uxorem, nec eam quæ repudiata eſt à marito: quia conſecrati ſunt Deo ſuo,

8. & panes propoſitionis offerunt *d*. Sint ergo ſancti, quia & ego ſanctus ſum, Dominus, qui ſanctifico eos.

d ſc. minores ſacerdotes ſingulis ſabbatis.

9. Sacerdotis filia ſi deprehenſa fuerit in ſtupro, & violaverit nomen patris ſui, flammis exuretur.

10. Pontifex, id eſt, ſacerdos maximus inter fratres ſuos, ſuper cujus caput fuſum eſt unctionis oleum, & cujus manus in ſacerdotio conſecratæ ſunt, veſtitúſque eſt ſanctis veſtibus, caput ſuum non diſcooperiet, veſtimenta non ſcindet: *e*

e q. d. non faciat, quæ ſolent qui mortuos lugent.

11. & ad omnem mortuum non ingredietur omninò: ſuper patre quoque ſuo & matre non contaminabitur.

12. Nec egredietur de ſanctis *f*, ne polluat Sanctuarium Domini, quia oleum ſanctæ unctionis Dei ſui ſuper eum eſt. Ego Dominus.

f ſc. ea de cauſa.

g Ezech. 44. 22.

II. 13. *g* Virginem ducet uxorem:

Zauber-Geiſt / oder ein Warſager-Geiſt iſt / die ſollen deß Tods ſterben / man ſoll ſie ſteinigen: ihr Blut ſey auf ihnen.

Das XXI. Capitel.

I. Die Prieſter ſollen über keinen Todten Leyd tragen. 1.

II. Der Hoheprieſter ſol kein andere / als ein ehrliche Jungfrau heyrathen / 13.

III. Die Prieſter ſollen ohn allen Leibs-Fehler und Mangel ſeyn / 17.

1. UNd der HErr ſprach zu Moyſe: Rede mit den Prieſtern / den Söhnen Aarons / und ſprich zu ihnen: Ein Prieſter ſol ſich über das Abſterben ſeiner Burger nit verunreinigen /

2. Ohn allein über die Bluts Freund und nächſte Verwandte / das iſt / über Vatter und Mutter / und Sohn / und Tochter / auch über ſeinen Bruder /

3. Und über ſeine Schweſter / die noch ein Jungfrau / und keinem Mann vermählet war:

4. Er ſol ſich auch über dem Fürſten ſeines Volcks nit verunreinigen.

5. Sie ſollen das Haubt und den Bart nit ſcheeren ſollen auch an ihrem Fleiſch keine Mahlzeichen ſchneiden.

6. Sie ſollen heilig ſeyn ihrem GOtt / und ſeinen Namen nit verunreinigen: dan ſie opffern das Zündopffer deß HErrn / und die Brod ihres GOttes / darum ſollen ſie heilig ſeyn.

7. Eine Hur / oder verächtliche gemeine Dirn ſollen ſie nit zum Weib nemmen / noch eine / die von ihrem Mann verſtoſſen iſt: dan ſie ſeynd ihrem GOtt geheiliget /

8. Und ſie opffern die Schau-Brod. Derwegen ſollen ſie heilig ſeyn / dan ich bin auch heilig / Jch der HErr / der Jch ſie heilige.

9. Wan eines Prieſters Tochter in Unzucht ergriffen wird / und entheiliget ihres Vatters Namen / die ſol mit Feur verbrandt werden.

10. Der Hoheprieſter / das iſt / der oberſte Prieſter unter ſeinen Brüdern / auf deſſen Haubt das Oel der Salbung außgoſſen iſt / und deſſen Händ zum Prieſterthum geweyhet ſeynd / und der mit den heiligen Kleydern beklẽydet iſt / der ſol ſein Haubt nit entdecken / noch ſeine Kleyder zerreiſſen.

11. Er ſol durchauß zu keinem Todten eingehen / ſol ſich auch über ſeinen Vatter / und über ſein Mutter nit verunreinigen.

12. Von der H. Stadt ſol er nit gehen / damit er das Heiligthum deß HErrn nit verunreinige / dan das Oel der Heil. Salbung ſeines GOttes iſt über ihm. Jch bin der HErr:

II. 13. Er ſol eine Jungfrau zum Weib nehmen:

14. Aber eine Wittwe/ u. eine/ die von ihrem Mann verstossen ist/ eine befleckte/ u. gemeine Dirn/ sol er nit nehmen/ sonder ein junge Tochter von seinem Volck:

15. Damit er den Stammen seines Geschlechts mit gemeinen Leuthen seines Volcks nit vermische: dan Ich bin der HErr/ der Ich ihn heilige.

16. Und der HErr redet mit Moyse/ und sprach:

III. 17. Sage dem Aaron: Ein Mensch von deinem Saamen in den Geschlechten/ der einen Mangel hat/ der sol die Brod seinem GOtt nit opffern/

18. Noch zu seinem Dienst hinein gehen: wan er blind/ oder lahm ist/ oder eine sehr kleine/ oder sehr grosse/ oder sonst eine verdrehete Nasen hat/

19. Wan er zerbrochene Füß oder Händ hat:

20. Wan er hockericht *a* ist/ wan er trieffende Augen/ oder einen weissen Flecken auf dem Aug hat/ wan er stäts grindig/ und schäbig am Leib/ oder einen Bruch hat im Leib:

21. Welcher nun von Aarons deß Priesters Saamen mit einem Mangel behafft ist/ der sol nit hinzu tretten/ dem HErrn Opffer zu thun/ und die Brod seinem GOtt vorzulegen:

22. Jedoch sol er vom Brod essen/ das im Heiligthum geopffert wird/

23. Dergestalt allein/ daß er hinter den Vorhang nit hinein gehe/ noch an den Altar trette/ dan er hat einen Mangel/ derwegen sol er mein Heiligthum nit entheiligen. Ich bin der HERR/ der Ich sie heilige.

24. Also sagte Moyses dem Aaron/ und seinen Söhnen/ auch dem gantzen Israel/ alles was ihm befohlen war.

Das XXII. Capitel.

I. Die Unreine und Frembdling sollen von dem Opffer nit essen/ 1.

II. Was für Mängel an dem Opffer sollen vermitten werden/ 18.

1. UNd der HERR redet mit Moyse/ und sprach:

2. Sage dem Aaron/ und seinen Söhnen/ daß sie sich von den geheiligten Dingen der Kinder Israel enthalten/ und nit verunreinigen den Namen der Dingen/ so mir geheiliget seynd/ die sie opffern. Ich bin der HErr.

3. Sprich zu ihnen/ und zu ihren Nachkommen: Ein jeglicher Mensch von eurem Stamen/ der hinzu tritt zu den geheiligten Dingen/ welche die Kinder Israel dem HErrn geopffert haben/ und ist in einiger Unsauberkeit/ der sol umkommen vor dem HErrn. Ich bin der HErr.

4. Ein Mensch von Aarons Saamen/ der auss-

a buggelt.

14. Viduam autem & repudiatam, & sordidam, atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo:

15. ne commisceat stirpem generis sui vulgo gentis suæ: quia ego Dominus qui sanctifico eum.

16. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens:

III. 17. Loquere ad Aaron: homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam *b*, non offeret panes Deo suo,

b vitium corporis conspicuū.

18. nec accedet ad ministerium ejus: si cæcus fuerit, si claudus, si parvo, vel grandi, vel torto naso,

19. si fracto pede, si manu,

20. si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si jugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus. *i*

i habens testiculos contusos vel unum.

21. Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron Sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo:

22. vescetur tamen panibus qui offeruntur in Sanctuario,

23. ita dumtaxat, ut intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare, quia maculam habet, & contaminare non debet Sanctuarium meum. Ego Dominus qui sanctifico eos.

24. Locutus est ergo Moyses ad Aaron, & ad filios eos, & ad omnem Israel, cuncta quæ fuerant sibi imperata.

CAPUT XXII.

I. Ab esu sanctificatorum qui abstinere debeant, 1.

II. & quæ debeant offerri. 18.

1. LOcutus *a* quoque est Dominus ad Moysen, dicens:

2. Loquere ad Aaron & filios ejus, ut caveant *b* ab his quæ consecrata sunt filiorum Israel, & non contaminent nomen sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerunt. Ego Dominus.

a Eodem mense & anno.

b sc. quando sunt immundi.

3. Dic ad eos, & ad posteros eorum: Omnis homo, qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filii Israel Domino, in quo est immunditia *c* peribit coram Domino, Ego sum Dominus.

c Allegoricè omnis illa mundities offerentium & comedentium victimas significat

4. Homo de semine Aaron, qui fue-

rit

insignem puritatem requiri à volentibus participare de sacrificio corporis & sanguinis Christi. *S. Basil.*

rit leprosus, aut patiens fluxum seminis, non vescetur de his quæ sanctificata sunt mihi, donec sanetur. Qui tetigerit immundum super mortuo, & ex quo egreditur semen quasi coitus,

5. & qui tangit reptile, & quodlibet immundum, cujus tactus est sordidus,

6. immundus erit usque ad vesperum, & non vescetur his quæ sanctificata sunt: sed cùm laverit carnem suam aquâ,

7. & occubuerit sol, tunc mundatus vescetur de sanctificatis, quia cibus illius est.

8. *d* Morticinum & captum à bestia non comedent, nec polluentur in eis. Ego sum Dominus.

9. Custodiant præcepta mea, ut non subjaceant peccato, & moriantur in Sanctuario *e*, cùm polluerint illud. Ego Dominus qui sanctifico vos.

10. Omnis alienigena *f* non comedet de sanctificatis, inquilinus sacerdotis & mercenarius non vescentur ex eis.

11. Quem autem sacerdos emerit & qui vernaculus domus ejus fuerit, hi comedent ex eis.

12. Si filia sacerdotis cuilibet *g* ex populo nupta fuerit: de his quæ sanctificata sunt, & de primitiis non vescetur.

13. Sin autem vidua, vel repudiata, & absque liberis reversa fuerit ad domum patris sui: sicut puella consueverat, aletur cibis patris sui. Omnis alienigena comedendi ex eis non habet potestatem.

14. Qui comederit de sanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem cum eo quod comedit, & dabit sacerdoti in Sanctuarium.

15. Nec contaminabunt sanctificata filiorum Israel, quæ offerunt Domino:

16. ne forte sustineant iniquitatem delicti sui, cùm sanctificata comederint. Ego Dominus qui sanctifico eos.

17. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens:

II. 18. Loquere ad Aaron & filios ejus & ad omnes filios Israel, dicésque ad eos: Homo de domo Israel, & de advenis qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationē suam, vel vota solvens, vel sponte offe-

d Sup. 17. 15. Exod. 22. 31. Deut. 14. 21. Ezech. 44. 31.

e sc. ob profanatum sanctuariū.

f Num. 3. & 16.

g sc. qui non est ex sacerdotali genere.

sätzig ist/ oder mit dem Fluß deß Saamens behafft/ der sol von dem was mir geheiliget ist/ nit essen/ biß daß er ist gesund worden. Wer etwas anrühret/ das über einen Todten unrein worden ist/ und dem der menschliche Saamen entgehet/

5. Wer auch ein kriechendes Thier anrühret/ und sonst etwas/ das unrein ist/ und verunreiniget/ wan mans angreifft/

6. Der sol unrein seyn biß auf den Abend/ und sol nit essen/ was geheiliget ist: sondern wan er sein Fleisch mit Wasser gewaschen hat/

7. Auch die Sonn untergangen/ und er nun gereiniget ist/ alsdan sol er von dem geheiligten essen/ dan es ist seine Speiß.

8. Vom todten Aaß und was von Thieren zerrissen ist/ sollen sie nit essen/ noch damit sich verunreinigen. Ich bin der HErr.

9. Sie sollen meine Gebott halten/ damit sie keine Sünd über sich laden/ und sterben im Heiligthum/ wan sie das verunreinigen. Ich bin der HErr/ der ich euch heilige.

10. Kein Frembdling sol von dem geheiligten essen/ deß Priester Haußgenossen/ und Taglöhner/ sollen davon nit essen.

11. Den aber der Priester erkaufft hat/ und sein Knecht/ der in seinem Hauß gebohren ist/ die sollen davon essen.

12. Wan eines Priesters Tochter einem auß dem gemeinen Volck vermählet wird/ alsdan sol sie von dem geheiligten/ und von den Erstlingen nit essen.

13. Wird sie aber eine Wittwe/ oder wird von ihrem Mann verstossen/ und hat keine Kinder/ und kommt alsowiderum in ihres Vatters Hauß/ alsdan sol sie auch mit ihres Vatters Speiß unterhalten werden/ wie zuvor/ da sie noch eine junge Tochter war. Kein Einkömling hat Gewalt davon zu essen.

14. Wer aber unwissend von geheiligten Dingen isset/ der sol das fünffte Theil dazu thun/ mit dem das er gessen hat/ und sol es dem Priester ins Heiligthum geben.

15. Sie sollen auch das geheiligte der Kinder Israel/ so sie dem HErrn opffern/ nit verunreinigen:

16. Damit sie nit etwan die Ungerechtigkeit ihrer Ubertrettung tragen/ wan sie vom geheiligten essen. Ich bin der HErr/ der ich sie heilige.

17. Und der HERR redet mit Moyse/ und sprach:

II. 18. Rede mit Aaron und seinen Söhnen/ und mit allen Kindern Israel/ und sprich zu ihnen: Welcher Mann vom Hauß Israel/ und von den Einkömmlingen/ so bey euch wohnen/ sein Opffer thun wil/ er thue es entweder seine Gelübd zu bezahlen/ oder

oder auß freyem Willen zu opffern / was derselbig zum Brandopffer deß HErrn bringet/

19. Daß es durch euch geopfferet werde/ das sol ein Männlein seyn/ ohn Mangel/ von Ochsen / und Schaafen/ und von Geissen.

20. Hats einen Mangel/ so sollet ihrs nit opffern/ es wird auch nit angenehm seyn.

21. Welcher Mensch ein Fridopffer dem HErrn thun wil/ er thue es entweder seine Gelübd zu bezahlen oder auß freyem Willen zu opffern / der sol so wohl an Rindern/ als an Schaafen etwas opffern / das keinen Mangel hat / damit es angenehm sey: es sol gar kein Mangel daran seyn.

22. Ists blind/ oder zerbrochen / hats Mahlzeichen der Wunden/oder Blatern/ oder Grind/ oder ist schäbig/so sollet ihrs dem HErrn nit opffern/ sollet auch nichts davon auf dem Altar deß HErrn anzünden.

23. Einen Ochsen/und Schaaf/dem ein Ohr/ und der Schweiff abgeschnitte ist/ magstu wol freywillig opffern aber ein Gelübd kan man damit nit bezahlen.

24. Ein Thier/ dem seine männliche Nieren zerstossen/ oder zerriben/ oder außgeschnitten/und hinweg genommen seynd/ sollet ihr dem HErrn nit opffern/ das sollet ihr in eurem Land keines Wegs thun.

25. Auß deß Frembdlings Hand sollet ihr eurem GOtt kein Brod opffern/ noch etwas anders / das er geben wil: dan das alles ist verderbt und besudelt/ ihr sollets nit annemmen.

26. Und der HERR redet mit Moyse / und sprach:

27. Wan ein Rind/ ein Lamm/und eine Geiß gebohren wird / so sol es siben Tag lang unter den Brüsten seiner Mutter seyn/ aber am achten Tag/ und hernach/ mag mans dem HErrn opffern.

28. Aber eine Kuh/ oder ein Schaaf / sol man mit ihren Jungen auf einen Tag zum Opffer nit schlachten.

29. Wan ihr ein Opffer dem HErrn zur Dancksagung opffert/ damit dasselbige zur Versöhnung gedeyen möge/

30. So sollet ihrs an demselbigen Tag essen/ und sol nichts davon biß an den Morgen deß folgenden Tags überbleiben. Ich bin der HErr.

31. Haltet meine Gebott/ und thut sie. Ich bin der HErr.

32. Verunreiniget nit meinen heiligen Namen / auf daß ich mitten unter den Kindern Israel geheiliget werde. Ich bin der HErr/ der ich euch heilige.

33. Und hab euch auß Egyptenland geführet/ damit ich euer GOtt wäre. Ich der HERR.

rens, quidquid illud obtulerit in holocaustum Domini,

19. ut offeratur per vos, masculus immaculatus erit ex bobus, & ovibus, & ex capris:

20. si maculam habuerit, non offeretis, neque erit acceptabile.

21. *h* Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota solvens, vel sponte offerens, tam de bobus quàm de ovibus, immaculatum offeret, ut acceptabile sit: omnis macula non erit in eo.

h Deut. 15. 21. *Eccli.* 35. 14.

22. Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas *i*, aut scabiem, aut impetiginem: non offeretis ea Domino, nec adolebitis ex eis super altare Domini.

i verrucas seu pustulas.

23. Bovem & ovem, aure & cauda amputatis, voluntariè offerre potes, votum autem ex eis solvi non potest.

24. Omne animal, quod vel contritis, vel tusis, vel sectis ablatisque testiculis est, non offeretis Domino, & in terra vestra hoc omninò ne faciatis.

25. De manu alienigenæ *k* non offeretis panes Deo vestro, & quidquid aliud dare voluerit *l*: quia corrupta, & maculata sunt omnia: non suscipietis ea.

k gentilis seu infidelis.
l ut illud in propria specie offeratis.

26. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,

27. Bos, ovis, & capra, cùm genita fuerint, septem diebus erunt sub ubere matris suæ: die autem octavo, & deinceps offerri poterunt Domino.

28. Sive illa bos, sive ovis, non immolabuntur una die cum fœtibus suis.

29. Si immolaveritis hostiam pro gratiarum actione Domino, ut possit esse placabilis,

30. eodem die comedetis eam, non remanebit quidquam in manè alterius diei. Ego Dominus.

31. Custodite mandata mea, & facite ea. Ego Dominus.

32. Ne polluatis nomen meum sanctum, ut sanctificer in medio filiorum Israel. Ego Dominus qui sanctifico vos,

33. & eduxi de Terra Ægypti, ut essem vobis in Deum. Ego Dominus.

CAPUT XXIII.

De festis servandis.
I. Sabbati, 3.
II. Pascha. 5.
III. Hebdomadarum seu Pentecostes, 15.
IV. Tubarum, 24.
V. Expiationis, 27.
VI. Tabernaculorum, 34.
VII. Collectæ, 36.

1. LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens:
2. Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis sanctas. *a*
I. 3. Sex diebus facietis opus: dies septimus, quia sabbati requies est, vocabitur sanctus: omne opus *b* non facietis in eo. Sabbatum Domini est in cunctis habitationibus vestris.
4. Hæ sunt ergo feriæ Domini sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis.
II. 5. *c* Mense primo, quartadecima die mensis ad vesperum, Phase Domini est:
6. & quintadecima die mensis hujus, solemnitas azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis.
7. Dies primus erit vobis celeberrimus, sanctúsque: omne opus servile non facietis in eo *d*:
8. sed offeretis sacrificium in igne *e* Domino septem diebus: dies autem septimus erit celebrior & sanctior *f*: nullúmque servile opus facietis in eo.
9. † Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens:
10. Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Cùm ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & messueritis segetem *g* feretis manipulos spicarum, primitias messis vestræ ad sacerdotem:
11. qui elevabit fasciculum coram Domino, ut acceptabile sit pro vobis, altero die Sabbati *h*, & sanctificabit illum.
12. Atque in eodem die quo manipulus consecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocaustum Domini.
13. Et libamenta offerentur cum eo, duæ decimæ similæ conspersæ oleo in incensum Domini, odorémque suavissi-

a Eodem mense 2. & anno 2514. ab exitu 2. *a* sanctè celebrando.

b nec cibi præparationem in sabbato concedit.

c Exod. 12. 18. Num. 28. 16.

d sed cibi præparationem concedit in festis.

e holocaustum.

† SABB. 4. TEMP. PENTEC. EPIST. 2.

f sc. intermediis, non autem primo.

g hordeaceam: de triticea, v. Exod. 34.

h i. postridie paschæ sc. 16. luna, nam pascha 15.

Das XXIII. Capitel.

Was für Fest zu halten.
I. Der Sabbath / 3.
II. Die Ostern. 5.
III. Die Pfingsten / 15.
IV. Das Fest der Posaunen / 24.
V. Das Fest der Versöhnung / 27.
VI. Das Lauberfest / 34.
VII. Das Fest der Versammlung / 36.

1. UNd der HERR redet mit Moyse und sprach:
2. Rede mit den Kindern Israel / und sprich zu ihnen: Diß seynd die Feyrtag deß HErrn / die ihr heilig nennen sollet.
I. 3. Sechs Tag sollet ihr arbeiten: der sibende Tag / weil es die Ruhe deß Sabbaths ist / sol heilig genennt werden. Ihr sollet an demselbigen gar kein Werck thun. Es ist deß HErrn Sabbath in allen euren Wohnungen.
4. Diß seynd aber die heilige Festtäg deß HErrn / die ihr zu seiner Zeit halten sollet.
II. 5. Im ersten Monat / am vierzehenden Tag deß Monats auf den Abend / ist deß HERRN Phase:
6. Und am fünffzehenden Tag dises Monats ist deß HErrn Fest der ungesäurten Brod. Ihr sollet siben Tag ungesäurtes Brod essen.
7. Der erste Tag sol euch der herrlichste und heilig seyn: ihr sollet an demselbigen kein Dienstwerck thun:
8. Sondern ihr sollet dem HErrn siben Tag lang mit Feur-Opffer thun. Aber der sibende Tag sol herrlicher und heiliger seyn: ihr sollet auch an demselben kein Dienstwerck thun.
9. Und der HERR redet mit Moyse und sprach:
10. Rede mit den Kindern Israel / und sprich zu ihnen: Wan ihr nun in das Land kommen werdet / das ich euch geben will / und werdet die Frücht abmähen / so sollet ihr Garben mit Aehren / die Erstlingen eurer Ernde / zum Priester bringen:
11. Der sol deß andern Tags nach dem Sabbath eine Garb vor dem HErrn aufheben / daß sie für euch angenehm sey / und sol sie heiligen.
12. Und an demselbigen Tag / wan die Garb geheiliget wird / sol ein jähriges Lamm / das ohn Mangel ist / zum Brand-Opffer deß HErrn geschlachtet werden.
13. Auch sol man Speiß-Opffer mit ihm opffern / zwey zehende Theil Semmelmehls mit Oel besprenget zum Zünd-Opffer deß HErrn / u. zu einem gar süssen

süssen Geruch: und dazu das vierdte Theil der Maß Hin an Wein / zum Tranck-Opffer.

14. Ihr sollet auch kein Brod / noch geröst Gerstenmehl / noch Brey von der Frucht essen / biß auf den Tag / an welchem ihr eurem GOtt davon opffern werdet. Das ist ein ewiges Gebott in euren Geschlechten / und in allen euren Wohnungen.

III. 15. Derwegen sollet ihr vom andern Tag deß Sabbaths / an welchem ihr die Garben der Erstling geopffert habt / siben gantze Wochen zehlen

16. Biß auf den andern Tag / nach Erfüllung der siben Wochen / das ist / fünfftzig Tag: und also sollet ihr das neue Opffer dem HErrn opffern.

17. Auß allen euren Wohnungen / zwey Brod der Erstlingen / von zwey zehenden Theilen deß gesäurten Semmelmehls / die ihr zu Erstlingen deß HErrn bachen sollet.

18. Auch sollet ihr mit dem Brod siben jährige Lämmer opffern / die ohn Mangel seynd / und ein Kalb auß der Heerd / und zween Widder / und die sollen zum Brand-Opffer seyn / mit ihren Speiß-Opfferen / zum überauß süssen Geruch dem HERRN.

19. Ihr sollet auch einen Bock opffern für die Sünd / u. zwey jährige Lämmer zum Frid-Opffer.

20. Und wan sie der Priester mit den Erstlingen deß Brods vor dem HErrn aufgehoben hat / sollen sie ihm zu brauchen heimfallen.

21. Disen Tag sollet ihr den allerherrlichsten und heiligsten nennen: ihr sollet an demselbigen kein Dienstwerck thun. Diß sol ein ewiges Recht seyn in allen euren Wohnungen und Geschlechten.

22. Wan ihr aber die Frücht eures Lands abmäen werdet / so sollet ihr sie nit abschneiden biß auf den Boden: auch die Aehren / welche übrig bleiben / nit auffsammlen / sondern für die Arme und Frembdling ligen lassen. Ich bin der HErr euer GOtt.

23. Und der HERR redet mit Moyse / und sprach:

IV. 24. Sage den Kindern Israel: Im sibenden Monat / am ersten Tag deß Monats sol euch ein Sabbath seyn / zur Gedächtnuß *a* mit klingenden Posaunen: und sol heilig genant werden:

25. Ihr sollet an demselben kein Dienstwerck thun / und opffern dem HErrn Brand-Opffer.

26. Und der HERR redet mit Moyse / und sprach:

a Denck-Sabbath

mum: liba quoque vini, quarta pars hin.

14. Panem, & polentam, & pultes non comedetis ex segete, usque ad diem quâ offeretis ex ea Deo vestro. Præceptum est sempiternum in generationibus, cunctisque habitaculis vestris.

III. 15. *i* Numerabitis ergo ab altero die Sabbati, in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas,

i Deut. 16. 9.

16. usque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ, id est, quinquaginta dies: & sic offeretis sacrificium novum Domino

17. ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos de duabus decimis similæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Domini.

18. Offeretisque cum panibus septem agnos immaculatos anniculos, & vitulum de armento unum, & arietes duos, & erunt in holocaustum cum libamentis suis, in odorem suavissimum Domino.

19. Facietis & hircum pro peccato, duósque agnos anniculos hostias pacificorum.

20. Cúmque elevaverit eos sacerdos cum panibus primitiarum coram Domino, cedent in usum ejus.

21. Et vocabitis hunc diem celeberrimum *k*, atque sanctissimum: omne opus servile non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis, & generationibus vestris.

k in memoriam datæ legis.

22. *l* Postquam autem messueritis segetem terræ vestræ, non secabitis eam usque ad solum: nec remanentes spicas colligetis, sed pauperibus & peregrinis dimittetis eas. Ego sum Dominus Deus vester.

l Sup. 19. 9.

23. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens:

IV. 24. *m* Loquere filiis Israel: Mense septimo, prima die mensis, erit vobis sabbatum, memoriale, clangentibus tubis *n*, & vocabitur sanctum:

m Num. 29. 1.

n sc. ad præparationem scenopegiæ.

25. omne opus servile non facietis in eo, & offeretis holocaustum Domino.

† Sabb. 4. Temp. Sept.

26. † Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens:

V. 27.

o Sup. 16. 29.
p in memoriam veniæ datæ populo ad preces Moſis pro adoratione vituli
q Num. 29. 7.
r jejunando.

V. 27. *o* Decimo die menſis hujus ſeptimi, dies expiationum erit celeberrimus *p*, & vocabitur ſanctus *q*: affligetiſque *r* animas veſtras in eo, & offeretis holocauſtum Domino.

28. Omne opus ſervile non facietis in tempore diei hujus: quia dies propitiationis eſt, ut propitietur vobis Dominus Deus veſter.

29. Omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis ſuis:

30. & quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo ſuo.

31. Nihil ergo operis facietis in eo: legitimũ ſempiternũ erit vobis in cunctis generationibus, & habitationibus veſtris.

32. Sabbatum requietionis eſt, & affligetis animas veſtras die nono menſis: A veſpera uſque ad veſperam celebrabitis ſabbata veſtra.

33. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

VI. 34. Loquere filiis Iſrael: A quintodecimo die menſis hujus ſeptimi, erunt feriæ tabernaculorum ſeptem diebus Domino.

s Joan. 7. 37

35. Dies primus vocabitur *s* celeberrimus atque ſanctiſſimus: omne opus ſervile non facietis in eo.

VII. 36. Et ſeptem diebus offeretis holocauſta Domino: dies quoque octavus erit celeberrimus atque ſanctiſſimus, & offeretis holocauſtum Domino: eſt enim cœtus atque collectæ *t*: omne opus ſervile non facietis in eo.

t ſc. plebis ad celebritatem.

37. Hæ ſunt feriæ Domini, quas vocabitis celeberrimas atque ſanctiſſimas, offeretiſque in eis oblationes Domino, holocauſta & libamenta juxta ritum uniuſcujuſque diei:

u i. præter ea, quæ in ſabbatis offeruntur.

38. exceptis ſabbatis *u* Domini, doniſque veſtris, & quæ offeretis ex voto, vel quæ ſponte tribuetis Domino.

† Sabb. 4. Temp. Sept.

39. † A quintodecimo ergo die menſis ſeptimi, quando congregaveritis omnes fructus terræ veſtræ, celebrabitis ferias Domini ſeptem diebus, die primo & die octavo erit ſabbatum, id eſt requies.

x Chald. citri.

40. Sumetiſque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ *x*, ſpatulaſque

V. 27. Am zehenden Tag deſſelbigen ſibenden Monats iſt der allerherrlichſte Tag der Außſöhnung / und ſol heilig genannt werden: An dem Tag ſollet ihr euch ſelbſt caſteyen / und dem HErrn Brand-Opffer opffern.

28. Ihr ſollet an diſem Tag kein Dienſtwerck thun: dan es iſt der Tag der Außſöhnung / daß euch der HErr euer GOtt gnädig werde.

29. Wer ſich an dem Tag nit ſelbſt caſteyet / der ſol von ſeinen Völckern untergehen:

30. Und der einiges Werck thut / den will ich aus ſeinem Volck vertilgen.

31. Darum ſollet ihr kein Werck daran thun: das ſol euch ein ewiges Recht ſeyn / in allen euren Geſchlechten und Wohnungen.

32. Es iſt ein Sabbath der Ruhe / und ihr ſollet am neundten Tag deß Monats euch ſelbſt caſteyen: Eure Sabbath-Täg ſollet ihr von einem Abend zum andern halten.

33. Und der HERR redet mit Moyſe und ſprach:

VI. 34. Sage den Kindern Iſrael: Vom fünffzehenden Tag diſes ſibenden Monats an / ſol das Feſt deß Tabernackels ſiben Tag lang dem HErrn gehalten werden.

35. Den erſten Tag ſol man den allerherrlichſten und heiligſten nennen: ihr ſollet an demſelbigen kein Dienſtwerck thun.

VII. 36. Und ſiben Tag lang ſollet ihr dem HErrn Brand-Opffer opffern. Der achte Tag ſol euch auch gantz herrlich und heilig ſeyn / u. ihr ſollet dem HErrn ein Brand-Opffer opffern: dan es iſt ein Tag der Beykunfft und Verſammlung: ihr ſollet daran kein Dienſtwerck thun.

37. Diß ſeynd die Feyrtag deß HErrn / die ihr gantz herrlich und heilig nennen ſollet / und ſollet an denſelben dem HErrn Opffer opffern / Brandopffer und Speiß-Opffer / nach eines jeglichen Tags Gewonheit:

38. Außgenommen die Sabbathtäg deß HErrn / und eure Gaaben / und was ihr entweder / Krafft gethaner Gelübd opffern / oder freywillig dem HErrn geben werdet.

39. So ſollet ihr nun vom fünffzehenden Tag deß ſibenden Monats an / wan ihr alle Früchten eures Lands eingeſammlet habt / das Feſt deß HErrn ſiben Tag lang halten. Den erſten und den achten Tag / ſol es Sabbath / das iſt / Ruh ſeyn.

40. Und ihr ſollet euch am erſten Tag Früchten nehmen von dem allerſchönſten Baum / und Zweig

von Palmbäumen / und Aest von Bäumen / welche dick von Laub seynd, auch Weiden / die am Bach gewachsen seynd / und sollet euch vor dem HErrn eurem GOtt erfreuen.

41. Sollet also sein Fest siben Tag lang im Jahr halten: das sol eine ewige Satzung seyn in euren Geschlechten. Im sibenden Monath sollet ihr die Festtäg halten /

42. Und ihr sollet siben Tag in Lauberhütten wohnen. Wer vom Geschlecht Israel ist / der sol in Lauberhütten bleiben:

43. Damit eure Nachkommen lehrnen / daß ich die Kinder Israel hab in Hütten wohnen lassen / da ich sie auß Egyptenland geführet habe. Ich bin der HErr euer GOtt.

44. Also redete Moyses mit den Kindern Israel von den Festen deß HErrn.

y palmarum, & ramos ligni densarum z frondium, & salices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo vestro.

41. Celebrabitísque solemnitatem ejus septem diebus per annum: legitimũ sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo festa *a* celebrabitis,

42. & habitabitis in umbraculis septem diebus. Omnis, qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis:

43. ut discant posteri vestri, quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cùm educerem eos de Terra Ægypti. Ego Dominus Deus vester.

44. Locutúsque est Moyses super solemnitatibus Domini ad filios Israel.

y frondes seu ramos. *z* myrti secundùm quosdam. *a* i. dicta.

Das XXIV. Capitel.

I. Vom Oel zu den Amplen deß grossen Leuchters: Item von den Opfferbroden / 2.
II. Ein Gottslästerer wird gesteinigt / 10.
III. Von Straff der Widervergeltung / 17.

1. UNd der HERR redet mit Moyse und sprach:

I. 2. Gebiet den Kindern Israel / daß sie dir Oel von Oelbäumen bringen / so überauß lauter und klar sey / stets zu bereiten die Lampen /

3. So ausser dem Vorhang deß Zeugnuß in dem Tabernackel deß Bunds. Und Aaron sol sie zurichten vom Abend biß an den Morgen vor dem HErrn / das sol ein ewiger Gottesdienst und Brauch seyn in euren Geschlechten.

4. Sie sollen auf einem gar reinen Leuchter immerdar vor dem Angesicht deß HErrn aufgestellet werden.

5. Du solt auch Semmelmehl nehmen / und backen zwölff Brod davon / dern ein jeglichs zwey zehend Theil halten sol:

6. Und solst sie / je sechs und sechs gegeneinander / auf einem sehr reinen Tisch vor den HErrn stellen:

7. Solst auch gantz klaren Weyhrauch darauf legen / damit das Brod eine Gedächtnuß sey der Opffer deß HErrn.

8. Alle Sabbath sollen sie vor dem HErrn geändert / und von den Kindern Israel empfangen werden zum ewigen Bund:

9. Und sie sollen Aaron und seiner Söhnen seyn / daß sie die essen an dem heiligen Ort / dan es ist das Heilige der Heiligen von den Opffern deß HErrn zum ewigen Recht.

CAPUT XXIV.

I. Ritus concinnandarum lucernarum, panum propositionis, 2.
II. Pœna blasphemorum, 10.
III. Talionis pœna statuitur in homicidas &c. 17.

1. ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

I. 2. Præcipe filiis Israel, ut afferant tibi oleum de olivis purissimum, ac lucidum, ad concinnandas lucernas jugiter,

3. extra velum testimonii in tabernaculo fœderis. Ponétque *a* eas Aaron à vespere usque ad manè *b* coram Domino, cultu ritúque perpetuo in generationibus vestris.

4. Super candelabrum mundissimum ponentur semper in conspectu Domini.

5. Accipies quoque similam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas:

6. quorum senos altrinsecus *c* super mensam purissimam coram Domino statues:

7. & pones super eos thus lucidissimum *d*, ut sit panis in monimentum oblationis Domini.

8. Per singula sabbata mutabuntur coram Domino suscepti à filiis Israel fœdere sempiterno:

9. erúntque Aaron & filiorum ejus, ut comedant eos in loco sancto: quia Sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini jure perpetuo.

Eodem mense & anno.
a accendet. *b* ergò de die fuère extinctæ.
c ex altera parte.
d Sep. thus purum & salem.

II. 10

e Anno 2. ab exitu, mensis 2. circiter die 15.

II. 10. Ecce *e* autem egressus filius mulieris Israelitidis, quem pepererat de viro Ægyptio inter filios Israel, jurgatus est in castris cum viro Israelita.

11. Cúmque blasphemasset nomen, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. (Vocabatur autem mater ejus Salumith, filia Dabri de tribu Dan.)

12. Miserúntque eum in carcerem, donec nossent quid juberet Dominus.

13. Qui locutus est ad Moysen,

14. dicens: Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt, manus suas *f* super caput ejus, & lapidet eum populus universus.

f testantes se audivisse.

15. Et ad filios Israel loquêris: Homo, qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum *g*.

g ejus pœnam sustineat.

16. & qui plasphemaverit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo, sive ille civis, sive peregrinus fuerit. Qui plasphemaverit nomen Domini, morte moriatur.

h Exod. 21. 12.

III. 17. *h* Qui percusserit, & occiderit hominem, morte moriatur.

18. Qui percusserit animal, reddet vicarium, id est, animam pro anima.

19. Qui irrogaverit maculam *i* cuilibet civium suorum: sicut fecit, sic fiet ei:

i i. vulnus seu plagam.

20. *k* fracturam pro fractura *l*, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet: qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur.

k Exod. 21. 24. Deut. 19. 21. Matth. 5. 38. *l* sustineat

21. Qui percusserit jumentum, reddet aliud. Qui percusserit hominem, punietur.

22. Æquum *m* judicium sit inter vos, sive peregrinus, sive civis peccaverit: quia ego sum Dominus Deus vester.

m Hebr. unum.

23. Locutúsque est Moyses ad filios Israel: & eduxerunt eum, qui blasphemaverat, extra castra, ac lapidibus oppresserunt. Fecerúntque filii Israel sicut præceperat Dominus Moysi.

CAPUT XXV.

I. Lex Anni septimi, 3.
II. Quinquagesimi: fratres nec usura, nec servitute perpetua opprimendi sunt, sed potius redimendi. 8.

II. 10. Sihe aber/ es gieng einer herauß/ der eines Israelitischen Weibs Sohn war/ den sie von einem Egyptischen Mann unter den Kindern Israel gezeuget hatte der zanckte sich mit einem Israelitischen Mann im Lager.

11. Dieweil er aber den Namen gelästert/ und verflucht hatte/ führeten sie ihn zu Moyse. (Seiner Mutter Nam aber war Salumith/ eine Tochter Dabri/ vom Geschlecht Dan.)

12. U. sie legten ihn ins Gefängnuß/ biß daß sie erkenneten/ was der HErr befehlen würde:

13. Der redet mit Moyse/

14. Und sprach: Führe den Gotteslästerer auß dem Lager/ und laß alle die/ welche es gehöret haben/ ihre Händ auf sein Haubt legen/ und laß ihn das gantze Volck steinigen.

15. Und du solst zu den Kindern Israel sagen: Ein Mensch/ der seinem GOtt fluchet/ sol seine Missethat tragen.

16. Und wer den Namen deß HErrn lästert/ der sol deß Tods sterben: die gantze Gemein sol ihn steinigen/ er sey ein Einheimischer Burger/ oder Frembdling/ wer den Namen deß HErrn lästert/ der sol deß Tods sterben.

III. 17. Wer einen Menschen schlägt/ und tödtet/ der sol deß Tods sterben.

18. Wer ein Vieh erschlägt/ der sol deßgleichen widerum geben/ das ist eine Seel um eine Seel.

19. Wer einen von seinen Mit-Burgern verletzet: wie er gethan hat/ also sol man ihm auch thun.

20. Bruch umb Bruch/ Aug um Aug/ Zan um Zan/ sol er widergeben. Was er für Verletzung gethan hat/ die sol er auch leyden müssen.

21. Wer ein Thier erschlägt/ der sol ein anders widergeben. Wer aber einen Menschen erschlägt/ der sol gestrafft werden.

22. Gleich Recht sol unter euch seyn/ es habe ein Frembdling oder ein Eingebohrner Burger gesündiget: dan ich bin der HErr euer GOtt:

23. Und Moyses redet mit den Kindern Israel: und sie führeten den/ der GOtt gelästert hatte/ zum Lager hinauß/ und wurffen ihn mit Steinen zu tod. Also thäten die Kinder Israel/ wie der HErr Moysi befohlen hatte.

Das XXV. Capitel.

I. Das sibende Jahr/ sol seyn das Jahr der Nachlassung/ 3.
II. Das fünfftzigst/ das Jubel Jahr/ In welchem die Güter zu ihren vorigen Erb-HErrn kehreten/ und die Leibeigene frey gelassen wurden/ 8.

1. Und

1. UNd der HErr redet mit Moyse auf dem Berg
Sinai / und sprach:
2. Rede mit den Kindern Jsrael / und sprich zu
ihnen: Wan ihr nun kommen werdet in das Land/
das ich euch geben will / so feyret dem HErrn den
Sabbath.
I. 3. Sechs Jahr solst du deinen Acker besäen/ und
sechs Jahr solst du deinen Weinberg schneiden/ und
seine Früchten einsammlen:
4. Aber im sibenden Jahr sol deß Lands Sab-
bath seyn/ die Ruhe deß HErrn: alsdan solst du
den Acker nit besäen und den Weinberg nit schnei-
den.
5. Was die Erd von sich selbst hervor bringen wird/
das solst du nit mäen: und die Trauben deiner Erst-
ling solt du nit samlen / gleichwie in der Weinlese:
dan es ist das Jahr/ darin das Land Ruh haben sol:
6. Es sol euch aber zur Speiß seyn/ dir und dei-
nem Knecht/ deiner Magd/ und deinem Taglöhner/
auch dem Einkömmling / die bey dir Frembdling
seynd/
7. Alles was wächst / sol deinen Thieren / und
deinem Vieh zur Speiß seyn.
II. 8. Du solst dir auch siben Jahr-Wochen zehlen/
das ist / sibenmahl siben / die zusammen neun und
viertzig Jahr machen:
9. Und solst die Posaunen blasen im sibenden
Monat / den zehenden Tag deß Monats / zur Zeit
der Außsöhnung in eurem gantzen Land.
10. Und solst das fünfftzigste Jahr heiligen /
und es nennen Erlassung / für alle Einwohner
deines Lands: Dan es ist das Jubel Jahr.
Da sol ein jeglicher zu seinem Erb / und zu
seinem vorigen Geschlecht / widerumb kom-
men:
11. Dan es ist das Jubel Jahr / nemlich das fünf-
zigste Jahr. Jhr sollet nit säen / auch dasselbige was
von sich selbst auf dem Acker wächst / nit abmäen /
und die Erstlingen deß Weinbergs nit sammlen/
12. Um der Heiligung willen deß Jubel-Jahrs:
sondern ihr sollet essen/ was euch zum erstẽ vorkomt.
13. Jn disem Jubel-Jahr sol ein jeglicher zu sei-
nem Erb widerum kommen.
14. Wan du deinem Mitburger etwas verkauf-
fen wirst / oder von ihm kauffen / so betrübe deinen
Bruder nit / sondern nach der Zahl der Jahren deß
Jubel Jahrs solst du es von ihm kauffen/
15. Und nachdem die Früchtẽ geschätzet werden/
sol er es dir verkauffen.
16. Wie mehr Jahr nach dem Jubel Jahr vor-
handen seynd / wie höher der Werth sich steigern
sol / und wie weniger Zeit zu rechnen übrig ist / wie

1. LOcutúsque est Dominus ad Moy-
sen in monte Sinai, dicens:
2. Loquere filiis Israel, & dices ad eos:
Quando ingressi fueritis terram quam e-
go dabo vobis, sabbatizes sabbatum Do-
mino.
I. 3. *a* Sex annis seres agrum tuum, & sex
annis putabis vineam tuam, colligésque
fructus ejus:
4. septimo autem anno sabbatum
erit terræ, requietionis Domini: a-
grum non seres, & vineam non puta-
bis.
5. Quæ sponte gignet humus, non
metes & uvas primitiarum tuarum non
colliges quasi vindemiam: annus enim
requietionis terræ est:
6. sed erunt vobis in cibum, tibi *b*
& servo tuo, ancillæ & mercenario
tuo, & advenæ, qui peregrinantur a-
pud te:
7. jumentis tuis & pecoribus, omnia
quæ nascuntur, præbebunt cibum.
II. 8. Numerabis *c* quoq; tibi septẽ hebdo-
madas annorum, id est, septies septẽ, quæ
simul faciunt annos quadraginta novem:
9. & clanges buccinâ mense septimo,
decimâ die mensis, propitiationis tempo-
pore in universa terra vestra.
10. Sanctificabísque annum quinqua-
gesimum *d*, & vocabis *e* remissionem cun-
ctis habitatoribus terræ tuæ: ipse est enim
jubilæus. Revertetur homo ad possessio-
nem suam, & unusquisque rediet ad fa-
miliam pristinam:
11. quia jubilæus *f* est & quinquagesi-
mus annus. Non seretis, neque metetis
sponte in agro nascentia, & primitias vin-
demiæ non colligetis,
12. ob sanctificationem jubilæi, sed sta-
tim oblata comedetis.
13. Anno jubilæi redient omnes ad
possessiones suas.
14. quando vendes quippiam civi tuo,
vel emes ab eo, ne contristes fratrem tu-
um, sed juxta numerum annorum jubi-
læi emes ab eo,
15. & juxta supputationem frugum
vendet tibi *g*.
16. Quantò plures anni remanserint
post jubilæum, tantò crescet & pretium:
& quantò minus temporis numeraveris,

Eodem mense 2. & anno 2514.

a Exod. 23. 10.

b q. d. poteris & tu edere, sed non totum tibi colligere.

c incipiendo à septembri.

d jubilæum, qui allegoricè symbolum est remissionis peccatorũ, & anagogicè resurrectionis: quia tunc fiet plena remissio, paradisi restitutio, perfecta manumissio, sabbatum & quies æterna. *Tirin.*

e denunciabis.

f q. d. remissionis & libertatis.

g q. d. non agrum vendit sed fructus.

tantò minoris & emptio constabit: tempus enim frugum vendet tibi.

17. Nolite affligere contribules vestros, sed timeat unusquisque Deum suum, quia ego Dominus Deus vester.

18. Facite præcepta mea, & judicia custodite, & implete ea, ut habitare possitis in terra absque ullo pavore,

19. & gignat vobis humus fructus suos, quibus vescamini usque ad saturitatem, nullius impetum formidantes.

20. Quòd si dixeritis: Quid comedemus anno septimo, si non severimus, neque collegerimus fruges nostras?

16. Wie du dan vom HErrn deinem GOtt an dem Berg Horeb begehret hast/ da das Volck versammlet war/ und du sprachest: Jch wil die Stim̃ deß HErrn meines GOttes nit länger hören/ auch diß überauß grosse Feuer nit länger sehen / damit ich nit sterbe.

17. Und der HErr sprach zu mir: Sie haben alles wohl geredet:

18. Jch wil ihnen mitten aus ihren Brüdern einen Propheten erwecken / der dir sol gleich seyn: und wil meine Wort in seinen Mund legen/ und er sol alles zu ihnen reden / was ich ihm befehlen werde.

19. Wer aber seine Wort nit hören wil/ die er in meinem Namen reden wird / an dem will ich Rach üben.

20. Aber ein Prophet / der mit Hoffart eingenommen ist/ und wil in meinem Namen reden / was ich ihm nit befohlen habe zu reden; oder der im Namen frembder Götter redet / der sol deß Tods sterben.

21. Wan du nun schweigend in deinem Hertzen antworten woltest: Wie kan ich das Wort erkennen / das der HErr nit geredt hat?

22. So solst du diß Zeichen haben: Wan das nit geschicht / was derselbig Prophet im Namen deß HErrn geweissagt hat / so hats der HErr nit geredt; sondern der Prophet hats auß Hoffart seines Gemüths ertichtet/ und darum solst du dir vor ihm nit förchten.

Das XIX. Capitel.

I. Drey Zuflucht-Städt werden bestellet für die/ so ohne Vorsatz ein Todtschlag begangen / 1.

II. Solt Jsrael sich mercklich vermehren: solle man Macht haben / noch drey andere Städt / zubenennen / 9.

III. Wer vorsetzlicher Weiß ein Mordthat begehet / solle heraus gegeben / und nach seinem Verdienst getödtet werden / 11.

IV. Ein falscher Zeug / solle eben die Straff ausstehen / welche er auf ein andern hat wöllen bringen / 16.

1. WAn der HErr dein GOtt die Völcker nun vertilget hat / deren Land er dir eingeben wird / und du hast dasselbig zum Besitz eingenommen / und wohnest in seinen Städten und Häusern:

2. So solst du dir drey Städt absöndern mit-

à Domino Deo tuo aliter institutus es.

III. 15. *k* PROPHETAM de gente tua & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies,

k Josue & alios prophetas in typo, sed Christum in veritate. Joan. 1. 45. 5. 46. Act. 3. 22.

16. ut petisti à Domino Deo tuo *l* in Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti: Ultrà non audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum ampliùs non videbo, ne moriar.

l Exod. 20. 21.

17. Et ait Dominus mihi: Bene omnia sunt locuti.

18. *m* Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui: & ponam verba mea in ore ejus, loquetúrque ad eos omnia quæ præcepero illi.

m Joan. 1. 45.

19. Qui autem verba ejus, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam.

20. Propheta autem qui arrogantiâ depravatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi ut diceret, aut ex nomine alienorum deorum, interficietur.

21. Quòd si tacitâ cogitatione responderis: Quomodo possum intelligere verbum, quod Dominus non est locutus?

22. hoc habebis signum: Quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, & non evenerit: hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta confinxit: & idcircò non timebis eum.

CAPUT XIX.

I. Separandæ urbes refugii, 1.

II. Datur facultas duplicandi urbes refugii. 9.

III. Exponitur, qui ad eas tutè confugient, & qui non gaudeant jure asyli. 11.

IV. Præcipit de veris falsisque testibus, & de terminis non transferendis. 16.

1. CUm disperdiderit Dominus Deus tuus gentes, quarum tibi traditurus est terram, & possederis eam, habitaverísque in urbibus ejus & in ædibus:

Eodem anno 2553.

2. *a* tres civitates separabis tibi in medio

a Num. 35. 11. Jos. 20. 2.

dio Terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in possessionem,

b sc. ad illas. 3. sternens diligenter viam *b*: & in tres æqualiter partes totam Terræ tuæ provinciā divides: ut habeat è vicino qui propter homicidium profugus est, quo possit evadere.

4. Hæc erit lex homicidæ fugientis, cujus vita servanda est: Qui percusserit proximum suum nesciens, & qui heri & nudius tertius *c* nullum contra eum odium habuisse comprobatur: *c i. antea.*

5. sed abiisse cum eo simpliciter in sylvam ad ligna cædenda, & in succisione lignorum securis fugerit manu, ferrúmque lapsum de manubrio amicum ejus percusserit, & occiderit: hic ad unam supradictarum urbium confugiet, & vivet:

d cognatus &c. 6. ne forsitan proximus *d* ejus, cujus effusus est sanguis, dolore stimulatus, persequatur, & apprehendat eum si longior via fuerit, & percutiat animam ejus, qui non est reus mortis: quia nullum contra eum, qui occisus est, odium priùs habuisse monstratur.

7. Idcircò præcipio tibi, ut tres civitates æqualis inter se spatii dividas.

e Gen. 28. 14. Exod. 34. 24. Sap. 12. 20. 8. *e* Cum autem dilataverit Dominus Deus tuus terminos tuos, sicut juravit patribus tuis, & dederit tibi cunctam, Terram, quam eis pollicitus est,

II. 9. (si tamen custodieris mandata ejus & feceris quæ hodie præcipio tibi, ut diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus omni tempore) addes tibi tres alias civitates, & supra dictarum trium urbium numerum duplicabis:

10. ut non effundatur sanguis innoxius in medio Terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi possidendam, ne sis sanguinis reus.

f Num. 35. 20. III. 11. *f* Si quis autem odio habens proximum suum, insidiatus fuerit vitæ ejus, surgénsque percusserit illum, & mortuus fuerit, fugeritque ad unam de supradictis urbibus,

12. mittent seniores civitatis illius, & arripient eum de loco effugii, tradéntq; in manu proximi, cujus sanguis effusus est, & morietur.

13. Non misereberis ejus, & auferes

ten in dem Land das dir der HErr dein GOtt zum Besitz eingeben wird/

3. Und den Weeg dahin mit Fleiß zurichten: du solst auch die gantze Gegend deines Lands außtheilen in drey gleiche Theil/ auf daß einer/ der eines Todtschlags halben flüchtig ist/ auß der näh dahin entrinnen möge.

4. Diß sol das Gesatz seyn eines flüchtigen Todtschlägers/ der beym Leben sol erhalten werden: Wer seinen Nägsten ohn wissen erschlägt/und man kan beweisen/ daß er gestern und vorgestern keinen Haß wider ihn getragen hab:

5. Sondern daß er schlechtlich mit ihm in den Wald gangen sey Holtz zu hauen/und daß im Holtzhauen die Axt ihm auß der Hand gangen/ und das Eisen auß dem Stil entfallen sey/ und hab also seinen Freund getroffen/ und getödtet: diser sol zu einer von vorgemeldten Städten fliehen/ und leben:

6. Damit villeicht nit deß Entleibten/ dessen Blut vergossen ist/nächster Freund durch Schmertzen bewegt dem Todschläger nachjag/ und ihn ergreiffe/ wan der Weeg zu lang wäre/ und seine Seel erschlage/ der doch deß Tods nit schuldig ist: weil bewisen wird/ daß er gegen demselben/ der todt bliben ist/ zuvor keinen Haß getragen hat.

7. Darum befehle ich dir/ daß du die drey Städt in gleichem Raum voneinander absönderst.

8. Wan aber der HErr dein GOtt deine Gräntzen erweitern wird/ wie er deinē Vättern geschworen hat/ und dir das gantze Land eingeben/ das er ihnen verheissen hat/

II. 9. (Wan du nur seine Gebott halten wirst/ und thun/ was ich dir heut gebiete/ daß du den HErrn deinen GOtt liebest/ und wandlest allezeit in seinen Weegen) alsdan solst du noch drey andere Städt dazu thun/ und die Zahl der vorgemeldten drey Städt dopelt machen:

10. Damit nit unschuldig Blut vergossen werde mitten in dem Land/ das dir der HErr dein GOtt zu besitzen geben wird/ und du am Blut nit schuldig seyest.

III. 11. Wan aber jemand seinen Nächsten hasset/ und stellet ihm heimlich nach seinem Leben/ und machet sich auf/ und schlagt ihn/ daß er stirbt/ und nimmt seine Flucht zu einer von den vorgemeldten Städten:

12. So sollen die Aelteste derselbigen Stadt außschicken/ u. ihn v' dem Ort d' Zuflucht hinweg nehmē/ u. ihn dem nechstē Freund deß Entleibtē dessen Blut vergossen ist/ in die Hand geben/ u. er sol sterben.

13. Du solst dich über ihn nit erbarmen/ und solst

solst das unschuldig Blut von Israel hinweg nehmen / damit dir wohl gehe.

14. Deines Nächsten Marckstein solst du nit aufheben / und verrucken / welche deine Vorfahren in deinem Erbtheil gesetzt haben / das dir der HErr dein GOtt geben wird in dem Land / das zum Besitz wirst einnehmen.

15. Ein eintziger Zeug sol nit stehen wider jemand / was es auch für eine Sünd / und Ubelthat seyn mag: sondern in dem Mund zweyer oder dreyer Zeugen sollen alle Wort stehen.

IV. 16. Wan ein falscher Zeug wider einen Menschen auftritt / und ihn beklaget wegen einer Ubertrettung /

17. So sollen sie beyde / welche die strittige Sach haben / vor dem HErrn stehen / vor dem Angesicht der Priester und der Richter / die in denselben Tagen seyn werden.

18. Wan sie nun zum fleissigsten nachforschen / und befinden / daß der falsche Zeug eine Lug wider seinen Bruder geredet hat /

19. So sollen sie ihm widerum thun / wie er seinem Bruder zuthun gedacht hat: und solst das böß auß deinem Mittel hinweg schaffen:

20. Damit die andern / wan sie es hören / Forcht haben, und dergleichen Ding mit nichten thun dörffen.

21. Du solst dich seiner nit erbarmen ; sondern Seel um Seel / Aug um Aug / Zan um Zan / Hand um Hand / und Fuß um Fuß fordern.

Das XX. Capitel.

I. Aus GOttes Befehl sol man aus dem Krieg wider zuruck schicken / die ein neues Hauß gebaut rc. 5.
II. In einer Stadt / so durch Sturm übergangen / sol alles männliche Geschlecht / nidergemacht werden / die unmündige Kinder ausgenommen / 13. im Land Chanaan sol alles / auch Weib und Kinder / umgebracht werden / 16.
III. In Belagerung einer Stadt / sol man kein fruchtbaren Baum abhauen / 19.

1. WAn du zum Krieg außziehest wider deine Feind / und sihest den reisigen Zeug / und die Wagen / auch daß dein Widertheil ein grössere Meng im Heer hat / dan du / so solst du dir vor ihnen nit förchten / dan der HErr dein GOtt ist bey dir / der dich aus Egypten-Land geführet hat.

2. Wan es aber an dem ist / daß die Schlacht jetzt angehen sol / alsdan sol d' Priester vor d' Schlachtordnung stehen / und also das Volck anreden:

3. Höre Israel ihr thut heutiges Tags ein Treffen mit euren Feinden / euer Hertz werde nit zag-

innoxium sanguinem *g* de Israel, ut bene sit tibi.

14. Non assumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in Terra, quam acceperis possidendam.

15. *h* Non stabit *i* testis unus contra aliquem quidquid illud peccati & facinoris fuerit: sed in ore duorum aut trium testium stabit *k* omne verbum *l*.

IV. 16. Si steterit testis mendax contra hominem, accusans eum prævaricationis,

17. stabunt ambo, quorum causa est, ante Dominum in conspectu sacerdotum & judicum qui fuerint in diebus illis.

18. *m* Cúmque diligentissimè perscrutantes invenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium:

19. reddent ei sicut fratri suo facere cogitavit, & auferes malum de medio tui:

20. ut audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere.

21. Non misereberis ejus, *n* sed animã pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges *o*.

CAPUT XX.

Leges de bello gerendo:
I. Qui tempore pugnæ sint domum remittendi: 5.
II. Jura belli quomodo servanda: 13.
III. Quæ arbores cædendæ ad machinas instruendas, & quæ relinquendæ. 19.

1. SI exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus & currus, & majorem quàm tu habeas adversarii exercitûs multitudinem, non timebis eos: quia Dominus Deus tuus tecum est, qui eduxit te de Terra Ægypti.

2. Appropinquante autem jam prælio, stabit sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum:

3. Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis, non pertimes-

g i. innocentis occisorem.
h *Sup.* 17. 6. *Matth.* 18. 16. 2. *Cor.* 13. 1
i i. non admittetur.
k i. confirmabitur.
l accusatio &c.
m *Dan.* 13. 62.
n *Exod.* 21. 23. & 24. *Lev.* 24. 20. *Matt.* 5. 38
o i. eo supplicio afficietur, quo accusatus afficiendus erat.
Eodem anno 2553.

timescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos:

4. quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra adversarios dimicabit, ut eruat vos de periculo.

I. 5. Duces quoque per singulas turmas audiente exercitu proclamabunt: *a* Quis est homo qui ædificavit domum novam, & non dedicavit *b* eam? vadat, & revertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius dedicet eam.

a 1. *Mac*.3. 56.
b i. initiavit. sc. habitando.

6. Quis est homo qui plantavit vineam, & necdum fecit eam esse communem *c*, de qua vesci omnibus liceat? vadat, & revertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo ejus fungatur officio.

c utendo ejus fructibus qui per quatuor primos annos erant intacti.

7. Quis est homo, qui despondit uxorem & non accepit eam *d*? vadat, & revertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo accipiat eam.

d in domum.

8. His dictis addent reliqua, & loquentur ad populum: *e* Quis est homo formidolosus, & corde pavido? vadat, & revertatur in domum suam, ne pavere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est.

e *Judic*.7.3

9. Cúmque siluerint duces exercitûs, & finem loquendi fecerint, unusquisq; suos ad bellandum cuneos præparabit *f*.

f i. aciem instruet.

10. Si quando accesseris ad expugnandam civitatem, offeres ei primùm pacem.

11. Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea est, salvabitur, & serviet tibi sub tributo.

12. Sin autem fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellum, oppugnabis eam.

13. Cúmque tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea generis masculini est, in ore gladii,

14. absque mulieribus & infantibus, jumentis, & cæteris quæ in civitate sunt. Omnem prædam exercitui divides, & comedes de spoliis hostium tuorum, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi.

15. Sic facies cunctis civitatibus, quæ à

hafft/ seyd unerschrocken/weichet nit/ und förchtet euch nit vor ihnen.

4. Dan der HErr euer GOtt ist mitten unter euch/ und wird für euch wider die Feind streiten/ damit er euch aus der Gefahr errette.

I. 5. Auch sollen die Haubtleut durch alle Rotten ausruffen/ daß es das gantze Heer höre: Wer ist der Mensch/ der ein neues Hauß gebauet hat/ und hat das noch nit eingeweyhet? der gehe hin/ und kehre widerum in sein Hauß/damit er villeicht im Streit nit todt bleibe/und ein anderer sein Hauß einweyhe.

6. Wer ist der Mensch/ der einen Weinberg gepflantzet hat/ und hat ihn noch nit gemein gemacht/ daß jederman davon essen möge? der gehe hin und kehre widerum in sein Hauß/ damit er villeicht im Streit nit todt bleibe/u. ein anderer Mensch thue/ was ihm zu thun gebühret hätte.

7. Wer ist der Mensch/ der ihm ein Weib vertrauet *a* und noch nit heimgeführet hat? der gehe hin/ und kehre widerum in sein Hauß/ damit er villeicht im Streit nit todt bleibe/ und ein anderer Mensch sein Weib nehme.

8. Wan diß gesagt ist/so sollen sie das übrig auch dazu thun/ und zum Volck sprechen: Wer ist der Mensch/ der forchtsam ist/ und zaghafft von Hertzen? der gehe hin/ und kehre widerum in sein Hauß/ damit er auch die Hertzen seiner Brüder nit zaghafft mache/ wie er vor Forcht erschrocken ist.

9. Wan nun die Haubtleut deß Heers schweigen/ und außgeredt haben/ alsdan sol ein jeglicher seinen Hauffen zum Treffen bereiten.

10. Wan du auf eine Stadt anziehest/ dieselbige zu bestürmen/ so solst du ihr erstlich den Friden anbieten.

11. Wan sie denselben annimmt/ und dir die Pforten aufthut/ so sol alles Volck/ das darin ist/ erhalten werden/ und dir unterm Zinß dienen.

12. Wan sie aber keinen Bund mit dir eingehen wil/ und anfahet wider dich zu streiten/ so solst du sie mit stürmender Hand angreiffen.

13. Wan sie dir alsdan der HErr dein GOtt in deine Hand gibt/ so solst du alles/ was Männlichs Geschlechts darinnen ist/ mit der Schärff deß Schwerdts erschlagen:

14. Außgenommen die Weiber und Kinder/ Vieh/ und andere Ding/ so in der Stadt seynd. Den gantzen Raub solst du dem Heer außtheilen/ und essen von der Beut deiner Feinden/ welche dir der HErr dein GOtt gegeben hat.

15. Also solst du allen Städten thun/ welche dir gar

a vermählet.

gar weit entlegen seynd / und seynd nit von den Städten / die du zum Besitz bekommen wirst.
II. 16. Aber von denselben Städten / welche dir sollen eingeben werden / solst du durchaus keinen leben lassen;
17. Sondern sie mit der Schärpf deß Schwerdts erwürgen / nemlich die Hethiter / und Amorrhiter / und Chananiter / Pherezither / und Heviter / und Jebusiter / wie dir der HErr dein GOtt befohlen hat:
18. Auf daß sie euch nit villeicht lehren alle die Greuel thun / die sie ihren Göttern gethan haben: und ihr euch versündiget / an dem HErrn eurem GOtt.
III. 19. Wan du eine Stadt lange Zeit belägerst / und hast sie rings herum mit Vestungen umzogen / damit du sie mit stürmender Hand eroberst so solst du die Bäum nit abhauen / davon man essen kan / und solst die Landschafft rings herum mit der Axt nit verwüsten: dan es ist Holtz / und kein Mensch / so kan es die Anzahl der jenigen nit mehren / die wider dich streiten.
20. Wan aber einige Bäum da seynd / die keine Frucht tragen / sondern seynd wild / und gleichwohl zu andern Dingen dienlich / die haue ab / und mache Kriegszeug davon / biß du die Stadt eroberst / die wider dich streitet.

te procul valde sunt, & non sunt de his urbibus, quas in possessionem accepturus es.
II. 16. De his autem civitatibus, quæ dabuntur tibi, nullum omninò permittes vivere:
17. sed interficies in ore gladii, Hethæum videlicet, & Amorrhæum, & Chananæum, Pherezæum, & Hevæum, & Jebusæum, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus:
18. ne fortè doceant vos facere cunctas abominationes, quas ipsi operati sunt diis suis, & peccetis in Dominum Deum vestrum.
III. 19. Quando obsederis civitatē multo tempore, & munitionibus circumdederis ut expugnes eam, non succides arbores de quibus vesci potest, nec securibus per circuitum debes vastare regionem: quoniam lignum est, & non homo, nec potest bellantium contra te augere numerum.
20. Si qua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia, & in cæteros apta usus, succide, & instrue machinas, donec capias civitatem, quæ contra te dimicat.

Das XXI. Capitel.

I. Gesatz von heimlichem Mord / 1.
II. Vom heurathen ein gefangenes Weib / 10.
III. Vom erstgebohrnen Sohn / obschon seine Mutter nit so beliebt ist / 15.
IV. Vom ungehorsam / widerspännigen Sohn / 18.
V. Vom Leib dessen / so ans Creutz gehenckt worden / 22.

1. WAn in dem Land / das dir der HErr dein GOtt geben wird / eines erschlagenen Menschen Leichnam gefunden wird / und man weiß nit / wer deß Todtschlags schuldig ist /
2. So sollen deine Aelteste und Richter herauß gehen / und messen die Weite von dem Ort / da der Leichnam ligt / biß zu allen Städten / die daherum ligen:
3. Und welche Stadt sie befinden / daß sie näher dabey ligt / dan die andern / derselbigen Stadt Aelteste / sollen eine junge Kuh nehmen auß der Heerd / die noch nit am Joch gezohen hat / noch die Erd zu pflugen ist gebraucht worden.
4. Die sollen sie in ein rauhes felsichts Thal führen / das niemahl ist gepfluget / noch besäet worden: und sollen daselbst der jungen Kuh den Hals abhauen:

Caput XXI.

I. Cautio super homicidio occulto, 1.
II. Muliere in bello capta, 10.
III. De primogenito ex odiosa. 15.
IV. De filio contumace, 18.
V. De eo qui suspensus est in ligno. 22.

1. QUando inventum fuerit in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, hominis cadaver occisi, & ignorabitur cædis reus, Eodem an. 2553. Ant. Chr. 1451. mense 11. ann. 40. ab exitu.
2. egredientur majores natu, & judices tui, & metientur à loco cadaveris singularum per circuitum spatia civitatum:
3. & quam viciniorem cæteris esse perspexerint, seniores civitatis illius tollent vitulam de armento, quæ non traxit jugum, nec terram scidit vomere.
4. & ducent eam ad vallem asperam atque saxosam, quæ nunquam arata est nec sementem recepit: & cædent in ea cervices vitulæ:

5. accedéntque sacerdotes filii Levi, quos elegerit Dominus Deus tuus ut ministrent ei, & benedicant *a* in nomine ejus, & ad verbum eorum, omne negotium, & quidquid mundum, vel immundum est, judicetur.

a sc. populo.

6. & venient majores natu civitatis illius ad interfectum, lavabúntque manus suas super vitulam, quæ in valle percussa est,

7. & dicent: Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc, nec oculi viderunt.

8. propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti Domine, & ne reputes *b* sanguinem innocentem in medio populi tui Israel. Et auferetur ab eis reatus sanguinis:

b i. imputes nobis.

9. tu *c* autem alienus eris ab innocentis cruore, qui fusus est, cùm feceris quod præcepit Dominus.

c sc. ô popule.

II. 10. Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captivósque duxeris,

11. & videris in numero captivorum mulierem pulchram, & adamaveris eam, voluerísque habere uxorem,

12. introduces eam in domum tuam: quæ radet cæsariem, & circumcidet ungues,

13. & deponet vestem, in qua capta est: sedénsque in domo tua, flebit patrem & matrem suam *d* uno mense: & posteà intrabis ad eam, dormiésque cum illa, & erit uxor tua *e*.

d sc. eorum absentiam. *e* sc. ad fidem conversa.

14. Si autem posteà non sederit animo tuo, dimittes eam liberam, nec vendere poteris pecuniâ, nec opprimere per potentiam: quia humiliasti eam.

III. 15. Si habuerit homo uxores duas, unam dilectam, & alteram odiosam, genuerintque ex eo liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus,

16. volueritque substantiam inter filios suos dividere: non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odiosæ,

17 *f* sed filium odiosæ agnoscet primogenitum, dabítque ei de his quæ habuerit cuncta duplicia: iste est enim principium liberorum ejus, & huic debentur primogenita *g*.

f 1. Par. 5. 1.

g i. jus primogenituræ.

5. So sollen die Priester / die Söhn Levi herzu tretté / die der HErr dein GOtt auserwählen wird / daß sie ihm dienen / und in seinem Namen den Segen geben sollen / und daß nach ihrem Wort alle Händel geurtheilet werden sollen / auch alles was rein und unrein ist.

6. Und die Aelteste derselbigen Stadt sollen zu dem Erschlagenen kommen / und ihre Händ über der jungen Kuh waschen / welche im Thal geschlachtet ist /

7. Und sagen: Unsere Händ haben diß Blut nit vergossen / so habens auch unsere Augen nit gesehen.

8. Sey gnädig deinem Volck Israel / daß du HErr erlöset hast / und rechne nit mitten unter deinem Volck Israel diß unschuldig Blut. Und es wird die Blutschuld von ihnen genommen werden:

9. Du aber wirst auch befreyet werden vom Blut deß unschuldigen / das vergossen ist / wan du thust / was der HErr befohlen hat.

II. 10. Wan du zum Streit ausziehest wider deine Feind / und der HErr dein GOtt gibt sie in deine Hand / und du führest sie gefänglich hinweg /

11. Und du sihest unter dem Hauffen der Gefangenen ein schönes Weib / und du hast sie lieb / und wilst sie zum Weib nehmen:

12. So solst du sie in dein Hauß führen / und sie sol ihr Haar abscheeren / und ihre Nägel beschneiden:

13. Auch sol sie das Kleyd ablegen / darin sie gefangen ist / und sitzen in deinem Hauß / und einen Monat lang ihren Vatter / und ihre Mutter beweinen. Darnach solst du zu ihr hinein gehen: und bey ihr schlaffen / und sie sol dein Weib seyn /

14. Wan du aber hernach kein Neigung zu ihr hast / so solst du sie frey von dir lassen / und solst sie nit mögen um Geld verkauffen / oder mit Gewalt unterdrucken / weil du sie gedemüthiget hast.

III. 15. Wan ein Mann zwey Weiber hat / eine / die ihm lieb ist / und eine andere / die er hasset / und sie ihm Kinder gebähren / und der Verhasten Sohn der Erstgebohrne ist:

16. Und er wil sein Gut unter seinen Söhnen austheilen / so mag er den Sohn der Geliebten nit zum Erstgebohrnen machen / und ihn dem Sohn der Verhasten vorziehen;

17. Sondern er sol den Sohn der Feindseeligen für den Erstgebornen erkeñen / u. ihm zweyfach geben / von allem / was er hat: dan derselbig ist ein Anfang seiner Kinder / und ihm gebühret die Gerechtigkeit der Erstgeburt.

IV. 18. Wan ein Mensch einen widerspennigen und muthwilligen Sohn gezeuget hat / der nit hören will was ihm sein Vatter und Mutter befehlen / und wan er gestraffet wird / so verachtet ers / und wil nit gehorsam seyn:

19. So sollen sie ihn greiffen / und führen zu den Aeltesten derselbigen Stadt: und zu dem Thor / da man Gericht hält /

20. und sagen zu ihnen: Diser unser Sohn ist muthwillig / und widerspennig / und verachtet unsere Ermahnung zu hören / er gibt sich auf Schlemmerey / Unzucht / und Prassen:

21. So sol ihn das Volck der Stadt steinigen / und er sol sterben / damit ihr das Böß auß eurem Mittel hinweg thut / und gantz Israel erschröcke / wan ers höret.

V. 22. Wan ein Mensch sündiget / daß er am Leben muß gestrafft werden / und er wird zum Tod verurtheilet / und am Galgen aufgehenckt /

23. So sol sein Leichnam am Holtz nit bleiben / sondern an demselbigen Tag begraben werden: dan wer am Holtz hängt / der ist von GOtt verflucht: und du solst dein Land keines Wegs verunreinigen / das dir der HErr dein GOtt zum Besitz geben wird.

Das XXII. Capitel.

I. Die Güte sol man auch gegen das unvernünfftige Vieh üben / 1.

II. Wer seiner Braut fälschlich aufleget / daß sie Unzucht begangen / sol gestrafft werden / 13.

III. Ehebrecher und Ehebrecherin sollen gesteinigt werden / 22.

IV. Der eine Jungfrau nothzwängt / sol fünfftzig Silberling zur Straff geben / und sie zur Ehe behalten / 28.

1. WAn du deines Bruders Rind oder Schaaf irren sihest / so solst nit vorüber gehen / sondern dasselbig widerum zu deinem Bruder führen:

2. Unangesehen / daß er wol nit dein nah-verwandter Bruder ist / und du ihn auch nit kennest: so solst du sie doch in dein Hauß führen / sie sollen auch bey dir bleiben / biß sie dein Bruder suche / und wider bekomme.

3. Deßgleichen solst du auch thun mit einem Esel und mit einem Kleyd / und mit einem jeglichen Ding / das deinem Bruder zugehöret / und verlohren ist: wan du es findest / so solst du es nit ungeacht lassen / als wan es dir frembd wäre.

4. Wan du sihest / daß deines Bruders Esel oder Ochs auf dem Weeg nidergefallen ist / so solst du das nit verachten / sondern ihn mit ihm aufheben.

5. Ein Weib sol kein Mannskleyd anthun / und

IV. 18. Si genuerit homo filium contumacem & protervum, qui non audiat patris aut matris imperium, & coercitus obedire contempserit.

19. apprehendent eum, & ducent ad seniores civitatis illius, & ad portam judicii,

20. dicéntque ad eos: Filius noster iste protervus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat *b*, & luxuriæ atque conviviis:

21. lapidibus eum obruet populus civitatis: & morietur, ut auferatis malum de medio vestri, & universus Israel audiens pertimescat.

V. 22. Quando peccaverit homo quod morte plectendum est, & adjudicatus morti appensus fuerit in patibulo.

23. non permanebit cadaver ejus in ligno, sed in eadem die sepelietur; quia *i* maledictus à Deo est qui pendet in ligno: & nequaquam contaminabis Terram tuam, quam Dominus Deus tuus dederit tibi in possessionem.

CAPUT XXII.

I. Pietas in rem proximi exercenda: de veste alterius sexus, de invento nido, de circumdando tecto domûs, de non commiscendis rebus diversi generis, de fimbriis. 1.

II. de insimulatione Sponsæ & signis virginitatis, 13.

III. De pœna adulterorum. 22.

IV. De corrupta in urbe vel in agro, & uxore patris non ducenda. 28.

1. NOn *a* videbis bovem fratris tui, aut ovem errantem, & præteribis: sed reduces fratri tuo,

2. etiamsi non est propinquus *b* frater tuus, nec nosti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te quamdiu quærat ea frater tuus, & recipiat.

3. Similiter facies de asino, & de vestimento, & de omni re fratris tui, quæ perierit: si inveneris eam, ne negligas quasi alienam.

4. Si videris asinum fratris tui aut bovem cecidisse in via, non despicies, sed sublevabis cum eo.

5. Non induetur mulier veste virili *c*, nec

b Chald. vorator & potator.

i Sic Christus ut maximè se abjiceret crucem elegit, factus pro nobis maledictum, ut nos à maledictione redimeret. Gal. 3. v. 13

Eodem An. 2553.

a Exod. 23. 4.

b propè te habitans.

c sc. ut nequitiis ansa præcidatur

nec vir utetur veste feminea: abominabilis enim apud Deum est qui facit hæc.

6. Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum avis inveneris, & matrem pullis vel ovis desuper incubantem: non tenebis eam cum filiis:

7. sed abire patieris, captos tenens filios: ut bene sit tibi, & longo vivas tempore.

8. Cùm ædificaveris domum novam, facies murum tecti per circuitum: ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, & in præceps ruente.

9. Non seres vineam tuam altero semine: ne & sementis quam sevisti, & quæ nascuntur ex vinea, pariter sanctificentur *d*.

10. Non arabis in bove simul & asino *e*.

11. Non induêris vestimento, quod ex lana linóque contextum est *f*.

12. *g* Funiculos in fimbriis *h* facies per quatuor angulos pallii tui *i*, quo operiêris.

II. 13. Si duxerit vir uxorem, & postea odio habuerit eam,

14. quæsieritque occasiones quibus dimittat eam, objiciens ei nomen *k* pessimum, & dixerit: Uxorem hanc accepi, & ingressus ad eam non inveni virginem:

15. tollent eam pater & mater ejus, & ferent secum signa virginitatis ejus ad seniores urbis qui in porta sunt:

16. & dicet pater: Filiam meam dedi huic uxorem: quam quia odit,

17. imponit ei nomen pessimum, ut dicat: Non inveni filiam tuam virginem: & ecce hæc sunt signa virginitatis filiæ meæ: expandent vestimentum *l* coram senioribus civitatis:

18. apprehendéntque senes urbis illius virum, & verberabunt illum,

19. condemnantes insuper centum siclis argenti, quos dabit patri puellæ: quoniam diffamavit nomen pessimum super virginem Israel: habebítque eam uxorem, & non poterit dimittere eam omnibus diebus vitæ suæ.

20. Quòd si verum est quod objicit, &

ein Mann sol kein Weibskleyd brauchen: dan wer das thut, der ist ein Greul vor GOtt.

6. Wan du über Weeg gehest / und ein Vogelnest auf einem Baum / oder auf der Erden findest / darin die Mutter über den Jungẽ / oder über den Ayren sitzt / so solst sie nit zugleich mit dẽ Jungẽ behaltẽ:

7. Sondern solst sie hinfliegen lassen / und die Jungen behalten / damit dir es wolgehe / und du lange Zeit lebest.

8. Wan du ein neues Hauß bauest / solstu am Dach ringsherum eine Maur machen / damit nit Blut vergossen werde in deinem Hauß / und du schuldig daran seyest / wan jemand fällt / und von oben herab stürtzet.

9. Du solst deinen Weinberg nit mit anderm Saamen besäen: damit nit zugleich der Saam / den du gesäet hast / und das Gewächs des Weinbergs geheiliget werde.

10. Du solst nit äckern mit einem Ochsen und Esel zusammen.

11. Du solst kein Kleyd anthun / das von Wullen und Leinen gewebt ist.

12. Du solst Schnürlein an Saum machen / an den vier Oertern deines Mantels / damit du dich wirst bedecken.

II. 13. Wan ein Mann ein Weib nimmt / und wird ihm hernach zuwider /

14. Und sucht Gelegenheit sie von sich zu thun / und legt ihr einen sehr bösen Namen auf / und spricht: Ich hab dise zum Weib genommen / und da ich zu ihr eingangen bin / hab ich sie nit Jungfrau gefunden:

15. So sollen sie ihr Vatter und Mutter nehmen / und bringen die Zeichen ihrer Jungfrauschafft mit sich zu den Aeltesten der Stadt / welche in dem Thor seynd:

16. Und der Vatter sol sagen: Meine Tochter hab ich disem zum Weib gegeben / und weil er sie hasset /

17. So legt er ihr einen sehr schändlichen Namen auf / und spricht: Ich hab deine Tochter nit Jungfrau gefunden: und sihe diß seynd die Zeichen der Jungfrauschafft meiner Tochter: und sollen das Kleyd vor den Aeltesten der Stadt außbreiten.

18. So sollen die Aelteste derselben Stadt den Mann angreiffen / und schlagen /

19. Und ihn dazu straffen um hundert Sickel Silbers / die er der Jungfrauen Vatter geben sol / darum / daß er eine Tochter Israel mit einem sehr schändlichen Namen berüchtiget hat: er sol sie auch zum Weib haben / und sie alle die Tag seines Lebens nit von sich lassen mögen.

20. Wan es aber wahr ist / was er vorwirfft / und

d i. e. polluantur: quia Hebræum cadasch utrumque contrariorum significat, sicut latinè sanctum per antiphrasin subinde etiam rem perditam & detestandam.
e quia impares sunt viribus.
f sc. displicet Deo confusio.
g Num. 15. 38.
h vel fimbrias ex funiculis. Hebr. funiculos & fimbrias.
i vestis superioris.
k i. crimen.
l sc. quo usa est prima nocte, indusium.

und die Tochter ist nit Jungfrau gefunden:

21. So sol man sie auß ihres Vatters Hauß vor die Thür stossen/ und die Männer derselbigen Stadt sollen sie steinigen/ und sie sol sterben dan sie hat eine schändliche That in Israel begangen weil sie Unzucht getriben hat in ihres Vatters Hauß/ und du solst das Böß auß deinem Mittel hinweg thun.

III. 22. Wan ein Mann bey eines andern Weib schlafft/ so sollen sie beyde sterben/ nemlich der Ehebrecher / und die Ehebrecherin / und du solst das Böß auß Israel hinweg thun.

23. Wan ein Mann ihm eine junge Magd vermählet die eine Jungfrau ist / und einer in der Stadt sie findet/ und schlafft bey ihr:

24. So solst du sie beyde zum Thor derselbigen Stadt führen / und man sol sie mit Steinen zu todt werffen: die Magd/ weil sie nit geruffen hat/ da sie in der Stadt war: den Mann darum/ daß er seines Nächsten Weib ernidert hat / und solst das Böß auß deinem Mittel hinweg schaffen.

25. Wan aber ein Mann eine verlobte junge Magd auf dem Feld findet / und ergreifft sie/ und schlafft bey ihr/ so soll er allein sterben:

26. Die junge Magd sol nichts leyden sie ist deß Todts nit schuldig: dan gleichwie ein Mörder wider seinen Bruder auffstehet/ und tödtet seine Seel/ also hat auch die junge Magd gelitten.

27. Sie ist allein auf dem Feld gewesen/ und hat geruffen so war niemand da/ der sie errettete.

IV. 28. Wan ein Mann ein junge Magd findet/ die Jungfrau ist/ und keinem ehelich versprochen / und ergreifft sie / und schlaffet bey ihr / und die Sach kommt vor Gericht:

29. So sol derselbig/ der bey ihr geschlaffen hat/ der jungen Magd Vatter fünfftzig Sickels Silbers geben/ auch sol er sie zum Weib haben / weil er sie gedemüthiget hat: er sol sie alle die Tag seines Lebens nit von sich lassen mögen.

30. Niemand sol seines Vatters Weib nehmen/ und sol seine Deck nit aufdecken.

Das XXIII. Capitel.

I. Was für Leuth in den Tempel nit sollen eingelassen werden: als die Verschnittene/ die Ammoniter/ Moabiter/ rc. 1.

II. Das Lager sol man von aller Befleckung rein und sauber halten/ 10.

III. Hurerey sol vermitten werden/ 17.

IV. Die Hebreer sollen von ihrem Geschlecht kein Wucher nehmen/ 19.

V. Gelübd sollen unverzüglich entrichtet werden/ 21.

I. EIn verschnittener Mann / dem seine Mannschafft zerbrochen / oder ab- oder außge-

non est in puella inventa virginitas:

21. ejicient eam extra fores domûs patris sui , & lapidibus obruent viri civitatis illius , & morietur : quoniam fecit nefas in Israel , ut fornicaretur in domo patris sui : & auferes malum de medio tui.

III. 22. *m* Si dormierit vir cum uxore alterius , uterque morietur , id est , adulter & adultera: & auferes malum de Israel. *m Lev. 20. 10.*

23. Si puellam virginem desponderit vir, & invenerit eam aliquis in civitate, & concubuerit cum ea,

24. educes utrumque ad portam civitatis illius, & lapidibus obruentur: puella , quia non clamavit, cùm esset in civitate : vir, quia humiliavit uxorem proximi sui : & auferes malum de medio tui.

25. Sin autem in agro repererit vir puellam, quæ desponsata est,& apprehendens concubuerit cum ea , ipse morietur solus:

26. puella nihil patietur , nec est rea mortis : quoniam sicut latro consurgit contra fratrem suum , & occidit animam ejus, ita & puella perpessa est.

27. Sola erat in agro : clamavit *n*, & nullus affuit qui liberaret eam. *n i. præsumendum est clamasse*

IV. 28 Si invenerit vir puellam virginem , quæ non habet sponsum , & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad judicium venerit:

29. *o* dabit qui dormivit cum ea, patri puellæ quinquaginta siclos argenti, & habebit eam uxorem, quia humiliavit illam: non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ suæ. *o Exod. 22. 16.*

30. Non accipiet homo uxorem patris sui, nec revelabit operimentum ejus.

CAPUT XXIII.

I. De arcendis vel admittendis in Ecclesiam Dei: 1.

II. Idumæus & Ægyptius non sunt abjiciendi: de pollutione nocturna, & de loco ad necessaria naturæ deputando: de servo fugitivo, 10.

III. de fugienda fornicatione, mercede prostibuli, 17.

IV. de fugienda usura erga fratres, 19.

V. de voto, de vinea & segete proximi. 21.

I. NOn intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis & abscisso ve- *Eodem An. 2553.*

retro, Eccleſiam Domini *a*.

2. Non ingredietur mamzer, hoc eſt, de ſcorto natus, in eccleſiam Domini *b*, uſque ad decimam generationem.

3. *c* Ammonites & Moabites etiam poſt decimam generationem non intrabunt eccleſiam Domini, in æternum *d*:

4. quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via quando egreſſi eſtis de Ægypto: & *e* quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Meſopotamia Syriæ, ut malediceret tibi:

5. & noluit Dominus Deus tuus audire Balaam, vertitque maledictionem ejus in benedictionem tuam, eò quòd diligeret te.

6. Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in ſempiternum.

7. Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus eſt: nec Ægyptium, quia advena fuiſti in terra ejus.

8. Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in eccleſiam Domini.

9. Quando egreſſus fueris adverſus hoſtes tuos in pugnam, cuſtodies te ab omni re mala.

II. 10. Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus ſit ſomnio, egredietur extra caſtra:

11. & non revertetur, priusquam ad veſperam lavetur aquâ *f*: & poſt ſolis occaſum regredietur in caſtra.

12. Habebis locum extra caſtra, ad quem egrediaris ad requiſita naturæ,

13. gerens paxillum in balteo: cúmque ſederis, fodies per circuitum, & egeſta humo operies

14. quo relevatus es (Dominus enim Deus tuus ambulat in medio caſtrorum, ut eruat te, & tradat tibi inimicos tuos) & ſint caſtra tua ſancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te.

15. Non trades ſervum Domino ſuo *g*, qui ad te confugerit *h*.

16. Habitabit tecum in loco, qui ei placuerit, & in una urbium tuarum requieſcet: ne contriſtes eum.

III. 17. Non erit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator de filiis Iſrael.

a ſc. ducens uxorem, quia ineptus eſt ad generandum
b ſc. ut ducat Iſraelitidem
c 2. *Eſdr.* 13. 1.
d ſc. ut Iſraelitidem ducant.
e *Num.* 22. 5. *Ioſ.* 24. 9.
f i. expiatoria.
g i. gentili
h ſc. ut fiat proſelytus. *Aug. q.* 37. *in Deut*

ſchnitten iſt/ ſol in die Gemein deß HErrn nit kommen.

2. Ein Baſtart/ das iſt einer Huren Sohn/ ſol auch biß ins zehende Geſchlecht in die Gemein deß HErrn nit kommen.

3. Ein Ammoniter und Moabiter ſol auch nach dem zehenden Geſchlecht in die Gemein deß HErrn nit kommen/ ja nimmer biß in Ewigkeit:

4. Darum/ daß ſie euch auf dem Weeg nit haben entgegen kommen wollen mit Waſſer und Brod/ da ihr auß Egypten zoget: und daß ſie Balaam/ den Sohn Beor/ auß Meſopotamia in Syrien wider dich gedingt haben/ dich zu verfluchen.

5. Und der HErr dein GOtt hat den Balaam nit hören wollen/ und hat ſeinen Fluch in deinen Seegen verwandlet/ darum/ daß er dich lieb hatte.

6. Du ſolſt mit ihnen keinen Frid machen/ noch ihren Nutz ſuchen alle die Tag deines Lebens biß in Ewigkeit.

7. Vom Edomiter ſolſtu kein Abſcheuē tragen/ dan er iſt dein Bruder: auch nit vom Egypter/ dan du biſt in ſeinem Land ein Frembdling geweſen/

8. Welche von ihnen gebohren werden/ die ſollen im dritten Geſchlecht in die Gemein deß HErrn kommen.

9. Wan du wider deine Feind zum Streit außziehen wirſt/ ſo ſolſt du dich hüten vor allen böſen Dingen.

II. 10. Iſt ein Menſch unter euch/ der bey der Nacht im Traum iſt verunreiniget worden/ der ſol auß dem Lager gehen/

11. Und nit widerkommen/ er hab ſich dan zuvor auf den Abend mit Waſſer gewaſchen: und alsdan ſol er nach der Sonnen Untergang widerum ins Lager kommen.

12. Du ſolſt auſſer dem Lager ein Ort haben/ dahin du außgeheſt zu Nothdurfft der Natur:

13. Auch ſolſtu ein Schäuffelein am Gürtel tragē/ und wan du dich ſetzeſt/ ſolſtu in die Rund graben/ und mit Erden/ die außgegraben iſt/ bedecken/

14. Davon du biſt erleichtert worden (dan der HErr dein GOtt wandelt mitten im Lager/ daß er dich errette/ und dir deine Feind übergebe) damit dein Lager heilig ſey/ und nichts Unflätigs darinn geſehen werde/ und er dich nit verlaſſe.

15. Einen Knecht/ der zu dir geflohen iſt/ ſolſt du ſeinem Herrn nit übergeben.

16. Er ſol bey dir wohnen an dem Ort/ da es ihm gefällt/ und ſol in einer von deinen Städten ruhen: und du ſolſt ihn nit betrüben.

III. 17. Es ſol keine Hur ſeyn von den Töchtern Iſrael/ auch kein Hurer von den Söhnen Iſrael.

18. Hurenlohn/ und den Werth eines Hunds solst du in dem Hauß deß HErrn/ deines GOttes nit opffern/ was es auch ist/ das du gelobt hast: dan beyds ist ein Greul bey dem HErrn deinem GOtt.

IV. 19. Du solst deinem Bruder weder Geld/ noch Frücht/ noch einig ander Ding auf Wucher leihen:

20. Sondern einem Frembden. Was aber dein Bruder bedarff/ das solst du ihm ohn Wucher fürstrecken: damit dich der HErr dein GOtt segne in allem deinem Werck/ in dem Land/ dahin du kommen wirst/ dasselbig zu besitzen.

V. 21. Wan du dem HErrn deinem GOtt ein Gelübd gethan hast/ so solst du dich nit saumen dasselbig zu bezahlen: dan der HErr dein GOtt wirds fordern/ und wan du es verziehest/ das wird dir zur Sünd gerechnet werden.

22. Wilst du nichts geloben/ so bist du ohn Sünd:

23. Was aber einmal auß deinen Lippen gangen ist das solst du halten und thun/ wie du dem HErrn deinem GOtt verheissen/ und auß deinem eigenen Willen mit deinem Mund geredt hast.

24. Wan du in deines Nächsten Weinberg gehest/ so magst du so vil Trauben essen/ als dir gefällt: aber du solst nichts mit dir hinauß tragen.

25. Komstu in die Saat deines Freunds/ so magst du die Aehren abbrechen/ und mit der Hand zerreiben: aber mit der Sichel solst du nichts abschneiden.

Das XXIV. Capitel.

I. Der Scheidbrieff wird den Juden zugelassen/ 1.
II. Von Pfandschillingen/ sonderlich der Armen/ 6.
III. Dem Arbeiter sol man den Lohn geben/ 14.

1. WAn ein Mensch ein Weib nimmt/ und hat sie bey sich/ und sie findet keine Gnad vor seinen Augen/ wegen einiger Unsauberkeit/ so sol er einen Scheidbrieff schreiben/ und ihr denselben in ihre Hand geben/ und sie auß seinem Hauß lassen gehen.

2. Wan sie nun außgangen ist/ und nimmt einen andern Mann/

3. Und derselbig hasset sie auch/ und gibt ihr einen Scheidbrieff/ und lasset sie auß seinem Hauß gehen/ oder auch würde sterben:

4. So kan sie der erste Mann nit widerum zum Weib nehmen: dan sie ist unrein und abscheulich worden vor dem HERRN: damit du dein Land nit sündigen machest/ das dir der HERR dein GOTT zu besitzen geben wird.

18. Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis *i*, in domo Domini Dei tui, quidquid illud est quod voveris: quia abominatio est utrumque apud Dominum Deum tuum.

i sc. venditi est enim animal palam lasciviens.

IV. 19. Non fœnerabis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem:

20. sed alieno *k*. Fratri autem tuo absque usura, id quo indiget, commodabis: ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo in Terra, ad quam ingredieris possidendam.

k videtur id licuisse sc. in punitionem gentilium.

V. 21. Cùm votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus: & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum.

22. Si nolueris polliceri, absque peccato eris.

23. Quod autem semel egressum est de labiis tuis, observabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es.

24. Ingressus vineam proximi tui *l* comede uvas quantum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum.

25. Si intraveris *m* in segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres: falce autem non metes.

l sc. ad vindemiandum mercede conductus.
m sc. conductus

CAPUT XXIV.

I. Libellus repudii permittitur: 1.
II. De misericordia in debitores pauperes: 6.
III. Non neganda merces: de judicio advenæ & pupilli, de reliquiis messis ac vindemiæ. 14.

1. SI *a* acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non invenerit gratiam ante oculos ejus propter aliquam fœditatem: scribet *b* libellum repudii, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua.

Eodem An. 2553.
a Matt. 5. 32. & 19. 7 *Marc.* 10. 4
b non dicit quidem licere, sed jubet, ne dimittatur sine libello.

2. Cúmque egressa alterum maritum duxerit,

3. & ille quoque oderit eam, dederítque ei libellum repudii, & dimiserit de domo sua, vel certè mortuus fuerit:

4. non poterit prior maritus recipere eam in uxorem: quia polluta est *c*, & abominabilis facta est coram Domino: ne peccare facias Terram tuam, quam Dominus Deus tuus tradiderit tibi possidendam.

c sc. concubitu secundi viri: hinc arguunt non licuisse secundò nubere.

5. Cùm acceperit homo nuper uxorem, non procedet ad bellum, nec ei quippiam necessitatis injungetur publicæ, sed vacabit absque culpa domi suæ, ut uno anno lætetur cum uxore sua.

II. 6. Non accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam: quia animam suam opposuit tibi.

7. Si deprehensus fuerit homo solicitans fratrem suum de filiis Israel, & vendito eo acceperit pretium, interficietur, & auferes malum de medio tui.

8. Observa diligenter ne incurras *d* plagam lepræ, sed facies quæcumque docuerint te sacerdotes Levitici generis, juxta id quod præcepi eis, & imple solicitè.

9. Mementote quæ fecerit Dominus Deus vester Mariæ in via cùm egrederemini de Ægypto.

10. Cùm repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredièris domum ejus ut pignus auferas:

11. *e* sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit:

12. sin autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus,

13. sed statim reddes ei ante solis occasum: ut dormiens in vestimento suo, benedicat tibi, & habeas justitiam coram Domino Deo tuo.

III. 14. *f* Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, sive advenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est:

15. sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam: ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum:

16. *g* Non occidentur patres pro filiis: nec filii pro patribus, sed unusquisque pro peccato suo morietur *h*.

17. Non pervertes judicium advenæ & pupilli, nec auferes pignoris loco viduæ vestimentum.

18. Memento quòd servieris in Ægypto, & eruerit te Dominus Deus tuus inde. Idcircò præcipio tibi ut facias hanc rem.

d divina ultione infligendam, si superioribus maximè sacerdotibus non obtemperes, ut contigit Mariæ. *Num.* 12. v. 10. Oziæ regi. 2. Par. 26. quod vel maximè de spirituali lepra, seu hæresi verum est.

e *Exod.* 22. 26.

f *Lev.* 19. 13. *Tob.* 4. 15.

g 4. *Reg.* 14. 6. 2. *Par.* 25. 4. *Ezech.* 18. 20.

h i. occidetur judicis sententia.

5. Wan ein Mensch neulich ein Weib genommen hat/ so sol er nit zum Krieg außziehen/ man sol ihm auch nichts auflegen/ was zu gemeiner Nothdurfft gehöret; sondern er sol frey von Geschäfften unverweißlich in seinem Hauß bleiben/ damit er sich ein Jahrlang mit seinem Weib erfreue.

II. 6. Du solst den unteren und obern Mühlstein nit zu Pfand nehmen / dan er hat dir seine Seel versetzt.

7. Wan ein Mensch befunden wird / der seinem Bruder von den Kindern Israel nachstellet / und verkaufft ihn/ und nimmt den Werth dafür/ den sol man tödten / und solst das Böß auß deinem Mittel hinweg nehmen.

8. Hüte dich mit Fleiß / daß die Plag deß Außsatzes nit über dich komme/ du solst aber alles thun/ was dich die Priester deß Levitischen Geschlechts lehren/ nachdem/ das ich ihnen befohlen hab / erfülle es mit Sorgen.

9. Gedencket daran/ was der HErr euer GOtt Mariä gethan hat auf dem Weeg / da ihr auß Egypten zoget.

10. Wan du von deinem Nächsten etwas widerum foderst/ das er dir schuldig ist/ so solstu in sein Hauß nit gehen/ ein Pfand hinweg zu nehmen;

11. Sondern du solst draussen stehen/ und er sol dir hervor tragen/ was er hat.

12. Ist er aber arm / so sol das Pfand bey dir nit übernachten;

13. Sondern du solst es ihm alsbald widergeben vor der Sonnen Nidergang: auf daß er dich seegne/ wan er in seinem Kleyd schlaffet / und du Gerechtigkeit habest vor dem HErrn deinem Gott.

III. 14. Du solst deinem dürfftigen und armen Bruder seinen Lohn nit enthalten / auch nit dem Einkömmling/ der mit dir im Land wohnet / und innerhalb deinen Thoren ist;

15. Sondern du solst ihm an demselben Tag vor der Sonnen Untergang den Lohn seiner Arbeit geben: dan er ist arm / und erhält damit seine Seel/ auf daß er nit wider dich zum HErrn ruffe / und es werde dir zur Sünd gerechnet.

16. Die Vätter sollen nit für die Kinder getödtet werden/ noch die Kinder für die Vätter/ sonder ein jeglicher sol für seine Sünd sterben.

17. Du solst das Recht deß Einkömmlings und Waisen nit verkehren / noch einer Wittwen das Kleyd zum Pfand hinweg nehmen.

18. Gedenck/ daß du in Egypten ein Knecht gewesen bist/ und daß dich der HErr dein GOtt von dannen erlöset hat. Darum befehle ich dir/ daß du diß thuest.

19. Wan du auf deinem Acker die Frucht abgemähet hast/ und hast eine Garb vergessen und ligen lassen/ so solst du nit widerkommen/ dieselbige hinweg zu nehmen/ sondern solst gestatten / daß der Einkömmling/ und der Waiß / und die Wittwe dieselbige hinweg tragen: damit dich der HErr dein GOtt seegne in allen Wercken deiner Handen.

20. Wan du die Frücht der Oelbäumen samlest/ so solstu nit widerkommen/ das zu sammlen / was auf den Bäumen bliben ist: sondern das solstu dem Einkömmling/ dem Waisen/ u. der Wittwen lassen.

21. Wan du deinen Weinberg gelesen hast/ so solstu die überbliebene Träublein nit samlen/ sonder die sollen dem Einkömmling/ und dem Waisen/ und der Wittwen zum Gebrauch heimfallen.

22. Gedenck/ daß du auch ein Knecht in Egypten gewesen bist/ und darum befehle ich dir/ daß du diß thust.

Das XXV. Capitel.

I. Die Richter sollen Recht sprechen/ 1.

II. Einem Ochsen/ so das Korn außtritt / sol man das Maul nit zubinden / und ein Bruder soll deß andern / wan er ohn Erben gestorben/ Weib heyrathen/ 4.

LIBER JOSUE, HEBRAICE JEHOSUA.

CAPUT I.

I. Josue confortatus à Domino monet populum, ut se ad Jordanis transitum præparent; 1.

II. Tribus autem Ruben, Gad, & dimidiam Manasse, ut fratres ad promissam Terram deducant. 12.

Et factum est post mortem Moysi servi Domini, ut loqueretur Dominus ad Josue filium Nun, ministrum Moysi, & diceret ei: Anno M. 2553. dimidiato, ante Christum 1451. mense 1. anni 41. ab exitu.
2. Moyses servus meus mortuus est: surge, & transi Jordanem istum tu, & omnis populus tecum, in Terram, quam ego dabo filiis Israel.
3. *a* Omnem locum, quem calcaverit vestigium pedis vestri, vobis tradam, sicut locutus sum Moysi. *a Deut.* 11. 24.
4. A deserto & Libano usque ad fluvium magnum Euphraten, omnis terra Hethæorum usque ad mare magnum contra solis occasum erit terminus vester.
5. Nullus poterit vobis resistere cunctis diebus vitæ tuæ: *b* sicut fui cum Moyse, ita ero tecum: non dimittam, nec derelinquam te. *b Infr.* 3. 7. *Hebr.* 13. 5.
6. *c* Confortare, & esto robustus: tu *c Deut.* 31. 7. & 23. 3. *Reg.* 2. 2.

tu enim sorte divides populo huic Terram, pro qua juravi patribus suis, ut traderem eam illis.

7. Confortare igitur, & esto robustus valdè: ut custodias, & facias omnem legem, quam præcepit tibi Moyses servus meus: ne declines ab ea ad dexteram vel ad sinistram, ut intelligas cuncta quæ agis.

8. Non recedat volumen legis hujus ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut custodias & facias omnia quæ scripta sunt in eo: tunc diriges *d* viam tuam, & intelliges eam.

d prospera bis.

9. Ecce præcipio tibi, confortare, & esto robustus. Noli metuere, & noli timere: quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcumq; perrexeris.

10. Præcepítque Josue principibus populi, dicens: Transite per medium castrorum, & imperate populo, ac dicite:

11. Præparate vobis cibaria *e*: quoniam post diem tertium *f* transibitis Jordanem, & intrabitis ad possidendam Terram, quam Dominus Deus vester daturus est vobis.

e sc. Manna, quod non dum cessaverat.

f q. d. post paucos dies.

II. 12. Rubenitis quoque & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse ait:

13. Mementote sermonis, quem præcepit vobis Moyses famulus Domini, dicens: Dominus Deus vester dedit vobis requiem, & omnem terram.

14. *g* Uxores vestræ, & filii, ac jumenta manebunt in Terra, quam tradidit vobis Moyses trans Jordanem: vos autem transite armati ante fratres vestros, omnes fortes manu, & pugnate pro eis,

g Num. 32. 26.

15. donec det Dominus requiem fratribus vestris sicut & vobis dedit, & possideant ipsi quoque Terram, quam Dominus Deus vester daturus est eis: & sic revertemini in Terram possessionis vestræ, & habitabitis in ea, quam vobis dedit Moyses famulus Domini trans Jordanem contra *h* solis ortum.

h id est ad.

16. Responderúntque ad Josue, atque dixerunt: Omnia, quæ præcepisti nobis, faciemus: & quocumque miseris, ibimus.

17. Sicut obedivimus in cunctis Moy-

disem Volck das Land mit dem Loß außtheilen/ darüber ich ihren Vättern geschworen hab/ daß ich es ihnen geben wolt.

7. Derwegen sey gehertzt und stärcke dich sehr/ damit du das gantz Gesatz haltest/ und thust/ was dir Moyses mein Knecht befohlen hat: davon solst du nit abweichen weder zur Rechten/ noch zur Lincken/ damit du verstehest alles/ was du thust.

8. Du solst das Buch dises Gesatzes von deinem Mund nit abweichen lassen; sondern Tag und Nacht deine Betrachtung darin haben/ damit du alles haltest/ und thust/ was darin geschriben ist: alsdan wirst du deinen Weeg richten/ und wohl verstehen.

9. Sihe/ ich befehle dir/ sey wohlgehertzt/ und starck. Förcht dir nit/ und sey nit zaghafft: dan der HErr dein GOtt ist mit dir in allem/ wohin du gehen wirst.

10. Und Josue befahl den Fürsten deß Volcks/ und sprach: Gehet mitten durchs Lager/ und gebietet dem Volck/ und saget:

11. Bereitet euch Speiß: dan nach dreyen Tagen werdet ihr über den Jordan kommen/ und hinein ziehen/ das Land zu besitzen/ das euch der HERR euer GOTT geben wird.

II. 12. Auch sprach er zu den Rubenitern/ und Gaditern/ und zu dem halben Stamm Manasse:

13. Gedencket an die Wort/ so euch Moyses/ der Knecht deß HErrn befohlen hat/ da er sprach: Der HErr euer GOtt hat euch Ruh geben/ und das gantze Land.

14. Eure Weiber/ und Kinder samt dem Vieh sollen in dem Land bleiben/ das euch Moyses über dem Jordan eingeben hat: Ihr aber sollet vor euren Brüdern gewaffnet herziehen/ alle die starck von Händen seynd/ und sollet für sie streiten/

15. Biß daß der HErr euren Brüdern Ruh gebe/ wie er sie dan euch gegeben hat/ und sie auch das Land besitzen/ das ihnen der HErr euer GOtt geben wird: und alsdan sollet ihr in das Land eures Erbtheils widerkehren/ und darin wohnen/ das euch Moyses/ der Diener deß HErrn jenseit deß Jordans gegen Aufgang der Sonnen eingeraumet hat.

16. Und sie antworteten dem Josue/ und sprachen: Wir wollen alles thun/ was du uns befohlen hast: und wo du uns hinsenden wirst/ da wollen wir hinziehen.

17. Gleichwie wir Moysi in allen Dingen gehor-

horsam gewesen seynd / also wollen wir dir auch gehorsam seyn: Der HErr dein GOtt sey nur mit dir / wie er mit Moyse gewesen ist.

18. Wer deinem Mund widerspricht / und nit allen Worten gehorchet / die du ihm gebietest / der sol sterben: sey du nur wohlgemuth / und handle männlich.

Das II. Capitel.

I. Die in die Stadt Jericho geschickte Außspäher werden von Rahab verborgen / 4.
II. Sie versprechen ihrem gantzen Geschlecht zu verschonen / und kehren unverletzt ins Lager / 14.

I. 1. DErwegen schickte Josue / der Sohn Nun / von Setim zween Männer in geheim auß auf Kundschafft / und sprach zu ihnen: Ziehet hin / und beschauet das Land / und die Stadt Jericho. Sie zogen fort / und kamen in das Hauß eines gemeinen Weibs / so Rahab genannt war / und ruheten bey ihr.

2. Und es ward dem König zu Jericho angezeiget / und gesagt: Sihe / es seynd Männer von den Kindern Israel bey der Nacht herein kommen / das Land zuverkundschafften.

3. Und der König zu Jericho schickte zu der Rahab / und sprach: Führe die Männer herauß / welche zu dir kommen / und zu deinem Hauß eingezogen seynd: dan es seynd Kundschaffter und seynd kommen / das gantze Land zuverkundschafften.

I. 4. Und das Weib nam die Männer / und verbarg sie / und sprach: Ich bekenne / sie seynd zu mir kommen / aber ich hab nit gewust / von wannen sie wären:

5. Da man nun das Thor schloß im finstern / giengen sie auch zugleich hinauß / ich weiß aber nit / wohin sie gangen seynd: jaget ihnen eylends nach / so werdet ihr sie ergreiffen.

6. Aber sie ließ die Männer auf den Söller ihres Hauß gehen / und bedeckte sie mit Stopplen von Flachs / so daselbst waren.

7. Die jenige aber / welche außgeschickt waren / folgeten ihnen nach auf dem Weeg / der zum Furt deß Jordans führet / und nachdem sie außgangen / ward alsbald das Thor geschlossen.

8. Und die verborgen lagen / waren noch nit entschlaffen. Und sihe / das Weib kam hinauf zu ihnen / und sprach:

9. Ich weiß / daß der HErr euch das Land gegeben hat: dan euer Schröcken hat uns überfallen / und allen Inwohnern deß Lands ist das Hertz entsuncken.

10. Wir haben gehöret / daß der HErr das Wasser deß rothen Meers zu eurem Eingang hat

si, ita obediemus & tibi: tantùm sit Dominus Deus tuus tecum, sicut fuit cum Moyse.

18. Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus, quos præceperis ei, moriatur: tu tantùm confortare, & viriliter age.

CAPUT II.

I. Missi exploratores in urbem Jericho, à Rahab meretrice occultantur; 4.
II. Et promissa illi misericordia, à morte liberantur. 14.

1. MIsit igitur Josue filius Nun de Setim duos viros exploratores in abscondito: & dixit eis: Ite, & considerate Terram, urbémque Jericho. Qui pergentes ingressi sunt domum mulieris meretricis, nomine Rahab, & quieverunt apud eam. — Eodem anno 2553. mense 1. anni 41. ab exitu.

2. Nuntiatúmque est regi Jericho, & dictum: Ecce viri ingressi sunt huc per noctem de filiis Israel, ut explorarent Terram.

3. Misitque rex Jericho ad Rahab, dicens: Educ viros, qui venerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam: exploratores quippe sunt, & omnem Terram considerare venerunt.

I. 4. *a* Tollénsque mulier viros, abscondit, & ait: Fateor, venerunt ad me, sed nesciebam unde essent: — *a Infr. 6. 17.* Etsi Rahab per quatuor officiosa mendacia venialiter peccarit; per opera tamen fidei, charitatis, obedientiæ & piæ fortitudinis justificata est *Hebr. 11. 31. Jacob. 2. 25.*

5. cúmque porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, nescio quò abierunt: persequimini citò, & comprehendetis eos.

6. Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domûs suæ, operuítque eos stipulâ lini, quæ ibi erat.

7. Hi autem qui missi fuerant, secuti sunt eos per viam quæ ducit ad vadum Jordanis: illísque egressis statim porta clausa est.

8. Necdum obdormierant qui latebant, & ecce mulier ascendit ad eos, & ait:

9. Novi quòd Dominus tradiderit vobis Terram: etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores Terræ.

10. Audivimus quòd *b* siccaverit Dominus aquas Maris rubri ad vestrum introi- — *b Exod. 14. 21.*

troi

troitum, quando egressi estis ex Ægypto: *c* & quæ feceritis duobus Amorrhæorum regibus qui erant trans Jordanem, Sehon & Og, quos interfecistis.

c Num. 21. 24.

11. Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum: Dominus enim Deus vester, ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum.

12. *d* Nunc ergo jurate mihi per Dominum, ut quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos faciatis cum domo patris mei: detisque mihi verum *e* signum,

d Infr. 6. 22.

e Chald. veritatis.

13. ut salvetis patrem meum & matrem, fratres ac sorores meas, & omnia quæ illorum sunt, & eruatis animas nostras à morte.

II. 14. Qui responderunt ei: Anima nostra sit pro vobis in mortem *f* si tamen non prodideris nos: cúmque tradiderit nobis Dominus terram, faciemus in te misericordiam & veritatem.

f q. d. pereamus, nisi fecerimus.

15. Demisit ergo eos per funem de fenestra: domus enim ejus hærebat muro:

16. Dixitque ad eos: Ad montana conscendite, ne fortè occurrant vobis revertentes: ibíque latitate tribus diebus, donec redeant, & sic ibitis per viam vestram.

17. Qui dixerunt ad eam: Innoxii erimus à juramento hoc *g*, quo adjurasti nos:

g q. d. quia servabimus.

18. si ingredientibus nobis Terram, signum fuerit funiculus iste coccineus, & ligaveris eum in fenestra, per quam demisisti nos: & patrem tuum ac matrem, fratrésque & omnem cognationem tuam, congregaveris in domum tuam.

19. Qui ostium domûs tuæ egressus fuerit, sanguis ipsius erit in caput ejus *h*, & nos erimus alieni *i*. Cunctorum autem sanguis, qui tecum in domo fuerint, redundabit in caput nostrum, si eos aliquis tetigerit.

h i. erit sibi ipsi causa mortis.
i à culpa.

20. Quòd si nos prodere volueris, & sermonem istum proferre in medium, erimus mundi *k* ab hoc juramento, quo adjurasti nos.

k immunes, quia non tenebimur.

vertrocknen lassen / da ihr auß Egypten kommen seyd: auch was ihr den beyden Königen der Amorrhiter gethan habt welche jenseit deß Jordans waren / nemlich dem Sehon und Og / die ihr habt erwürget.

11. Und da wir solches gehöret / haben wir uns sehr geforchten / und ist unser Hertz Krafftloß worden / ja der Athem ist in uns nit bliben zu eurem Einzug: dan der HErr euer GOtt / der ist GOtt im Himmel droben / und hieunten auf Erden.

12. Darum so schwöret mir jetzt bey dem HErrn / daß gleich wie ich mit euch Barmhertzigkeit gethan hab/ihr auch also thut mit meines Vatters Hauß / und mir ein warhafftiges Zeichen gebet /

13. Daß ihr meinen Vatter / und Mutter / meine Brüder / und Schwester / und alles was ihr ist / erhalten wollet / und unsere Seelen vom Tod erretten.

II. 14. Und sie antworteten ihr: Unsere Seel sol für euch deß Tods seyn; wofern du uns nit wirst verrathen: und wan uns der HErr das Land geben wird/so wollen wir Barmhertzigkeit und Warheit an dir thun.

15. Also ließ sie selbe mit einem Seil hinab auß dem Fenster: dan ihr Hauß war gleich an der Stadtmauer.

16. Und sie sprach zu ihnen: Gehet hinauf auf das Gebirg / damit sie euch villeicht nit im widerkehren begegnen / und verberget euch daselbst drey Tag lang / biß sie widerum kommen / darnach ziehet eurer Strassen.

17. Und sie sprachen zu ihr: Wir wollen unschuldig seyn dises Eyds halben / damit du uns beschworen hast:

18. Wofern bey unserm Einzug diß rothe *a* Seil zum Zeichen seyn wird / und du dasselbig an das Fenster binden wirst / dadurch du uns herab gelassen hast: wofern du auch deinen Vatter / und deine Mutter / auch deine Brüder / und alle deine Verwandte in dein Hauß wirst versammlen:

19. Wer alsdan auß der Thür deines Hauß herauß gehet / dessen Blut sol auf sein Haubt kommen / und wir wollen unschuldig seyn. Aber das Blut aller deren/welche mit dir im Hauß seyn werden / sol auf unser Haubt kommen / wo sie jemand wird anrühren.

20. Im Fall du uns auch wirst verrathen wollen / und dise Red unter die Leut bringen / so wollen wir frey seyn von disem Eyd, damit du uns hast beschworen.

a rosenfarbe

21. Und sie antwortete: Wie ihr geredet habt/ also geschehe es. Und sie ließ sie von sich/ daß sie fort reiseten/ und henckte das rothe Seil in das Fenster.

22. Sie aber reiseten hin/ und kamen auf das Gebirg/ und bliben allda drey Tag lang/ biß die widerum zuruck gezogen waren/ die sie verfolget hatten: dan sie hatten sie auf allen Weegen gesucht/ und hatten sie nit gefunden.

23. Da sie nun in die Stadt kommen waren/ kehreten die Kundschaffter auch wider/ und giengen vom Berg herunter/ und zogen über den Jordan/ und kamen zu Josue/ dem Sohn Nun/ und erzehleten ihm alles/ was ihnen begegnet war/

24. und sprachen: Der HErr hat das gantze Land in unsere Hånd übergeben/ und alle seine Innwohner seynd mit Forcht zu Boden geschlagen.

21. Et illa respondit: Sicut locuti estis, ita fiat: dimittensque eos ut pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra.

22. Illi verò ambulantes pervenerunt ad montana, & manserunt ibi tres dies, donec reverterentur qui fuerant persecuti: quærentes enim per omnem viam, non repererunt eos.

23. Quibus urbem ingressis, reversi sunt, & descenderunt exploratores de monte: &, transmisso Jordane, venerunt ad Josue filium Nun, narraverúntque ei omnia quæ acciderant sibi.

24. atque dixerunt: Tradidit Dominus omnem terram hanc in manus nostras, & timore prostrati sunt cuncti habitatores ejus.

Das III. Capitel.

Israel gehet nach der Arch GOttes/ über den Jordan/ durch ein Wunderwerck/ 14.

1. Also machte sich Josue auf bey der Nacht/ und ruckte fort mit dem Lager: und sie zogen aus von Setim/ und kamen an den Jordan/ er und alle Kinder Israel: und bliben daselbst drey Tag lang.

2. Und da dieselbige verlauffen waren/ giengen Außruffer mitten durchs Lager/

3. Und fiengen an zu ruffen: Wan ihr sehen werdet die Arch deß Bunds deß HErrn eures GOttes/ und die Priester auß dem Stamm Levi sie tragen/ so sollet ihr euch aufmachen/ und folgen denen/ welche vor euch herziehen:

4. Aber zwischen euch und der Archen sol in die zwey tausend Elen raum seyn: damit ihr weit sehen könnet/ und den Weeg erkennen/ darauf ihr gehen sollet: dan ihr seyd zuvor durch denselben nit gangen: und hütet euch/ daß ihr nit zu der Arch nahet.

5. Und Josue sprach zu dem Volck: Heiliget euch/ dan morgen wird der HErr wunderliche Ding unter euch thun.

6. Und er sprach zu den Priestern: Hebet die Arch deß Bunds auf/ und gehet vor dem Volck her. Die thåten/ was befohlen war/ huben sie auf/ und giengen vor ihnen her.

7. Und der HErr sprach zu Josue: Heut wil ich anfahen/ dich vor dem gantzen Israel zuerhöhen/ damit sie wissen/ daß ich auch mit dir bin/ wie ich mit Moyse bin gewesen.

8. Aber gebiet du den Priestern/ welche die Arch

CAPUT III.

Siccatum Dei miraculo Jordanem populus transit. 14.

1. IGitur Josue de nocte *a* consurgens movit castra: egredientésque de Setim, venerunt ad Jordanem ipse & omnes filii Israel, & morati sunt ibi tres dies.

a Eodem anno & mense.

2. Quibus evolutis, transierunt præcones per castrorum medium,

3. & clamare cœperunt: Quando videritis arcam fœderis Domini Dei vestri, & sacerdotes stirpis Leviticæ portantes eam, vos quoque consurgite, & sequimini præcedentes:

4. sitque inter vos & arcam *b* spatium cubitorum duûm millium: ut procul videre possitis, & nosse per quam viam ingrediamini: quia priùs non ambulastis per eam: & cavete ne appropinquetis ad arcam.

b colligunt inde Doctores columnam nubis itineris ducem cessasse; mysticè in veri Josue seu JEsu Christi principatu nulla ampliùs nubes est vel caligo.

5. Dixitque Josue ad populum: Sanctificamini: cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia.

6. Et ait ad sacerdotes: Tollite arcam fœderis, & præcedite populum. Qui jussa complentes, tulerunt, & ambulaverunt ante eos.

7. Dixitque Dominus ad Josue: Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel: ut sciant quòd sicut cum *c* Moyse fui, ita & tecum sim.

c Sup. 1. 5

8. Tu autem præcipe sacerdotibus, qui

portant arcam fœderis, & dic eis: Cùm, ingreſſi fueritis partem aquæ Jordanis ſtate in ea.

9. Dixítque Joſue ad filios Iſrael: Accedite huc, & audite verbum Domini Dei veſtri.

10. Et rurſum: In hoc, inquit, ſcietis quòd Dominus Deus vivens in medio veſtri eſt, & diſperdet in conſpectu veſtro Chananæum & Hethæum, Hevæum & Pherezæum Gergeſæum quoque & Jebuſæum, & Amorrhæum.

d Act. 7. 45.

11. *d* Ecce, arca fœderis Domini omnis terræ antecedet vos per Jordanem.

12. Parate duodecim viros de tribubus Iſrael, ſingulos per ſingulas tribus.

13. Et cùm poſuerint veſtigia pedum ſuorum, ſacerdotes qui portant arcam Domini Dei univerſæ terræ, in aquis Jordanis, aquæ quæ inferiores ſunt, decurrent atque deficient: quæ autem deſuper veniunt, in una mole conſiſtent.

14. Igitur egreſſus eſt populus de tabernaculis ſuis, ut tranſiret Jordanem: & ſacerdotes, qui portabant arcam fœderis, pergebant ante eum.

e Die 10. menſis 1. (*Infr.* 4.19.) eodem videlicet, quo Agnus Paſchalis erat ſeligendus.

15. Ingreſſiſque eis Jordanem, *e* & pedibus eorum in parte aquæ tinctis (Jordanis autem ripas alvei ſui tempore *f* meſſis impleverat.)

f *Eccli.* 24. 36.

16. Steterunt aquæ deſcendentes in loco uno, & ad inſtar montis intumeſcentes apparebant procul ab urbe, quæ vocatur Adom uſque ad locum Sarthan: quæ autem inferiores erant, in Mare ſolitudinis (quod nunc vocatur mortuum) deſcenderunt, uſquequò omnino deficerent.

17. Populus autem incedebat contra Jericho: & ſacerdotes, qui portabant arcam fœderis Domini, ſtabant ſuper ſiccam humum in medio Jordanis accincti, omníſque populus per arentem alveum tranſibat *g*.

g Hoc eodem loco poſteà Joannes baptizavit puta in Bethabara ſeu Bethania *Joan* 1. 28.

CAPUT IV.

I. Duodecim lapides de Jordane ſiccato ad poſterorum memoriam colliguntur, 5.

II. Aliique duodecim in ipſo Jordanis alveo ſtatuuntur. 9.

deß Bunds tragen / und ſprich zu ihnen: Wan ihr in ein Theil deß Waſſers Jordans ſeyd hinein gangen / ſo ſtehet ſtill darinn.

9. Und Joſue ſprach zu den Kindern Iſrael: Kommet herzu / und höret das Wort deß HErrn eures GOttes.

10. Und abermahl: Dabey ſprach er / ſollet ihr erkennen / daß der HErr / der lebendige GOTT mitten unter euch iſt / und daß er vor eurem Angeſicht die Chananiter / und Hethiter / Heviter / und Phereziter / auch die Gergeſiter / und Jebuſiter / und Amorrhiter vertilgen werd.

11. Sihe / die Arch deß Bunds deß HErrn aller Welt / wird durch den Jordan / vor euch hergehen.

12. So bereitet nun zwölff Männer auß den Geſchlechten Iſrael / auß einem jeglichen Geſchlecht einen.

13. Und wan die Prieſter / welche die Arch deß HErrn deß GOttes aller Welt tragen / ihre Fußtritt in das Waſſer deß Jordans ſetzen / ſo wird das Waſſer / das unten iſt / hinflieſſen / und abnehmen / was aber von oben kommt / das wird auf einem Hauffen ſtehen bleiben.

14. Alſo zoge das Volck auß ſeinen Hütten / damit ſie über den Jordan giengen: und die Prieſter / welche die Arch deß Bunds trugen / giengen vor ihnen her.

15. Da ſie nun zum Jordan kommen waren / und ihre Füß in ein Theil deß Waſſers getuncket hatten (der Jordan aber hatte die Ufer ſeines Lauffs erfüllet zur Erndt Zeit)

16. Stunde das Waſſer / das von oben herab kam / an einem Ort ſtill / und ſchwall auf / gleichwie ein Berg / daß mans fern ſehen kunte / von der Stadt Adom genannt / biß zu dem Ort Sarthan: was aber unten war / das lieff hinab in das Meer der Wüſte (das man jetzt das todte Meer nennet) biß es gantz zerrunnen war.

17. Aber das Volck gieng hindurch gegen Jericho: und die Prieſter / ſo die Arch deß Bunds deß HErrn trugen / ſtunden umgürtet mitten im Jordan auf der trucknen Erden / und alles Volck gieng hindurch auf dem trucknen Grund.

Das IV. Capitel.

I. Zwölff Stein werden zur Gedächtnuß / auß dem Jordan herauß getragen / und in Galgala geſetzt / 5.

II. Andere zwölff werden mitten in dem Grund deß Jordans / da die Arch geſtanden / aufgerichtet / 9.

I. Nach=

1. NAchdem sie nun hindurch gangen waren / sprach der HErr zu Josue:

2. Erwähle zwölff Männer auß einem jeglichen Geschlecht einen:

3. Und gebiet ihnen / daß sie mitten auß dem Grund deß Jordans / da die Füß der Priester gestanden seynd / zwölff der allerhärtesten Steinen hinweg nehmen / welche ihr legen sollet an das Ort deß Lagers da ihr dise Nacht die Gezelt aufschlagen werdet.

4. Und Josue forderte zwölff Männer / die er auß den Kindern Israel erwöhlet hatte / auß einem jeglichen Geschlecht einen / und sprach zu ihnen:

I. 5. Gehet hin vor die Arch deß HERRN euers GOttes / mitten in den Jordan / und traget auf euren Achseln von dannen / ein jeglicher einen Stein / nach der Zahl der Kinder Israel:

6. Daß es zum Zeichen sey unter euch: und wan euch eure Kinder morgen fragen werden / und sagen: Was bedeuten dise Stein?

7. So sollet ihr ihnen antworten: Das Wasser deß Jordans gieng hinweg vor der Archen deß Bunds deß HERRN / als dieselbig hindurch gieng: darum seynd dise Stein gesetzt / den Kindern Israel zu einem ewigen Gedenck-Zeichen.

8. Also thäten die Kinder Israel / wie ihnen Josue befohlen hatte / und trugen zwölff Stein mitten auß dem Grund deß Jordans / wie ihm der HERR befohlen hatte / nach der Zahl der Kinder Israel / biß an das Ort / da sie ihr Lager schlugen / und setzten sie daselbst auf.

II. 9. Auch setzte Josue zwölff andere Stein mitten in den Grund deß Jordans / da die Priester gestanden seynd / welche die Arch deß Bunds trugen / und die seynd allda biß auf den heutigen Tag.

10. Aber die Priester / welche die Arch trugen / stunden mitten in dem Jordan / biß alles vollendet war / was der HERR Josue / dem Volck zuvermelden / befohlen / und Moyses ihm gesagt hatte. Und das Volck eilete / und gieng hindurch.

11. Und da sie alle hindurch gangen / da gieng auch die Arch deß HErrn hindurch / und die Priester zogen vor dem Volck her.

12. Auch die Kinder Ruben / und Gad / und der halbe Stamm Manasse / giengen gewaffnet her vor den Kindern Israel / wie ihnen Moyses befohlen hatte:

1. QUibus transgressis, dixit Dominus ad Josue:

2. Elige duodecim viros singulos per singulas tribus.

3. & præcipe eis, ut tollant de medio Jordanis alveo, ubi steterunt pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum, ubi fixeritis hac nocte tentoria.

4. Vocavítque Josue duodecim viros *a*, quos elegerat de filiis Israel, singulos de singulis tribubus,

a figurant 12. Apostolos.

I. 5. & ait ad eos: Ite ante arcam Domini Dei vestri ad Jordanis medium, & portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris, juxta numerum filiorum Israel,

6. ut sit signum *b* inter vos: & quando interrogaverint vos filii vestri cras *c*, dicentes: Quid sibi volunt isti lapides?

b sc. memoriale rei factæ.

c i. futuro tempore.

7. respondebitis eis: Defecerunt aquæ Jordanis ante arcam fœderis Domini, cùm transiret eum: idcircò positi sunt lapides isti in monumentum filiorum Israel usque in æternum.

8. Fecerunt ergò filii Israel sicut præcepit eis Josue, portantes de medio Jordanis alveo duodecim lapides *d*, ut Dominus ei imperarat, juxta numerum filiorum Israel, usque ad locum in quo castrametati sunt, ibíque posuerunt eos.

d hi mysticè designant 12. fidei articulos.

II. 9. Alios quoque duodecim lapides posuit Josue in medio Jordanis alveo, ubi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam fœderis: & sunt ibi usque in præsentem diem.

10. Sacerdotes autem, qui portabant arcam, stabant in Jordanis medio, donec omnia complerentur *e*, quæ Josue, ut loqueretur ad populum, præceperat Dominus *f*, & dixerat ei Moyses. Festinavítque populus, & transiit.

e sc. à Josue intra Jordanis alveum juxta sacerdotes & arcam consistente.

f Deut. 3. & 4.

11. Cúmque transissent omnes, transivit & arca Domini, sacerdotésque pergebant ante populum.

12. Filii quoque Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse, armati præcedebant filios Israel, *g* sicut eis præceperat Moyses:

g Num. 32. 28.

13. &

13. & quadraginta pugnatorum millia per turmas, & cuneos, incedebant per plana atque campestria urbis Jericho.

14. In die illo magnificavit Dominus Josue coram omni Israel, ut timerent eum, sicut timuerant Moysen, dum adviveret *h*.

h pro adhuc viveret.

15. Dixitque ad eum:

16. Præcipe sacerdotibus, qui portant arcam fœderis, ut ascendant de Jordane.

17. Qui præcepit eis, dicens: Ascendite de Jordane.

18. Cúmque ascendissent portantes arcam fœderis Domini, & siccam humum calcare cœpissent: reversæ sunt aquæ in alveum suum, & fluebant sicut antè consueverant.

19. Populus autem ascendit de Jordane, decimo die mensis primi *i*, & castrametati sunt in Galgalis contra Orientalem plagam urbis Jericho.

i sc. Nisan, qui respondet nostro Martio, interdum & Aprili.

20. Duodecim quoque lapides, quos de Jordanis alveo sumpserant, posuit Josue in Galgalis,

21. & dixit ad filios Israel: Quando interrogaverint filii vestri cras patres suos, & dixerint eis: Quid sibi volunt lapides isti?

22. docebitis eos, atque dicetis: Per arentem alveum transivit Israel Jordanem istum,

23. siccante Domino Deo vestro aquas ejus in conspectu vestro, donec transiretis:

24. *k* sicut fecerat priùs in mari rubro, quod siccavit donec transiremus:

k Exod. 14. 21.

25. ut discant omnes terrarum populi fortissimam Domini manum, ut & vos timeatis Dominum Deum vestrum omni tempore.

CAPUT V.

I. Terrentur Chananæi, circumcisio fit in Galgalis, & Phase celebratur; 3.
II. Deficit manna ubi de fructibus terræ edunt, 12.
III. Angelus Domini Josue apparet. 13.

1. POstquam ergo audierunt omnes reges Amorrhæorum, qui habitabant trans Jordanem ad Occidentalem plagam, & cuncti reges Chanaan, qui propinqua possidebant magni maris loca,

13. Und zogen viertzig tausend streitbare Mann/ nach ihren Schaaren/ und Rotten daher/ durch das flache und ebene Feld der Stadt Jericho.

14. An demselben Tag machte der HErr Josue groß vor dem gantzen Israel/ daß sie ihn förchten solten/ wie sie Moysen geforchten hatten/ da er im Leben war.

15. Und er sprach zu ihm:

16. Gebiet den Priestern/ so die Arch deß Bunds tragen/ daß sie herauf kommen auß dem Jordan.

17. Und er befahl es ihnen/ und sprach: Kommet herauf auß dem Jordan.

18. Da sie nun herauf kommen waren/ und trugen die Arch deß Bunds deß HErrn/ und fiengen an auf das truckne Land zu tretten/ da kam das Gewässer widerum in seinen Lauff/ und floß/ wie es zuvor hat pflegen zu thun.

19. Aber das Volck kam auß dem Jordan herauf am zehenden Tag deß ersten Monats/ und sie schlugen ihr Lager zu Galgalis/ gegen der Stadt Jericho über/ an der Seiten zum Aufgang.

20. Und Josue richtete zu Galgalis die zwölff Stein auf/ die sie auß dem Grund deß Jordans genommen hatten/

21. und sprach zu den Kindern Israel: Wann eure Kinder morgen ihre Vätter fragen werden und zu ihnen sagen:

22. Was bedeuten dise Stein? so sollet ihr sie berichten und sagen: Israel ist auf dem trucknen Grund durch disen Jordan gangen/

23. Nachdem der HErr euer GOtt sein Wasser vor eurem Angesicht so lang hinweg genommen/ biß daß ihr hindurch gangen seyd:

24. Wie er zuvor auch im rothen Meer gethan hatte/ das er außtrucknete/ biß wir hindurch giengen:

25. Daß alle Völcker auf Erden die allerstärckeste Hand deß HErrn erkennen lernen/ und daß ihr auch den HErrn euren GOtt förchtet zu allen Zeiten.

Das V. Capitel.

I. Die Beschneidung und Ostern wird in Galgala gehalten/ 3.
II. Das Manna höret auf/ da Israel geniesset von Früchten deß Lands Chanaan/ 12.
III. Ein gewaffneter Engel erscheinet dem Josue/ 13.

1. DA nun solches höreten alle König der Amorrhiter/ welche jenseit deß Jordans gegen Nidergang wohneten/ und alle König der Chananiter/ welche die nächste Oerter am grossen Meer inn hatten/ daß nemlich der HErr den Fluß deß

Jordans vor den Kindern Jsrael trucken gemacht hätte / biß sie hindurch gangen wären / entsanck ihnen das Hertz / und war kein Muth mehr in ihnen / so förchteten sie sich vor dem Einzug der Kinder Jsrael.

2. Zu derselbigen Zeit sprach der HErr zu Josue: Mache dir steinern Messer / und beschneide die Kinder Jsrael zum andern mahl.

I. 3. Er thäte / was der HErr befohlen hatte / und beschnitte die Kinder Jsrael auf dem Bühel der Vorhaut.

4. Diß ist aber die Ursach der andern Beschneidung: Alles Volck männlichs Geschlechts / das auß Egypten gangen war / alle streitbare Männer / seynd in der Wüst / wegen deß sehr langen Umziehens / auf dem Weeg gestorben /

5. Welche alle beschnitten waren. Aber das Volck / das in der Wüst gebohren ist /

6. Die viertzig Jahr lang / da sie in der sehr weiten Einöd herum reiseten / war unbeschnitten / biß die hinweg geraumet wurden / die deß HErrn Stimm nit gehöret hatten / und denen er zuvor geschworen hatte / daß er ihnen das Land nit zeigen wolte / das von Milch und Hönig fliesset.

7. Deren Kinder seynd an ihrer Vätter statt kommen / und von Josue beschnitten worden: dan sie hatten noch die Vorhaut / wie sie gebohren waren / und hatte sie niemand auf dem Weeg beschnitten.

8. Da sie nun alle beschnitten waren / bliben sie mit dem Lager an demselbigen Ort / biß sie heil wurden.

9. Und der HErr sprach zu Josue: Heut hab ich die Schmach Egypti von euch genommen. Und der Nam desselbigen Orts ward genannt Galgala / biß auf den heutigen Tag.

10. Und die Kinder Jsrael bliben zu Galgala / und hielten auf dem flachen Feld bey Jericho das Phase / am vierzehenden Tag deß Monats auf den Abend:

11. Und deß andern Tags assen sie von den Früchten deß Lands / ungesäurtes Brod / und geröstet Gerstenmehl von demselbigen Jahr.

II. 12. Und das Manna hörete auf / nachdem sie von den Früchten deß Lands gessen haben / und die Kinder Jsrael brauchten dise Speiß hinführo nit mehr / sondern assen von den Früchten deß Lands Chanaan vom gegenwärtigen Jahr.

III. 13. Als aber Josue im Feld der Stadt Jericho war / hub er seine Augen auf / und sahe einen Mann gegen ihm über stehen / der hatte ein blosses Schwerdt in der Hand / und er gieng zu ihm / und

quòd siccasset Dominus fluenta Jordanis coram filiis Israel donec transirent, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus, timentium introitum filiorum Israel.

2. Eo tempore *a* ait Dominus ad Josue: Fac tibi cultros lapideos *b*, & circumcide secundò filios Israel.

I. 3. Fecit quod jusserat Dominus, & circumcidit filios Israel in colle præputiorum *c*.

4. Hæc autem causa est seundæ circumcisionis: Omnis populus, qui egressus est de Ægypto generis masculini, universi bellatores viri, mortui sunt in deserto per longissimos viæ circuitus,

5. qui omnes circumcisi erant. Populus autem qui natus est in deserto,

6. per quadraginta annos itineris latissimæ solitudinis incircumcisus fuit: donec consumerentur qui non audierant vocem Domini, & quibus antè juraverat ut non ostenderet eis terram lacte & melle manantem.

7. Horum filii in locum successerunt patrum, & circumcisi sunt à Josue: quia sicut nati fuerant, in præputio erant, nec eos in via aliquis circumciderat.

8. Postquam autem omnes circumcisi sunt, manserunt in eodem castrorum loco, donec sanarentur.

9. Dixitque Dominus ad Josue: Hodie abstuli opprobrium *d* Ægypti à vobis. Vocatúmque est nomen loci illius Galgala *e*, usque in præsentem diem.

10. Manserúntque filii Israel in Galgalis, & fecerunt Phase, *f* quartadecimâ die mensis ad vesperum, in campestribus Jericho:

11. & comederunt *g* de frugibus Terræ die altero *h*, azymos panes, & polentam ejusdem anni.

II. 12. Defecítque manna *i* postquam comederunt de frugibus Terræ, nec usi sunt ultra cibo illo filii Israel, sed comederunt de frugibus præsentis anni Terræ Chanaan.

III. 13. Cum autem esset Josue in agro urbis Jericho, levavit oculos, & vidit virum stantem contra se, evaginatum tenentem gladium, perrexítque ad

a Dic, ut videtur, sequente, hoc est 11. mensis primi.
b Chald. acutos.
c sic dictus est locus postcà.
d sc. præputium.
e id est, oblatio.
f Die 14. mensis 1.
g postquam obtulissent primitias.
h i. postridie paschæ.
i Anno 2553. dimidiato.

ad eum, & ait: Noſter es, an adverſariorum?

14. Qui reſpondit: Nequaquam, ſed ſum princeps exercitûs Domini *k*, & nunc venio.

15. Cecidit Joſue pronus in terram. Et adorans ait: Quid Dominus meus loquitur ad ſervum ſuum?

16. *l* Solve, inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis: locus enim, in quo ſtas, ſanctus eſt *m*. Fecitque Joſue ut ſibi fuerat imperatum.

> *k* Michaël princeps Synagogæ. *Dan.* 10. v. 21. & c. 12. 1. *l* *Exod.* 3. 5. *Act.* 7. 33. *m* ſc. ob meam præſentiam.

CAPUT VI.

I. Poſt varios ſeptem dierum circuitus, Jericho capta funditus deletur, 1.

II. Servatur Rahab cum ſuis; 22.

III. Reædificatori urbis maledicitur. 26.

1. JEricho autem clauſa erat atque munita, timore filiorum Iſrael, & nullus egredi audebat aut ingredi.

2. Dixitque Dominus *a* ad Joſue: Ecce dedi in manu tua Jericho, & regem ejus, omnéſque fortes viros.

3. Circuite *b* urbem cuncti bellatores ſemel per diem: ſic facietis ſex diebus *c*.

4. Septimo autem die ſacerdotes tollant ſeptem buccinas, quarum uſus eſt in jubilæo, & præcedant arcam fœderis: ſeptiéſque circuibitis civitatem, & ſacerdotes clangent buccinis *d*.

5. Cúmque inſonuerit vox tubæ longior atque conciſior, & in auribus veſtris increpuerit, conclamabit omnis populus vociferatione maximâ, & muri funditus corruent civitatis, ingredientúrque ſinguli per locum contra quem ſteterint.

6. Vocavit ergo Joſue filius Nun ſacerdotes, & dixit ad eos: Tollite arcam fœderis: & ſeptem alii ſacerdotes tollant ſeptem Jubilæorum buccinas, & incedant ante arcam Domini.

7. Ad populum quoque ait: Ite, & circuite civitatem, armati, præcedentes arcam Domini.

8. Cúmque Joſue verba finiſſet, & ſeptem ſacerdotes ſeptem buccinis clangerent ante arcam fœderis Domini.

> *a* Eodem anno M. 2553. Ant. Chr. 1451. *b* Hæc circuitio inchoata videtur poſtridie paſchæ. *c* per ſex dies quotidie ſemel, ſed ſeptimo die ſepties, ut dicitur hic v. 15. *d* ſc. ex cornibus arietum.

ſprach: Biſt du unſer / oder der Widerwärtigen?

14. Er antwortete: Mit nichten: ſondern ich bin ein Fürſt über das Heer deß HErrn und komme jetzt.

15. Da fiel Joſue nider zur Erden / bettete an / und ſprach: Was redet mein HErr mit ſeinem Knecht:

16. Er ſprach: Löſe deine Schuh auf von deinen Füſſen: dan die Statt / darauf du ſteheſt / iſt heilig. Und Joſue thät / wie ihm befohlen war.

Das VI. Capitel.

I. Nach öfftern ſiben Tag lang gehaltenen Umgang / fallen die Mauren Jericho zu Boden / worauf die Stadt eingenommen und vertilget wird / 1.

II. Rahab allein / ſamt den ihrigen wird erhalten / 22.

III. Joſue verflucht den jenigen / welcher die Stadt widerum wird aufbauen / 26.

1. ABer Jericho war geſchloſſen und beveſtiget auß Forcht der Kinder Iſrael / und dörffte niemand auß oder eingehen.

2. Und der HErr ſprach zu Joſue: Sihe / ich hab Jericho ſamt ihrem König und alle ſtreitbare Männer in deine Hand gegeben.

3. Gehet einmahl deß Tags um die Stadt her / alle Kriegs-Leut: und thut alſo ſechs Tag lang.

4. Aber am ſibenden Tag ſollen die Prieſter ſiben Poſaunen nehmen / welche im Jubel Jahr gebraucht werden / und ſollen vor der Archen deß Bunds hergehen: und ihr ſollet ſibenmahl um die Stadt gehen / und die Prieſter ſollen die Poſaunen blaſen.

5. Aber wan der Schall der Poſaunen lang gezohen / und bißweilen abgebrochen wird / daß es euch in die Ohren ſchallert / alsdan ſol das gantze Volck zugleich ruffen mit überlautem Geſchrey / ſo werden die Mauren der Stadt auß dem Grund zu boden fallen / und ein jeglicher ſol hinein tretten an dem Ort / da er gegen über ſtehen wird.

6. Da rieff Joſue der Sohn Nun den Prieſtern / und ſprach zu ihnen: Hebt die Arch deß Bunds auf: und ſiben andere Prieſter ſollen ſiben Poſaunen nehmen / die man in den Jubeljahren gebraucht / und ſollen vor der Arch deß HErrn hertretten:

7. Auch ſprach er zu dem Volck: Ziehet hin / und gehet in der Rüſtung vor der Arch deß HERRN rings um die Stadt her.

8. Als nun Joſue ſeine Wort vollendet hatte / und die ſiben Prieſter mit den ſiben Poſaunen einen Schall machten vor d'Arch deß Bunds deß HErrn

9. Und

9. Und das gantze Heer in der Rüstung vorher gieng / da folgte das übrig gemein Volck der Arch nach/und alles erschallerte vom Klang der Posaunen.

10. Aber Josue hatte dem Volck befohlen/ und gesagt : Ihr sollet nit ruffen / man sol auch eure Stimm nit hören / und sol kein Wort auß eurem Mund gehen / biß der Tag kommt / daß ich zu euch sagen werde : Ruffet und schreyet mit lauter Stimm.

11. Also ist die Arch deß HErrn einmal deß Tags rings um die Stadt hergangen/hernach aber ist sie widerum zum Lager eingekehret/ u. daselbst bliben.

12. Derwegen wan sich Josue bey der Nacht aufmachte / so namen die Priester die Arch deß HErrn auf/

13. Und siben auß ihnen namen die siben Posaunen / welche im Jubel-Jahr gebraucht werden / und tratten daher vor der Arch deß HErrn / giengen und bliesen : und das Volck gieng in der Rüstung vor ihnen her / aber das übrige gemeine Volck folgete der Arch nach / und machte einen Schall mit Posaunen.

14. Sie giengen auch deß andern Tags einmal um die Stadt her / und kehreten widerum zum Lager. Also thäten sie sechs Tag lang.

15. Aber am sibenden Tag stunden sie gar früh auf und giengen sibenmahl um die Stadt / wie verordnet war.

16. Und als die Priester im sibenden Umgang mit den Posaunen einen Schall machten / sprach Josue zum gantzen Israel : Ruffet überlaut : dan der HErr hat euch die Stadt übergeben :

17. Aber die Stadt sey dem HErrn ein Fluch / samt allem / was darinn ist. Allein Rahab das gemeine Weib sol man leben lassen / samt allen / die bey ihr im Hauß seynd: dan sie hat die Botten verborgen / die wir außgeschicket haben.

18. Ihr aber sollet euch hüten / daß ihr nichts anrühret von allem dem / das verbotten ist : damit ihr der Ubertrettung nit schuldig werdet / dadurch das gantze Heerlager Israel möchte unter den Fluch kommen / und betrübt werden.

19. Aber alles / was an Gold / und Silber / auch an ehrinen Gefässen / und an Eisen vorhanden ist / sol dem HErrn geheiliget seyn / und in seinen Schatz hingelegt werden.

20. Als nun das gantze Volck überlaut rieff / und die Posaunen starck erklungen / und die Stim samt dem Schall / dem gemeinen Volck in die Ohren schallerte / fielen die Mauren alsbald hernider: und ein jeglicher gieng hinauf an dem Ort / das ge-

9. omnisque præcederet armatus exercitus, reliquum vulgus arcam sequebatur, ac buccinis *e* omnia concrepabant.

10. Præceperat autem Josue populo dicens : Non clamabitis, nec audietur vox vestra, neque ullus sermo ex ore vestro egredietur: donec veniat dies in quo dicam vobis: Clamate, & vociferamini.

11. Circuivit ergo arca Domini civitatem semel per diem, & reversa in castra, mansit ibi.

12. Igitur Josue de nocte *f* consurgente, tulerunt sacerdotes arcam Domini,

13. & septem ex eis septem buccinas, quarum in jubilæo usus est: præcedebántque arcam Domini ambulantes atque clangentes : & armatus populus ibat ante eos, vulgus autem reliquum sequebatur arcam, & buccinis personabat *g*.

14. Circuierúntque civitatem secundo die semel, & reversi sunt in castra. Sic fecerunt sex diebus.

15. Die autem septimo, diluculò consurgentes, circuierunt urbem, sicut dispositum erat, septies.

16. Cúmque septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes, dixit Josue ad omnem Israel : Vociferamini: tradidit enim vobis Dominus civitatem :

17. sitque civitas hæc anathema *h*: & omnia quæ in ea sunt, Domino *i*: sola Rahab meretrix vivat cum universis, qui cum ea in domo sunt: *k* abscondit enim nuntios quos direximus.

18. Vos autem cavete, ne de his, quæ præcepta sunt, quippiam contingatis, & fitis prævaricationis rei, & omnia castra Israel sub peccato sint atque turbentur.

19. Quidquid autem auri & argenti fuerit, & vasorum æneorum ac ferri, Domino consecretur, repositum in thesauris ejus.

20. *l* Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox sonitúsque increpuit, muri illicò corruerunt *m*: & ascendit unusquisque per locum qui

e i. sacerdotum.
f i. valde mane.
g sc. campus.
h q. d. prorsus deleatur.
i ad honorem Domini.
k Supr. 2. 4. Hebr. 11. 31.
l Hebr. 11. 30.
m Hebr. absorpti sunt.

n 2. Mach. 12. 15. qui contra se erat: n ceperúntque civitatem,

21. & interfecerunt omnia quæ erant in ea, à viro usque ad mulierem, ab infante usque ad senem. Boves quoque & oves & asinos in ore gladii percusserunt.

o Supr. 2. 1. & 14. II. 22. Duobus autem viris, o qui exploratores missi fuerant, dixit Josue: Ingredimini domum mulieris meretricis, & producite eam, & omnia quæ illius sunt, sicut illi juramento firmastis.

p Hebr. 11. 31. 23. p Ingressíque juvenes, eduxerunt Rahab, & parentes ejus, fratres quoque, & cunctam supellectilem ac cognationem illius, & extra castra Israel manere fecerunt.

q Infr. 8. 2. 24 q Urbem autem, & omnia quæ erant in ea, succenderunt; absque auro & argento, & vasis æneis, ac ferro, quæ in ærarium Domini consecrarunt.

r Hæc Salmoni nupta Booz peperit, avum David. Matth. 1. 5 25. Rahab r verò meretricem, & domum patris ejus, & omnia quæ habebat, fecit Josue vivere, & habitaverunt in medio Israel usque in præsentem diem: eò quòd absconderit nuntios, quos miserat ut explorarent Jericho. In tempore illo, imprecatus est Josue, dicens:

s 3. Reg. 16. 34. III. 26. s Maledictus vir coram Domino, qui suscitaverit & ædificaverit civitatem Jericho. In primogenito suo t fundamenta illius jaciat, & in novissimo u liberorum ponat portas ejus.

t sc. mortuo. u i. mortuo, q. d. moriantur ei omnes filii.

27. Fuit ergo Dominus cum Josue, & nomen ejus vulgatum est in omni terra.

gen ihm über war: und sie namen die Stadt ein/

21. Und erwürgeten alles/ was darinnen war/ Mann und Weib/ Jung und alt: auch Ochsen/ Schaaf/ und Esel erschlugen sie mit der Schärff deß Schwerdts.

II. 22. Aber Josue sprach zu den beyden Männern/ welche auf Kundschafft außgesandt waren: Gehet hinein in das Hauß deß gemeinen Weibs/ und führet sie herauß mit allem/ was sie hat/ wie ihr dem Weib mit Eydspflicht vestiglich versprochen habt.

23. Da giengen die junge Männer hinein/ und führeten die Rahab herauß/ samt ihren Eltern/ und Brüdern/ und allem Haußrath/ auch ihre Verwandte/ und verschafften/ daß sie sich ausserhalb dem Lager Israel aufhielten:

24. Aber die Stadt/ und alles/ was darinnen war/ verbrandten sie/ ohn das Gold/ und Silber/ und die ehrine Geschirr/ und das Eisen/ daß sie dem HErrn in seinen Schatz heiligten.

25. Aber die Rahab/ das gemeine Weib/ und das Hauß ihres Vatters/ und alles/ was sie hatte/ erhielt Josue beym Leben/ und sie haben mitten unter Israel gewohnet/ biß auf den heutigen Tag; darum/ daß sie die Botten verborgen hat/ welche er außgesandt hatte Jericho zuverkundschafften. Zu der Zeit sprach Josue einen Fluch mit disen Worten:

III. 26. Verflucht sey der Mann vor dem HErrn/ der die Stadt aufrichten und bauen wird. Er sol auf seinen erstgebohrnen Sohn ihren Grund legen/ und auf den letzten von seinen Kindern ihre Thor setzen.

27. Also war der HErr bey Josue/ und sein Nam ward ruchtbar im gantzen Land.

CAPUT VII.

I. Explorata Hai cedit populus Israel hostibus propter furtum de anathemate Jericho; 1.

II. Quapropter Josue Dominum consulit. 6.

III. Missa sorte Achan lapidatur jussu Domini. 18.

Eodem anno 2553. a Infr. 22. 20. b 1. Par. 2. 7. 1. Filii a autem Israel prævaricati sunt mandatum, & usurpaverunt de anathemate. b Nam Achan filius Charmi, filii Zabdi, filii Zare de tribu Juda, tulit aliquid de anathemate: iratúsque est Dominus contra filios Israel.

c urbem Amorrhæorum. 2. Cúmque mitteret Josue de Jericho viros contra Hai c, quæ est juxta

Das VII. Capitel.

I. Die Israeliten verkundschafften die Stadt Hai/ werden aber geschlagen/ wegen eines Diebstals/ so Achan hat begangen/ 1.

II. Josue beweinet dise Niderlag/ 6.

III. Achan/ durchs Loß schuldig erfunden/ wird auß Geheiß GOttes gesteinigt/ und sein Haußgesind/ samt Haußrath verbrennt/ 18.

1. ABer die Kinder Israel übertratten das Gebott/ und unterwunden sich deß verfluchten Guts. Dan Achan der Sohn Charmi/ deß Sohns Zabdi/ deß Sohns Zare/ vom Stamm Juda/ nam etwas von dem Verfluchten: und der HErr erzürnete wider die Kinder Israel.

2. Als nun Josue Männer von Jericho hinauß sandte gen Hai/ so nit weit von Bethaven an der Seiten

Seiten der Stadt Bethel gegen Aufgang gelegen ist/ sprach er zu ihnen: Ziehet hinauf/ und verkundschaffet das Land. Und sie richteten auß/ was ihnen befohlen war/ und verspeheten Hai.

3. Da sie nun widerum kamen / sprachen sie zu ihm: Laß nit das gantze Volck hinauf ziehen / sondern laß zwey oder drey tausend Mann ziehen/ und die Stadt vertilgen: warum sol das gantze Volck wider so wenig Feind vergeblich bemühet werden?

4. Also zogen hinauf drey tausend streitbare Mann; Welche alsbald sich auf die Flucht begaben/

5. und von den Männern der Stadt Hai geschlagen wurden/ und es bliben todt von ihnen sechs und dreyßig Menschen: und die Feind jagten ihnen nach vom Thor biß gen Sabarim/ und schlugen sie/ da sie die Flucht hinab namen: da ward dem Volck das Hertz sehr verzagt / und zerran wie Wasser.

II. 6. Aber Josue zerriß seine Kleyder / und fiel auf sein Angesicht zur Erden vor der Arch deß HErrn/ biß auf den Abend / er / und alle Aelteste in Israel / und wurffen Staub auf ihre Häupter/

7. Und Josue sprach: Ach HERR GOTT/ warum hast du diß Volck über disen Fluß den Jordan führen wollen / uns den Amorrhitern in die Händ zu geben und zu vertilgen? ach/ daß wir jenseit deß Jordans bliben wären / wie wir angefangen hatten.

8. HErr mein GOtt / was sol ich sagen / da ich sehe / daß Israel seinen Feinden den Rucken wendet:

9. Diß werden die Chananiter hören / samt allen Innwohnern deß Lands / und werden sich zugleich häuffen / und uns umgeben / und unsern Namen außtilgen von der Erden: was wirst du dan deinem grossen Namen thun.

10. Und der HErr sprach zu Josue: Stehe auf/ warum ligst du mit dem Angesicht auf der Erden?

11. Israel hat gesündiget / und meinen Bund übertretten: sie haben von dem verfluchten Gut genommen / und habens gestohlen / sie seynd mit Lugen umgangen / und habens unter ihre Gereitschafft verborgen.

12. Darum wird Israel vor seinen Feinden nit stehen können / sondern wird vor denselbigen fliehen: dan er ist mit dem verfluchten Gut verunreiniget. Ich wil auch hinführo nit mit euch seyn/ biß daß ihr den vertilget / der dises Lasters schuldig ist.

13. Stehe auf / heilige das Volck / und sprich zu ihnen: Heiliget euch gegen morgen: dan diß

Bethaven, ad Orientalem plagam oppidi Bethel, dixit eis: Ascendite, & explorate Terram. Qui præcepta complentes exploraverunt Hai.

3. Et reversi dixerunt ei: Non ascendat omnis populus, sed duo vel tria millia virorum pergant, & deleant civitatem: quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes paucissimos?

4. Ascenderunt ergo tria millia pugnatorum. Qui statim terga vertentes,

5. percussi sunt à viris urbis Hai, & corruerunt ex eis triginta sex homines: persecutíque sunt eos adversarii de porta usque ad Sabarim *d*, & ceciderunt per prona fugientes: pertimuítque cor populi, & instar aquæ liquefactum est.

d i. contractiones quòd ibi contractus sit exercitus.

II. 6. Josue verò scidit vestimenta sua, & pronus cecidit in terram coram arca Domini usque ad vesperam, tam ipse quàm omnes senes Israel: miserúntque pulverem super capita sua,

7. & dixit Josue: Heu Domine Deus, quid voluisti traducere populum istum Jordanem fluvium, ut traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes? utinam ut cœpimus, mansissemus trans Jordanem.

8. Mi Domine Deus quid dicam, videns Israelem hostibus suis terga vertentem?

9. Audient Chananæi, & omnes habitatores Terræ, & pariter conglobati circumdabunt nos, atque delebunt nomen nostrum de terra: & quid facies magno nomini tuo? *e*

e q. d. consule famæ tuæ, ne dicant gentes, te non servare promissa.

10. Dixítque Dominus ad Josue: Surge, cur jaces pronus in terra?

11. Peccavit Israel, & prævaricatus est pactum meum: tulerúntque de anathemate, & furati sunt atque mentiti, & absconderunt inter vasa sua.

12. Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eósque fugiet: quia pollutus est anathemate: non ero ultrà vobiscum, donec conteratis eum, qui hujus sceleris reus est.

13. Surge, sanctifica populum, & dic eis: *f* Sanctificamini in crastinum: hæc enim

f Lev. 20. 7. Num. 11. 18. Supr. 3. 5. 1. Reg. 16. 5.

enim dicit Dominus Deus Israel: Anathema in medio tui est Israel: non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te qui hoc contaminatus est scelere.

14. Accedetisque manè singuli per tribus vestras: & quamcumque tribum sors invenerit, g accedet per cognationes suas, & cognatio per domos, domúsque per viros.

15. Et quicunque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua: quoniam prævaricatus est pactum Domini, & fecit nefas in Israel.

16. Surgens itaque Josue manè, applicuit Israel per tribus suas, & inventa est tribus Juda.

17. Quæ cùm juxta familias suas esset oblata, inventa est familia Zare. Illam quoque per domos offerens, reperit Zabdi:

III. 18. cujus domum in singulos dividens viros, invenit Achan filium Charmi, filii Zabdi, filii Zare de tribu Juda.

19. Et ait Josue ad Achan: Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, atqua indica mihi quid feceris, ne abscondas.

20. Respondítque Achan Josue, & dixit ei: Verè ego peccavi Domino Deo Israel, & sic & sic feci.

21. Vidi enim inter spolia pallium coccineum h valdè bonum, & ducentos siclos argenti, regulámque i auream quinquaginta siclorum: & concupiscens abstuli, & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentúmque fossa humo operui.

22. Misit ergo Josue ministros: qui currentes ad tabernaculum illius, repererunt cuncta abscondita in eodem loco, & argentum simul.

23. Auferentésque de tentorio tulerunt ea ad Josue, & ad omnes filios Israel, projecerúntque ante Dominum k.

24. Tollens itaque Josue Achan filium Zare, argentúmque & pallium, & auream regulam, filios quoque & filias ejus, boves & asinos, & oves, ipsúmque tabernaculum, & cunctam supellectilem: (& omnis Israel cum eo) duxerunt eos ad Vallem Achor l:

g Ex his patet sortes ex instinctu imò jussu divino adhibitas fuisse, secus in eis ad indicandum reum nulla vis fuisset. *Tirin.*

h Hebr. Babylonicum.

i i. laminam seu virgulam.

k i. arcam Domini.

l i. turbationis, de qua statim.

sagt der HErr / der GOtt Israel: Es ist verfluchtes Gut unter dir / O Israel: du wirst vor deinen Feinden nit bestehen können / biß der auß dir vertilget werde / der mit disem Laster verunreiniget ist.

14. Und ihr sollet euch morgen früh herzu fügen / ein jeglicher nach seinem Stamm: und welchen Stam̃ das Loß treffen wird / der sol nach seinen Geschlechtẽ herzu tretten u. ein jeglichs Geschlecht nach dẽ Häusern / u. auß einẽ jeglichẽ Hauß Mañ für Mañ.

15. Und wer in disem Laster gefunden wird / den sol man mit Feur verbrennen / samt aller seiner Haab / dieweil er den Bund deß HERRN übertretten hat / und ein Laster begangen in Israel.

16. Und Josue stund deß Morgens früh auf / und fügete Israel herbey nach seinen Stämmen: da ward der Stamm Juda gefunden:

17. Und da derselbig nach seinen Geschlechten herzu gebracht ward / fand sich das Geschlecht Zare. Da das auch nach seinen Häusern vorgestellet / ward / fand er Zabdi:

III. 18. Und als er Mann für Mann unterscheidete / fand er Achan / den Sohn Charmi / deß Sohns Zabdi / deß Sohns Zare / vom Geschlecht Juda.

19. Und Josue sprach zu Achan: Mein Sohn / gib dem HErrn dem GOtt Israel die Ehr / und bekenne / und zeige mir an / was du gethan hast / und verbirg es nit.

20. Und Achan antwortete Josue / und sprach zu ihm: Warlich ich hab dem HErrn dem GOtt Israel gesündiget: und also hab ich gethan.

21. Dan ich sahe unter dem Raub einen rothen köstlichen Mantel / auch zweyhundert Sickel Silbers / und ein guldene Rut / fünfftzig Sickel werth: dessen ward ich begierig / und nam es hinweg / und verbarg es in die Erd gegen der Mitte meiner Hütten: auch hab ich das Silber in einer Gruben mit Erden bedecket.

22. Da schickte Josue Diener / die lieffen zu seiner Hütten / und funden alles / auch zugleich das Silber / an demselben Ort verborgen.

23. Und sie namens auß der Hütten / und brachtens zu Josue / und zu allen Kindern Israel / und wurffens daher vor den HErrn.

24. Da nam Josue / und gantz Israel mit ihm / Achan den Sohn Zare / und das Silber / und den Mantel / und die guldene Ruth / auch seine Söhn und Töchter / seine Ochsen / Esel und Schaaf / auch die Hütten selbst / samt allem Haußrath und führeten sie zu dem Thal Achor:

25. Da

25. Daselbst sprach Josue: Dieweil du uns betrübet hast / so betrübe dich der HErr an disem Tag: und gantz Israel steinigte ihn/und alles/was er hatte/ ward mit Feur verbrandt.

26. Und sie trugen auf ihn zusammen einen grossen Hauffen Stein / der noch bleibet biß auf den heutigen Tag / und der Grimm deß HErrn ward von ihnen abgewandt: und der Nahm desselben Orts ward genandt / das Thal Achor/ biß auf den heutigen Tag.

Das VIII. Capitel.

I. Josue/ auß Befehl GOttes/ bricht auf die Stadt Hai zu belägeren/ 3.
II. Erobert Hai/ und laßt dero König erwürgen/ 19.
III. Baut ein Altar/ opffert Brandopffer/ schreibt das Gesatz auf Stein/ 30.
IV. Der Seegen wird vom Berg Garizim / der Fluch aber vom Berg Hebal außgerufen/ 34.

1. DEr HErr aber sprach zu Josue: Sey unverzagt/ und förchte dir nit: nimm mit dir die gantze Schaar der streitbaren Männer / und mache dich auf/ und zieh hinauf zu der Stadt Hai: sihe/ Ich hab den König daselbst/ und das Volck/ auch die Stadt/und das Land in deine Hand übergeben.

2. Du solst auch der Stadt Hai und ihrem König thun/ wie du Jericho und ihrem König gethan hast: aber den Raub u. alles Vieh sollet ihr für euch zur Außbeut haben: du solst aber jenseit der Stadt einen Anschlag mit einem Hinterhalt auf sie machẽ.

I. 3. Und Josue machte sich auf/und das gantze Heer der streitbaren Männer mit ihm / gen Hai hinauf zu ziehen: und er schickte bey der Nacht dreyßig tausend außerlesene starcke Mann dahin:

4. Denselbigen befahl er/ und sprach: Ihr sollet jenseit der Stadt einen Hinterhalt zum Anschlag machen/ und nit weit davon ziehen / sondern allzusammen bereit seyn.

5. Ich aber/ und das übrig Volck/ das bey mir ist/ wollen auf der andern Seiten gegen der Stadt hinan ziehen. Und wan sie alsdan wider uns außfallen/ so wollen wir die Flucht nehmen/und ihnen den Rucken wenden/ wie wir zuvor gethan haben.

6. Biß sie über dem Nachjagen etwas weit von der Stadt herauß gezohen: dan sie werden meynen/daß wir fliehen/ wie zuvor geschehen ist.

7. Wan wir nun also fliehen/und sie uns verfolgen/alsdan sollet ihr euch auß dem Hinterhalt aufmachen und die Stadt verwüsten: und der HErr euer GOtt wird sie in eure Händ geben.

8. Und wan ihr die Stadt eingenommen habt/ so sollet ihr sie mit Feur anzünden / und ihr sollet alles also machen/ wie ich befohlen hab.

25. ubi dixit Josue: Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac. Lapidavítque eum omnis Israel: & cuncta quæ illius erant, igne consumpta sunt.

26. Congregavéruntque super eum *m* acervum magnum lapidum, qui permanet usque in præsentem diem. Et aversus est furor Domini ab eis. Vocatúmque est nomen loci illius, vallis Achor, usque hodie. *m 2. Reg. 18. 17.*

CAPUT VIII.

I. Josue jussu Domini ascendit ad expugnandam urbem Hai, 3.
II. Ea expugnata rex ejus suspenditur, 19.
III. erecto altari lapideo Deuteronomium super lapides scribitur, 30.
IV. & populo benedicitur, 34.

1. DIxit autem Dominus ad Josue: Ne timeas, neque formides: tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum & consurgens ascende in oppidum Hai. Ecce tradidi in manu tua regem ejus, & populum, urbémque & terram. Eodem an. 2553.

2. Faciésque urbi Hai, & regi ejus, *a* sicut fecisti Jericho, & regi illius: prædam verò, & omnia animantia diripietis vobis: pone insidias urbi post eam. *a Sup. 6. 24*

I. 3. Surrexítque Josue, & omnis exercitus bellatorum cum eo, ut ascenderent in Hai, & electa triginta millia virorum fortium misit nocte,

4. præcepítque eis, dicens: Ponite insidias post civitatem: nec longiùs recedatis: & eritis omnes parati.

5. Ego autem, & reliqua multitudo, quæ mecum est, accedemus ex adverso contra urbem. Cúmque exierint contra nos, *b* sicut ante fecimus, fugiemus & terga vertemus: *b Sup. 7. 4.*

6. donec persequentes ab urbe longiùs protrahantur: putabunt enim nos fugere sicut priùs.

7. Nobis ergo fugientibus, & illis persequentibus, consurgetis de insidiis, & vastabitis civitatem: tradétque eam Dominus Deus vester in manus vestras.

8. Cúmque ceperitis, succendite eam, & sic omnia facietis, ut jussi.

9. Dimiſitque eos, & perrexerunt ad locum inſidiarum, ſederúntque inter Bethel & Hai, ad occidentalem plagam urbis Hai: Joſue autem nocte illa in medio manſit populi,

10. ſurgénsque diluculo recenſuit ſocios, & aſcendit cum ſenioribus in fronte exercitûs, vallatus auxilio pugnatorum.

11. Cúmque veniſſent & aſcendiſſent ex adverſo civitatis, ſteterunt ad Septentrionalem urbis plagam, inter quam & eos erat vallis media.

12. Quinque autem millia viros *c* elegerat, & poſuerat in inſidiis inter Bethel *d* & Hai, ex occidentali parte ejuſdem civitatis:

13. omnis verò reliquus exercitus ad aquilonem aciem dirigebat, ita ut noviſſimi illius multitudinis occidentalem plagam urbis attingerent. Abiit ergo Joſue nocte illa, & ſtetit in vallis medio.

14. Quod cum vidiſſet rex Hai, feſtinavit mane, & egreſſus eſt cum omni exercitu civitatis, direxítque aciem contra deſertum, ignorans quod poſt tergum laterent inſidiæ.

15. Joſue verò & omnis Iſrael ceſſerunt loco, ſimulantes metum, & fugientes per ſolitudinis viam.

16. At illi vociferantes pariter, & ſe mutuò cohortantes, perſecuti ſunt eos. Cúmque receſſiſſent à civitate,

17. & ne unus quidem in urbe Hai & Bethel remanſiſſet qui non perſequeretur Iſrael (ſicut eruperant aperta oppida relinquentes)

18. dixit Dominus ad Joſue: Leva clypeum *e*, qui in manu tua eſt, contra urbem Hai, quoniam tibi tradam eam:

II. 19. Cúmque elevaſſet clypeum ex adverſo civitatis, inſidiæ, quæ latebant, ſurrexerunt confeſtim: & pergentes ad civitatem, ceperunt, & ſuccenderunt eam.

20. Viri autem civitatis, qui perſequebantur Joſue, reſpicientes & videntes fumum urbis ad cælum uſque conſcendere, non potuerunt ultrà huc illúcque diffugere: præſertim cùm hi, qui ſi-

c ſc. præter illos, de quibus ſupra.

d quæ poſtea dicta eſt Bethaven, i. domus iniquitatis ſeu idoli, ob vitulos ibi poſitos à Jeroboam.

e Chal. haſtam, Myſticè ſignificat crucem Domini, in cujus virtute noſtros hoſtes vincimus & Hai ſeu mundum ſubjugamus. *S. Aug. Tir.*

9. Alſo ließ er ſie von ſich / und ſie zogen hin zu dem Ort/ da ſie den Hinterhalt gemacht haben/ und lagerten ſich zwiſchen Bethel und Hai/ gegen Nidergang der Stadt Hai. Joſue aber blib die Nacht über mitten unter dem Volck/

10. Und am Morgen früh machte er ſich auf/ und nahm ſeine Geſellen zuſammen: und er zoge hinauf mit den Aelteſten forn an der Spitz deß Heers/ mit ſtreitbarer Männer Hülff umgeben.

11. Als ſie nun dahin kamen/ u. gegen der Stadt hinan zogen/ nahmen ſie den Stand an der Seiten der Stadt gegen Mitternacht/ und war ein Thal zwiſchen der Stadt und ihnen.

12. Er hatte aber fünff tauſend Mann außerwählet/ und an der Seiten derſelbigen Stadt gegen Nidergang zwiſchen Bethel und Hai zum Hinterhalt verordnet:

13. Aber das übrig gantze Heer ſtellete ſich in die Schlachtordnung gegen Mitternacht/ dergeſtalt/ daß die letzte vom Hauffen biß an die Seiten der Stadt gegen Nidergang ſich außſtreckten. Alſo zoge Joſue die Nacht fort/ und nahm ſeinen Stand mitten im Thal.

14. Da das der König zu Hai ſahe/ machte er ſich eylends auf am Morgen früh / und zoge mit dem gantzen Heer der Stadt herauß/ und richtete die Spitz *a* gegen die Wüſt/ dan er wuſte nit/ daß hinter ihm ein Hinterhalt verborgen war.

15. Aber Joſue/ und gantz Iſrael wichen von dem Ort/ u. nahmen ſich an/ als wan ſie ihnen förchtetē/ u. gabē ſich auf die Flucht durch den Weg zur Wüſt.

16. Aber jene machten alle zugleich ein groß Geſchrey/ ermahneten einander / und jagten ihnen nach. Da ſie nun etwas von der Stadt abgewichen waren/

17. und zu Hai und Bethel nit ein eintziger Mann übrig bliben war/ der Iſrael nit verfolgte (dan ſie fielen herauß/ und lieſſen die Städt offen ſtehen)

18. Da ſprach der HErr zu Joſue: Heb gegen die Stadt Hai deinen Schild auf / den du in der Hand haſt/ dan ich wil ſie dir übergeben.

II. 19. Und da er gegen der Stadt ſeinen Schild aufhub/ kamen alsbald auß dem Hinterhalt hervor / die da verborgen lagen/ und zogen auf die Stadt/ und nahmen ſie ein / und zündeten ſie an.

20. Aber die Männer der Stadt/ welche dem Joſue nacheilten/ wandten ſich um / und ſahen den Rauch von der Stadt aufgehen biß zum Himmel/ und konten nun nit mehr hin und wider fliehen; inſonderheit/ weil die jenige / die ſich angenommen

a deß Heers

hatten/

hatten / alswan sie flůchtig wåren / und zu der Wůst eyleten / sehr månnlich den Nachjagenden sich widersetzten.

21. Als nun Josue/ und gantz Israel sahe / daß die Stadt erobert war / und daß der Rauch von der Stadt aufgieng/ wandte er sich um/ und schlug die Månner von Hai.

22. So kamen auch jene/ welche die Stadt eingenommen und angezůndet hatten / zu der Stadt herauß/ den ihrigen entgegen / und fiengen an die Feind / so nun zwischen ihnen waren/ zu schlagen. Da nun also die Widerwårtige auf beyden Seiten geschlagen wurden/ dergestalt/ daß von solcher grossen Mång keiner mit dem Leben davon kam/

23. haben sie auch den Kőnig der Stadt Hai lebendig gefangen/ und zu Josue gefůhret.

24. Nachdem nun alle die / welche Israel auf der Flucht nach der Wůst verfolget hatten erschlagen/ und an demselben Ort durchs Schwerdt gefallen waren/ kamen die Kinder Israel zuruck/ und erschlugen die Stadt.

25. Es waren aber dern / welche an demselbigen Tag umkommen seynd/ so wol Manns / als Weibsbilder/ in die zwőlff tausend Menschen/ alle auß der Stadt Hai.

26. Aber Josue zohe seine Hand nit hintersich/ die er mit dem gefaßten Schild in die Hőh außgestrecket hatte/ biß alle Inwohner der Stadt Hai umgebracht waren.

27. Jedoch das Vieh/ und den Raub der Stadt theileten die Kinder Israel unter sich / wie der HErr dem Josue befohlen hatte.

28. Und er verbrandte die Stadt / und machte einen Hauffen darauß zu den ewigen Tagen.

29. Auch ließ er ihren Kőnig an Galgen aufhencken biß zum Abend / daß die Sonn untergieng: Da gab Josue Befehl / und sie nahmen seinen Leichnam vom Galgen a / wurffen ihn an das Ort/ da man zur Stadt hinein gehet/ und trugen einen grossen Hauffen Stein darauf zusammen / der noch bleibt biß auf den heutigen Tag.

III. 30. Darnach bauete Josue dem HErrn dem GOtt Israel einen Altar auf dem Berg Hebal:

31. Wie Moyses der Knecht deß HErrn den Kindern Israel befohlen hatte / und wie im Buch deß Gesatzes Moysis geschriben stehet: aber einen Altar von unbehauenen Steinen/ die kein Eisen berůhret hatte: und er opfferte dem HErrn Brandopffer darauf/ und schlachtete auch Fridopffer.

32. Er schribe auch auf die Stein das widerholte Gesatz Moysis/ das er vor den Kindern Israel in Ordnung gebracht hatte.

a Creutz

mulaverant fugam, & tendebant ad solitudinem, contra persequentes fortissimè restitissent.

21. Vidénsque Josue & omnis Israel quòd capta esset civitas, & fumus urbis ascenderet, reversus percussit viros Hai.

22. Siquidem & illi qui ceperant & succenderant civitatem, egressi ex urbe contra suos *f*, medios hostium ferire cœperunt. Cùm ergo ex utraque parte adversarii cæderentur, ita ut nullus de tanta multitudine salvaretur,

23. regem quoque urbis Hai apprehenderunt viventem, & obtulerunt Josue.

24. Igitur omnibus interfectis, qui Israelem ad deserta tendentem fuerant persecuti, & in eodem loco gladio corruentibus, reversi filii Israel percusserunt civitatem.

25. Erant autem qui in eodem die conciderant à viro usque ad mulierem, duodecim millia hominum, omnes urbis Hai.

26. Josue verò non contraxit manum, quam in sublime porrexerat, tenens clypeum donec interficerentur omnes habitatores Hai.

27. Jumenta autem & prædam civitatis diviserunt sibi filii Israel, sicut præceperat Dominus Josue.

28. Qui succendit urbem, & fecit eam tumulum sempiternum:

29. regem quoque ejus suspendit in patibulo *g* usque ad vesperam & solis occasum. Præcepitque Josue, & deposuerunt cadaver ejus de cruce: projecerúntque in ipso introitu civitatis, congesto super eum magno acervo lapidum, qui permanet usque in præsentem diem.

III. 30. Tunc ædificavit Josue altare Domino Deo Israel in monte Hebal:

31. *h* sicut præceperat Moyses famulus Domini filiis Israel, & scriptum est in volumine legis Moysi, Altare verò de lapidibus impolitis, quos ferrum non tetigit: & obtulit super eo holocausta Domino, immolavítque pacificas victimas.

32. Et scripsit super lapides Deuteronomium legis *i* Moysi, quod ille digesserat coram filiis Israel.

f i. obviam suis

g 70. in didymo seu cruce quæ ex duobus lignis committitur

h Exod. 20. 25. Deut. 27. 5.

i i. decalogum Hebr. duplicationem legis seu duplicatum exemplar.

33. Omnis autem populus, & majores natu, ducésque ac judices stabant ex utraque parte arcæ, in conspectu sacerdotum qui portabant arcam fœderis Domini, ut advena ita & indigena. Media pars eorum juxta montem Garizim, & media juxta montem Hebal, sicut præceperat Moyses famulus Domini. Et primùm quidem benedixit populo Israel.

k i. curavit legi per sacerdotes.

IV. 34. Post hæc legit k omnia verba benedictionis & maledictionis, & cuncta quæ scripta erant in legis volumine.

35. Nihil ex his quæ Moyses jusserat, reliquit intactum, sed universa replicavit coram omni multitudine Israel, mulieribus ac parvulis & advenis, qui inter eos morabantur l.

l sc. ad fidem converti.

CAPUT IX.

I. Gabaonitæ simulatione longi itineris imponentes Josue & principibus Israelitarum, medio juramento salvantur; 3.

II. Insecuto tamen murmure, perpetuo famulitio adstringuntur. 18.

1. QUibus auditis, cuncti reges trans Jordanem, qui versabantur in mõtanis & campestribus, in maritimis ac littore magni maris, hi quoque qui habitabant juxta Libanum, Hethæus, & Amorrhæus, Chananæus, Pherezæus, & Hevæus, & Jebusæus,

a Eodem anno M. 2553. Ant. Chr. 1451. ab exitu 41

2. congregati sunt a pariter, ut pugnarent contra Josue & Israel uno animo, eadémque sententia.

b S. Hieron. ait fuisse Metropolim Hevæorum, de hac & infr. c. 10. v. 2.

I. 3. At hi, qui habitabant in Gabaon b, audientes cuncta quæ fecerat Josue, Jericho & Hai:

4. & callidè cogitantes, tulerunt sibi cibaria, saccos veteres asinis imponentes, & utres vinarios scissos atque consutos,

5. calceamentaque perantiqua quæ ad indicium vetustatis pittaciis consuta erant, induti veteribus vestimentis: panes quoque, quos portabant ob viaticum, duri erant, & in frusta comminuti:

6. perrexerúntque ad Josue, qui tunc morabatur in castris Galgalæ, & dixerunt ei, atque simul omni Israeli: De terra longinqua venimus, pacem vobiscum facere cupientes. Responderúntque viri Israel ad eos, atque dixerunt:

7. Ne fortè in terra, quæ nobis sorte de-

33. Aber das gantze Volck / und die Aelteste / samt den Fürsten und Richtern / stunden auf beyden Seiten der Arch vor dem Angesicht der Priester / welche die Arch deß Bunds deß HErrn trugẽ / so wol die Einkömmling / als auch die Einheimische. Der halbe Theil von ihnen stund an dem Berg Garizim / und der halbe Theil an dem Berg Hebal / wie Moyses der Knecht deß HErrn befohlen hatte. Und anfänglich seegnete er das Volck Israel.

IV. 34. Darnach laß er die Wort deß Seegens / und deß Fluchs / und alles / was im Buch deß Gesatzes geschriben war.

35. Er ließ nichts von dem unangerühret / das Moyses befohlen hatte / sondern er widerholets alles / vor der gantzen Gemein Israel / vor den Weibern und Kindern / auch vor den Frembdlingen / welche unter ihnen wohneten.

Das IX. Capitel.

I. Die Gabaoniter / da sie sich stellen / als kämen sie von weitem / betriegen Josue und die Fürsten Israel / welche mit einem Eyd versprechen ihnen zu verschonen / 3.

II. Jedoch werden sie zu ewiger Dienstbarkeit verdammet / 18.

1. DA diß nun alle König höreten / welche jenseit deß Jordans waren / und auf dem Gebirg / auch im flachen Land / an den See-Gräntzen / und am Gestad deß grossen Meers / ihrẽ Sitz hattẽ wie auch die am Libano wohneten / die Hethiter u. Amorrhiter / die Chananiter / Pherezíter / und Heviter / und Jebusiter:

2. Thäten sie sich alle zugleich zusammen mit einmüthigem Hertzen und Sinn / wider Josue und Israel zu streiten.

I. 3. Aber die zu Gabaon wohneten / da dieselbige alles höreten / was Josue mit Jericho und Hai gethan hatte /

4. Erdachten sie einen listigen Fund / und nahmen Speiß für sich / legten alte Säck auf die Esel / auch zerrissene und zusamen geheffte Weinschläuch.

5. Sie thäten auch sehr alte Schuh an / welche zum Zeichen deß Alterthums mit ledern Stücklein geflickt waren / und legten alte Kleyder an: so warẽ auch die Brod / die sie zur Speiß über Weeg trugen / hart / und in kleine Stücklein zerbrochen:

6. Und sie reiseten fort zu Josue / der sich damals im Lager zu Galgala aufhielt / und sprachen zu ihm / wie imgleichen zum gantzen Israel: Wir seynd aus einem weit gelegenen Land kommen / und begehren Frid mit euch zu machen. Und die Männer Israel antworteten / und sprachen:

7. Ihr möget villeicht in einem Land wohnen / das

das in unser Loß gehöret / so könnten wir mit euch keinen Bund machen.

8. Sie aber sprachen zu Josue: Wir seynd deine Knecht. Und Josue sprach zu ihnen: Was seyd ihr für Leut? und von wannen kommt ihr?

9. Sie antworteten: Deine Knecht seynd auß einem sehr weitgelegenen Land komen / im Namen deß HErrn deines GOttes. Dan wir haben das Gericht von seiner Macht gehöret / und alles / was er in Egypten gethan hat /

10. Auch den beyden Königen der Amorrhiter / welche jenseit deß Jordans gewesen seynd / Sehon / dem König zu Hesebon / und Og / dem König zu Basan / der zu Astaroth war:

11. Da sprachen unsere Aelteste / und alle Innwohner unsers Lands zu uns: Nehmet Speiß in eure Händ / wegen der sehr weiten Reiß / und ziehet ihnen entgegen / und sprechet: Wir seynd eure Knecht / machet einen Bund mit uns.

12. Sihe / als wir auß unsern Häusern giengen / damit wir zu euch reiseten / haben wir dise Brod warm mitgenomen / nun seynd sie trucken und von sehr grossem Alter zu Stücklein gebrochen:

13. Dise Weinschläuch waren neu / da wir sie fülleten: jetzt seynd sie zerrissen / und von einander gangen: die Kleyder / die wir tragen / und die Schuh / die wir an den Füssen haben / seynd deß langen u. weiten Weegs halben abgangen / u. beynah verschlissen.

14. Also nahmen sie von ihrer Speiß an / und fragten den Mund deß HErrn nit.

15. Und Josue machte Frid mit ihnen / richtete einen Bund auf / und sagte ihnen zu / daß sie nit solten getödtet werden: darauf ihnen auch die Fürsten der Gemein einen Eyd schwuren.

16. Uber drey Tag aber nach dem aufgerichten Bund / höreten sie / daß sie in der Näh wohneten / und unter ihnen seyn würden.

17. Und die Kinder Israel brachen auf mit dem Lager / und kamen am dritten Tag in ihre Städt / deren Namen seynd dise: Gabaon / und Caphira / und Beroth / und Cariathiarim.

II. 18. Und sie erschlugen sie nit / weil ihnen die Fürsten der Gemein im Namen deß HErrn deß GOttes Israel geschworen hatten. Derwegen murrete das gantze gemeine Volck wider die Fürsten.

19. Welche ihnen dise Antwort gaben: Wir haben ihnen geschworen im Namen deß HErrn deß GOttes Israel / und darum mögen wir sie nit berühren.

20. Aber das wollen wir ihnen thun: Man sol sie wohl beym Leben erhalten / damit nit der Zorn

betur, habitetis, & non possimus fœdus inire vobiscum.

8. At illi ad Josue: Servi, inquiunt, tui sumus. Quibus Josue, ait: Quinam estis vos? & unde venistis?

9. Responderunt: De terra longinqua valde venerunt servi tui in nomine Domini Dei tui. Audivimus enim famam potentiæ ejus, cuncta quæ fecit in Ægypto,

10. *c* & duobus regibus Amorrhæorum qui fuerunt trans Jordanem, Sehon regi Hesebon, & Og regi Basan, qui erat in Astaroth:

11. dixerúntq; nobis seniores, & omnes habitatores Terræ nostræ: Tollite in manibus cibaria ob longissimã viam, & occurrite eis, & dicite: Servi vestri sumus, fœdus inite nobiscum.

12. En, panes quando egressi sumus de domibus nostris, ut veniremus ad vos, calidos sumpsimus, nunc sicci facti sunt, & vetustate nimiâ comminuti.

13. Utres vini novos implevimus, nunc rupti sunt & soluti: vestes & calceamenta quibus induimur, & quæ habemus in pedibus, ob longitudinẽ longioris viæ trita sunt, & penè consumpta.

14. Susceperunt igitur de cibariis *d* eorũ, & os *e* Domini non interrogaverunt *f*.

15. *g* Fecítque Josue cum eis pacem, & inito fœdere pollicitus est quòd non occiderentur: principes quoque multitudinis juraverunt eis.

16. Post dies autem tres initi fœderis, audierunt quòd in vicino habitarent, & inter eos futuri essent.

17. Moverúntque castra filii Israel, & venerunt in civitates eorum die tertio, quarum hæc vocabula sunt, Gabaon, & Caphira, & Beroth, & Cariathiarim.

II. 18. Et non percusserunt eos, eò quòd jurassent eis principes multitudinis in nomine Domini Dei Israel. Murmuravit itaque omne vulgus contra principes.

19. Qui responderunt eis: Juravimus illis in nomine Domini Dei Israel, & idcirco non possumus eos contingere.

20. Sed hoc faciemus eis: Reserventur quidem ut vivant, ne contra nos

c Num. 21. 13.

d i. comedentes in signum fœderis.

e i. sententiam.

f i. temerè, præcipitanter, & inconsultò Domino fidem dederunt.

g 2. *Reg.* 21. 2.

nos ira Domini concitetur, ſi pejeraverimus:

21. ſed ſic vivant, ut in uſus univerſæ multitudinis ligna cædant, aquáſq; comportent *h*. Quibus hæc loquentibus:

h ut ſervi publici, primò quidem toti populo, ſed ſucceſſu temporis ſolùm in uſus tabernaculi & templi: unde Natinæi id eſt donati vocati ſunt, ſcilicet Levitis additi, quaſi Subdiaconi. 1. *Esd.* 2. 43.

22. vocavit Gabaonitas Joſue, & dixit eis: Cur nos decipere fraude voluiſtis, ut diceretis: Procul valdè habitamus à vobis, cùm in medio noſtri ſitis?

23. Itaque ſub maledictione eritis, & non deficiet de ſtirpe veſtra ligna cædens, aquáſque comportans in domum Dei mei.

24. Qui reſponderunt: Nuntiatum eſt nobis ſervis tuis, quòd promiſiſſet Dominus Deus tuus Moyſi ſervo ſuo, ut traderet vobis omnem Terram, & diſperderet cunctos habitatores ejus. Timuimus igitur valdè, & providimus animabus noſtris, veſtro terrore compulſi, & hoc conſilium inivimus.

25. Nunc autem in manu tua ſumus: quod tibi bonũ & rectũ videtur, fac nobis.

26. Fecit ergo Joſue ut dixerat, & liberavit eos de manu filiorum Iſrael, ut non occiderentur.

27. Decrevítque in illo die eos eſſe in miniſterio cuncti populi, & altaris Domini, cædentes ligna, & aquas comportantes, uſque in præſens tempus, in loco quem Dominus elegiſſet.

CAPUT X.

I. Adoniſedec rex Jeruſalem cum quatuor regibus oppugnat Gabaon. 1.
II. Joſue ſuccurrens Gabaonitis, quinque reges oppugnantes Gabaon, 6.
III. Immoto ſole unius diei ſpatio, vincit. 12.
IV. Quos ex ſpelunca extractos jubet ſuſpendi. 17.
V. Pluréſque alias civitates capit. 28.

Eodem ann. 2553. deſinente.

1. QUæ cùm audiſſet Adoniſedec rex Jeruſalem, quòd ſcilicet cepiſſet Joſue Hai, & ſubvertiſſet eam (ſicut enim fecerat Jericho & regi ejus, ſic fecit Hai & regi illius) & quod transfugiſſent Gabaonitæ ad Iſrael, & eſſent fœderati eorum,

2. timuit valdè. Urbs enim magna erat Gabaon, & una civitatum regalium, & major oppido Hai, omnéſque bellatores ejus fortiſſimi.

deß HErrn wider uns erwecket werde/ wan wir den gethanen Eyd nit hielten:

21. Aber alſo ſollen ſie leben/ daß ſie zu Behuff der gantzen Gemein Holtz hauen/ u. Waſſer zuſamen tragen ſollen. Da ſie diß ſagten/

22. forderte Joſue die Gabaoniter/ und ſprach zu ihnen: warum habt ihr uns mit Betrug hintergehen wollen/ und ſagen: Wir wohnen ſehr weit von euch/ dieweil ihr mitten unter uns ſeyd?

23. Derwegen ſollet ihr unterm Fluch ſeyn/ und ſol von eurem Geſchlecht nim̃er abgehen/ der Holtz haue/ und Waſſer trage zu dem Hauß meines GOttes.

24. Und ſie antworteten: Es iſt uns deinen Knechten kund gethan worden/ daß der HErr dein GOtt ſeinem Knecht Moyſi verheiſſen hab/ euch diß gantze Land einzugeben/ und alle ſeine Innwohner zu vertilgen. Derwegen haben wir uns ſehr geforchten/ und unſern Seelen fürgeſehen/ dazu wir durch eur Schröcken ſeynd genottrångt worden/ und haben alſo diſen Rathſchlag vorgenommen.

25. Wir ſeynd aber jetzt in deiner Hand: thue uns/ was dich gut und recht duncket.

26. Da thâte Joſue/ wie er geſagt hatte/ und rettete ſie auß der Hand der Kinder Iſrael/ daß ſie nit umgebracht wurden.

27. Und verordnete an demſelbigen Tag/ daß ſie dem gantzen Volck/ und dem Altar deß HErrn zu Dienſt ſeyn ſolten/ mit Holtz hauen und Waſſer tragen biß auf den heutigen Tag/ an dem Ort/ das der HErr erwählen würde.

Das X. Capitel.

I. Adoniſedec/ der König zu Jeruſalem/ belagert/ ſamt andern vier Königen/ die Stadt Gabaon/ 1.
II. Joſue kommt den Gabaonitern zu Hülff/ ſchlågt die fünff König/ 6.
III. Erlangt/ daß Sonn und Mond ein gantzen Tag ſtill ſtehen/ 12.
IV. Laſt die fünff König aufhencken/ 17.
V. Bemächtiget ſich anderer Königen und Städten der Chananiter/ 28.

1. DA ſolches Adoniſedec der König zu Jeruſalem hörete/ nemlich/ daß Joſue Hai eingenommen/ und auß dem Grund zerſtöret hätte (dan wie er Jericho gethan hatte/ und ihrem König/ alſo hat er auch Hai/ und ihrem König gethan) daß ſich auch die von Gabaon zu Iſrael geſchlagen hätten/ und ihnen mit Bündnuß verwandt wåren/

2. Förchtete er ſich ſehr. Dan Gabaon war ein groſſe Stadt/ auch eine von den königlichen Städten/ und gröſſer dan die Stadt Hai/ ſo waren auch alle ihre Kriegsleut ſehr manhafft.

3. Der-

3. Derwegen schickte Adonisedec / der König zu Jerusalem / zu Oham / dem König zu Hebron und zu Pharam / dem König zu Jerimoth / auch zu Japhia/dem König zu Lachis/ und zu Dabir/ dem König zu Eglon / und sprach:

4. Kommet zu mir hinauf / und thut Beystand/ daß wir Gabaon erobern/darum/daß sie zu Josue/ und zu den Kindern Israel abgefallen ist.

5. Also thäten sich zusammen/und zogen herauf fünff König der Amorrhiter/ der König zu Jerusalem / der König zu Hebron/der König zu Jerimoth/ der König zu Lachis / der König zu Eglon / und ihre Kriegsheer zugleich mit ihnen / und schlugen ihr Lager um die Stadt Gabaon / und bestritten sie.

II. 6. Aber die Innwohner Gabaon / der belägerten Stadt / schickten zu Josue / der damals im Lager bey Galgala war / und sprachen zu ihm: Zieh deine Händ nit zuruck von der Hülff deiner Knecht: Komm eylend hinauf / errette uns / und thue Beystand: dan es haben sich alle König der Amorrhiter wider uns zusammen gethan / welche auf dem Gebirg wohnen.

7. Und Josue zoge hinauf von Galgala / und mit ihm das gantze Heer der Kriegs-Leut/sehr tapffere Männer.

8. Und der HErr sprach zu Josue: Förchte dir nit vor ihnen: dan ich hab sie in deine Händ übergeben: keiner von ihnen wird dir widerstehen können.

9. Also überfiel sie Josue unversehens/ nachdem er die gantze Nacht von Galgala herauf gezogen war:

10. Und der HErr gab ihnen ein Schröcken vor dem Angesicht Israel: und er erschlug sie mit einer grossen Niderlag zu Gabaon/ und verfolgete sie durch den Weeg / da man gen Beth-Horon hinauf gehet/und schlug sie biß gen Azeca/u. Maceda.

11. Und da sie vor den Kindern Israel flohen / und auf dem Weeg waren / darauf man hinab gehet gen Beth-horon/warff der HErr grosse Stein auf sie vom Himmel biß gen Azeca: und seynd ihrer vil mehr durch die Hagelstein getödtet / dan mit dem Schwerdt der Kinder Israel erschlagen worden.

III. 12. Damahls redete Josue mit dem HErrn / an dem Tag / da er die Amorrhiter vor dem Angesicht der Kinder Israel übergab/ und sprach vor ihnen: Du Sonn bewege dich nit gegen Gabaon/ noch du Mond gegen dem Thal Aialon.

13. Darauf seynd die Sonn / und der Mond still gestanden / biß sich das Volck an seinen Fein-

3. Misit ergo Adonisedec rex Jerusalem ad Oham regem Hebron, & ad Pharam regem Jerimoth, ad Japhia quoque regem Lachis, & ad Dabir regem Eglon, dicens:

4. Ad me ascendite, & ferte præsidium, ut expugnemus Gabaon, quare *a* transfugerit ad Josue, & ad filios Israel.

a pro, quòd.

5. Congregati igitur ascenderunt quinque reges Amorrhæorum, rex Jerusalem, rex Hebron, rex Jerimoth, rex Lachis, rex Eglon, simul cum exercitibus suis, & castrametati sunt circa Gabaon, oppugnantes eam.

II. 6. Habitatores autem Gabaon urbis obsessæ miserunt ad Josue, qui tunc morabatur in castris apud Galgalam, & dixerunt ei: Ne retrahas manus tuas ab auxilio servorum tuorum: ascende citò, & libera nos, ferque præsidium: convenerunt enim adversùm nos omnes reges Amorrhæorum, qui habitant in montanis.

7. Ascenditque Josue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo, viri fortissimi.

8. Dixitque Dominus ad Josue: Ne timeas eos: in manus enim tuas tradidi *b* illos: nullus ex eis tibi resistere poterit.

b i. tradam.

9. Irruit itaque Josue super eos repentè, totâ nocte ascendens de Galgalis:

10. Et *c* conturbavit eos Dominus à facie Israel: contrivitque plagâ magnâ in Gabaon, ac persecutus est eos per viam ascensus Beth-horon, & percussit usque Azeca & Maceda.

c Confer. 1. Reg. 7. 10.

11. Cúmque fugerent filios Israel, & essent in descensu Beth-horon, Dominus misit super eos lapides magnos de cælo usque ad Azeca: & mortui sunt multò plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percusserant filii Israel *d*.

d Josue hanc saxorum procellam precibus impetravit Eccli. 46. v. 6.

III. 12. Tunc locutus *e* est Josue Domino, in die qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israel, dixítque coram eis: Sol contra Gabaon ne movearis, & Luna contra vallem Ajalon.

e i. orando.

13. Steterúntque *f* Sol & Luna, donec ulcisceretur se gens de inimicis suis

f Eccli. 46. 5. Isai. 28

luis. Nonnè scriptum est hoc in libro justorum? Stetit itaque Sol in medio cæli *g* & non festinavit occumbere spatio unius diei.

g pugnante vero Josue seu JEsu in Cruce, sol & luna in medio cæli continuerunt radios suos.

14. Non fuit anteà nec posteà tam longa dies *h*, obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Israel.

h nam duravit 36. horis *Justin. in Triph. Chald. Sa.*

15. Reversúsque est Josue cum omni Israel in castra Galgalæ.

16. Fugerant enim quinque reges, & se absconderant in spelunca urbis Maceda.

IV. 17. Nuntiatúmque est Josue, quòd inventi essent quinque reges latentes in spelunca urbis Maceda.

18. Qui præcepit sociis, & ait: Volvite saxa ingentia ad os speluncæ, & ponite viros industrios, qui clausos custodiant:

19. vos autē nolite stare, sed persequimini hostes, & extremos quosque fugientium cædite: nec dimittatis eos urbium suarum intrare præsidia, quos tradidit Dominus Deus in manus vestras.

20. Cæsis ergo adversariis plagâ magnâ, & usque ad internecionem pene consumptis, hi qui Israel effugere potuerunt, ingressi sunt civitates munitas.

21. Reversúsque est omnis exercitus ad Josue in Maceda, ubi tunc erant castra, sani & integro numero: nullúsque contra filios Israel mutire ausus est.

22. Præcepítque Josue, dicens: Aperite os speluncæ, & producite ad me quinque reges *i*, qui in ea latitant.

i mysticè quinque reges Amorrhæorum seu mundanorum sunt oblectamenta quinque sensuum.

23. Feceruntque ministri ut sibi fuerat imperatum: & eduxerunt ad eum quinque reges de spelunca, regem Jerusalem, regem Hebron, regem Jerimoth, regem Lachis, regem Eglon.

24. Cúmque educti essent ad eum, vocavit omnes viros Israel, & ait ad principes exercitûs qui secum erant: Ite, & ponite pedes super colla regum istorum. Qui cum perrexissent, & subjectorum colla pedibus calcarent,

25. rursum ait ad eos: Nolite timere, nec paveatis, cōfortamini & estote robusti: sic enim faciet Dominus cunctis hostibus vestris, adversùm quos dimicatis.

26. Percussítque Josue, & interfecit

den gerochen hat. Ist das nit geschriben im Buch der Gerechten? also stund die Sonn mitten am Himmel / und eylete nit unterzugehen einen gantzen Tag lang.

14. Es ist auch zuvor / und hernach kein Tag so lang gewesen / weil der HERR eines Menschen Stimm gehorchet / und für Israel stritte.

15. Und Josue kam mit dem gantzen Israel widerum ins Lager zu Galgala:

16. Dan die fünff König waren geflohen / und hatten sich verborgen in einer Höhl der Stadt Maceda.

IV. 17. Da ward dem Josue angezeiget / daß die fünff König gefunden wären / verborgen ligend in einer Höhl der Stadt Maceda.

18. Und er befahl seinen Gesellen / und sprach: Weltzet grosse Stein für das Loch der Höhl / und bestellet fleissige Männer dahin / die Beschlossene zu verwahren.

19. Ihr aber sollet nit stehen bleiben / sondern die Feind verfolgen / und die Hinderste auf der Flucht alle niderhauen / und lasset sie nit in den Vortheil ihrer Städt kommen / welche GOTT der HErr in eure Händ übergeben hat.

20. Da nun die Feind geschlagen / und mit einer sehr grossen Niderlag schier zumahl vertilget waren / seynd die übrige / so dem Israel haben entfliehen können / in veste Städt hinein kommen.

21. Und das gantze Heer kam widerum zu Josue gen Maceda / da das Feldläger der Zeit war: und waren alle gesund / auch in gantzer Anzahl: und durffte sich keiner mit einem Wort wider Israel mercken lassen.

22. Da befahl Josue / und sprach: Raumet das Loch auf an der Höhl / und bringet zu mir herauß die fünff König / welche darin verborgen ligen.

23. Und die Diener thäten / wie ihnen befohlen war / und führeten auß der Höhl die fünff König zu ihm / den König zu Jerusalem / den König zu Hebron / den König zu Jerimoth / den König zu Lachis / den König zu Eglon.

24. Da sie nun zu ihm herauß geführet waren / rieff er allen Männern Israel / und sprach zu den Obersten deß Heers / welche bey ihm waren: Gehet hin / und trettet disen Königen mit euren Füssen auf die Hälß. Da sie nun hingiengen u. sie unter sich wurffen u. ihnen mit den Füssen auf die Hälß tratē /

25. Sprach Josue abermal zu ihnen: Förchtet euch nit / und werdet nit zaghafftig / fasset ein Hertz / und seyd starck: dan also wird der HErr allen euren Feinden thun / die ihr bestreitet.

26. Und Josue erschlug und tödtete sie / und henck-

henckte sie auf an fünff Bäum: und sie bliben hangen biß auf den Abend.

27. Und als die Sonn untergieng / befahl er seinen Gesellen / sie von den Galgen abzunehmen. Und sie nahmen sie ab / und wurffen sie in die Höhl / darin sie sich verborgen hatten: und legten grosse Stein vor das Loch der Höl: welche daselbst bleiben biß auf dise Zeit.

V. 28. An demselbigen Tag nahm Josue auch die Stadt Maceda ein / und schlug sie mit der Schärpf deß Schwerdts / auch erwürgete er ihren König / und alle ihre Innwohner: er ließ daselbst auch das geringst nit übrig bleiben: und thäte dem König zu Maceda / wie er dem König zu Jericho gethan hatte.

29. Er zoge aber mit dem gantzen Israel fort von Maceda gen Lebna / und stritte wider sie.

30. Und der HErr übergab die Stadt samt ihrem König dem Israel in die Händ: und sie schlugen die Stadt mit d' Schärpf deß Schwerdts / samt allen ihren Inwohnern: und liessen gar nichts darinnen übrig bleiben Auch thäten sie dem König zu Lebna / wie sie dem König zu Jericho gethan hatten.

31. Von Lebna ruckte er mit dem gantzen Israel fort gen Lachis / und nachdem er das Kriegsheer rund um die Stadt her gelegt / stürmete er sie.

32. Und der HErr übergab Lachis dem Israel in die Händ / und er gewahn sie am folgenden Tag / und er schlug sie mit der Schärpf deß Schwerdts / und alle Seelen / die darinnen waren / wie er zu Lebna gethan hatte.

33. Zu derselben Zeit kam Horam der König zu Gazer herauf / der Stadt Lachis Hülff zu thun / und Josue erschlug ihn mit seinem gantzen Volck / biß auf den letzten Mann.

34. Von Lachis zoge er fort auf Eglon / und lagerte sich rings um die Stadt /

35. Und eroberte sie auch an demselbigen Tag / und erschlug mit der Schärpf deß Schwerdts alle Seelen / welche darinnen waren / allerdings auf die Weiß / wie er zu Lachis gethan hatte.

36. Auch zoge er mit dem gantzen Israel von Eglon hinauf gen Hebron / und stürmete die Stadt:

37. Er gewan sie auch / und schlug sie mit der Schärpff deß Schwerdts / samt ihrem König / und allen Städten derselben Landschafft / und allen Seelen / welche darinnen wohneten: und ließ daselbst nichts übrig bleiben. Gleichwie er Eglon gethan hatte / also thäte er auch Hebron: was er darinn fand / das raumte er hinweg mit dem Schwerdt.

eos, atque suspendit super quinq; stipites: fuerúntque suspensi usque ad vesperum.

27. *k* Cúmque occumberet sol, præcepit sociis ut deponerent eos de patibulis. Qui depositos projecerunt in speluncam, in qua latuerant, & posuerunt super os ejus saxa ingentia, quæ permanent usque in præsens *l*.

V. 28. Eodem quoque die *m* Macedam cepit Josue, & percussit eam in ore gladii, regémque illius interfecit, & omnes habitatores ejus: non dimisit in ea saltem parvas reliquias. Fecítque regi Maceda, sicut fecerat regi Jericho.

29. Transivit autem cum omni Israel de Maceda in Lebna, & pugnabat contra eam:

30. quam tradidit Dominus cum rege suo in manus Israel: percusserúntque urbem in ore gladii, & omnes habitatores ejus, non dimiserunt in ea ullas reliquias. Fecerúntque regi Lebna, *n* sicut fecerant regi Jericho.

31. De Lebna transsivit in Lachis cum omni Israel: & exercitu per gyrum disposito oppugnabat eam.

32. Tradidítque Dominus Lachis in manus Israel, & cepit eam die altero, atque percussit in ore gladii, omnémque animam quæ fuerat in ea, sicut fecerat Lebna.

33. Eo tempore ascendit Horam rex Gazer, ut auxiliaretur Lachis: quem percussit Josue cum omni populo ejus usque ad internecionem.

34. Transivítque de Lachis in Eglon, & circumdedit,

35. atque expugnavit eam eadem die: percussítque in ore gladii omnes animas quæ erant in ea, juxta omnia quæ fecerat Lachis.

36. Ascendit quoque cum omni Israel de Eglon in Hebron, & pugnavit contra eam:

37. cepit eam, & percussit in ore gladii, regem *o* quoque ejus, & omnia oppida regionis illius, universásque animas, quæ in ea fuerant commoratæ: non reliquit in ea ullas reliquias: sicut fecerat Eglon, sic fecit & Hebron, cuncta quæ in ea reperit consumens gladio.

k Deut. 21. 23.

l Hic explicit annus 2553.

m Supr. quo eam oppugnavit. *Hæc autem cum sequentibus videntur usque ad finem. cap. 11. ad ann. 2559. extendenda ut patet ex petitione Caleb infr. cap. 14.* Ab autumno anni 2554. quo post cessationem Mannæ, Israelitis terram serere primũ contigit, numerandus est annus 1. georgiæ & radix ann. sabbaticorum hic figenda.

n Sup. 6. 2.

o novum scilicet, cùm prior ante suspensus fuerit, *sup.* 26.

38. Inde reversus in Dabir,

39. cepit eam atque vastavit: regem quoque ejus atque omnia per circuitum oppida percussit in ore gladii: non dimisit in ea ullas reliquias: sicut fecerat Hebron & Lebna & regibus earum, sic fecit Dabir & regi illius.

40. Percussit itaque Josue omnem Terram montanam & meridianam atq; campestrem, & Asedoth *p*, cum regibus suis: non dimisit in ea ullas reliquias, sed omne quod spirare poterat interfecit, sicut præceperat ei Dominus Deus Israel,

41. à Cadesbarne usque Gazam. Omnem Terram Gosen usque Gabaon,

42. universosque reges, & regiones eorum, uno *q* impetu cepit atque vastavit: Dominus enim Deus Israel pugnavit pro eo.

43. Reversusque est cum omni Israel ad locum castrorum in Galgala.

p i. urbem & regionem.

q i. una expeditione & continuato bello.

CAPUT XI.

Expugnat Josue Jabin cum aliis plurimis regibus ac populis, omnia servans quæ Dominus Moysi præceperat.

1. QUæ cùm audisset *a* Jabin rex Asor, misit ad Jobab regem Madon, & ad regem Semeron, atque ad regem Achsaph:

2. ad reges quoque Aquilonis, qui habitabant in montanis & in planitie contra meridiem Ceneroth *b*, in campestribus quoque & in regionibus Dor juxta mare:

3. Chananæum quoque ab Oriente & Occidente, & Amorrhæum atque Hethæum ac Pherezæum & Jebusæum in montanis: Hevæum quoque qui habitabat ad radices Hermon in Terra Maspha.

4. Egressique sunt omnes cum turmis suis, *c* populus multus nimis sicut arena quæ est in littore maris, equi quoque & currus immensæ multitudinis.

5. Conveneruntque omnes reges isti in unum ad Aquas Merom, ut pugnarent contra Israel.

6. Dixitque Dominus ad Josue: Ne timeas eos: cras enim hâc eadem horâ ego tradam omnes istos vulnerandos *d* in conspectu Israel: equos eorum subnervabis *e*, & currus igne combures.

a Devictis s. regibus omnes reliqui Israeli sese opposuerunt, cum quibus Josue bellum gessit.

b i. maris Genesareth.

c Peditum trecentis millibus. Equitum decem millibus. Currum 20. mill. *Joseph. Antiq. l. 5. cap. 1. sive 2.*

d Chald. eccisos.

e i. incisis crurum nervis, reddes eos inutiles.

38. Von dannen kam er widerum gen Dabir.

39. Er gewan auch / und verwüstete die Stadt / und schlug ihren König / samt allen kleinen Städten rings herum / mit der Schärpf deß Schwerdts: er ließ nichts darinnen übrig bleiben: wie er Hebron und Lebna / und ihren Königen gethan hatte / alſo thäte er auch Dabir / und ihrem König.

40. Also schlug Josue das gantze Land auf dem Gebirg / und gegen Mittag / und im offenen Feld / und Asedoth mit ihren Königen: er ließ nichts darinnen übrig bleiben: sondern erwürgete alles / was den lebendigen Athem hatte / wie ihm der HErr / der GOtt Israel / befohlen hatte /

41. Von Cadesbarne an biß gen Gaza / das gantze Land Gosen / biß gen Gabaon /

42. Alle die König / samt ihren Landschafften nahm er ein / und verheerete sie mit einem gewaltsammen Heerzug: dan der HErr / der GOtt Israel / stritte für ihn.

43. Und er kam widerum mit dem gantzen Israel zu dem Ort / da das Lager war gen Galgala.

Das XI. Capitel.

Der König Jabin / mit mehr andern Königen / Städten und Völckern / wird von Josue übergwältiget.

1. NAchdem Jabin / der König zu Asor solches hörete / sandte er zu Jobab / dem König zu Madon / und zum König zu Semeron / und zu dem König zu Achsaph:

2. Auch zu den Königen gegen Mitternacht / die auf dem Gebirg ihren Sitz hatten / und in dem ebenen Feld gegen Mittag Ceneroth: auch die auf dem flachen Feld / und in den Gräntzen Dor am Meer wohneten.

3. Jmgleichen zu den Chananitern gegen Aufgang und Nidergang / zu den Amorrhitern und Hethitern / und Pherezitern / und Jebusitern auf dem Gebirg: auch zu den Hevitern / welche unten an dem Berg Hermon im Land Maspha wohneten.

4. Und sie zogen alle herauß mit ihren Schaaren: war ein sehr groß Volck / gleich dem Sand / der am Gestad deß Meers ist / auch übermässig vil Roß und Wagen /

5. Und thäten sich alle dise König zusammen bey dem Wasser Merom / wider Israel zu streiten.

6. Und der HErr sprach zu Josue: Förchte dir nit vor ihnen: dan Morgen eben um dise Stund / wil ich sie alle vor dem Angesicht Israel zuschlagen übergeben: ihre Roß solst du verlämen / und ihre Wagen mit Feur verbrennen.

7. Da kam Josue / und das gantze Heer mit ihm / unversehens wider sie am Wasser Merom / und sie überfielen selbe /

8. Und der HErr übergab sie in die Hånd Israel. Und sie schlugen / und verfolgeten sie biß gen groß Sidon / und biß an das Wasser Maserephoth / und biß an das Feld Maspha / das ihr an der Seiten ligt gegen Aufgang. Also erschlug er sie alle / und ließ von ihnen nichts übrig bleiben:

9. Und thåte / wie ihm der HErr befohlen hatte / er låmete ihre Roß / und verbrandte ihre Wågen mit Feuer.

10. Und er kehrete alsbald wider um / und gewan Asor / und erschlug ihren König mit dem Schwerdt. Dan Asor war von Alters das Haubt unter allen disen Königreichen.

11. Und er erschlug alle Seelen / so daselbst wohneten / er ließ nichts darinn übrig bleiben / sondern vertilgte alles auf den Grund und Boden / und verwüstete die Stadt mit Feuer.

12. Und alle Stått / welche rings herum gelegen waren / samt ihren Königen brachte er in seine Gewalt / erschlug und vertilgete sie / wie ihm Moyses / der Diener deß HErrn befohlen hatte:

13. Außgenommen die Stått / welche auf Bühlen und hohen Oertern gelegen waren: die übrige verbrandte Israel: ohn daß auch das Feur die einige Stadt Asor verzehret hat / welche sehr vest war.

14. Und allen Raub derselbigen Stått / samt dem Vieh theileten die Kinder Israel unter sich / nachdem alle Menschen erschlagen waren.

15. Wie es der HErr Moysi seinem Knecht befohlen hatte / also hats Moyses dem Josue befohlen / und er hat alles vollzogen: er hat von allen Gebotten auch nit ein eintziges Wort übertretten / das der HErr Moysi befohlen hatte.

16. Also nahm Josue das gantze Land ein auf dem Gebirg / und gegen Mittag / auch das Land Gosen / und das flache Feld / und die Gegend zum Nidergang / wie auch das Gebirg Israel mit seinen Gründen:

17. Und ein Theil deß Bergs / das sich auf Seir hinan strecket / biß gē Baalgad / durch das ebene Land am Libano / unten an dem Berg Hermon: alle König diser Lånder hat er gefangen / erschlagen u. getödtet.

18. Es hat aber Josue eine raume Zeit mit disen Königen gestritten.

19. Dan es war keine Stadt / die sich den Kindern Israel übergab / außgenommen die Heviter / welche zu Gabaon wohneten / sonst hat er sie alle mit streitender Hand gewunnen.

7. Venitque Josue, & omnis exercitus cum eo, adversus illos ad Aquas Merom subitò, & irruerunt super eos.

8. tradiditque illos Dominus in manus Israel. Qui percusserunt eos, & persecuti sunt usque ad Sidonem magnam, & Aquas Maserephoth, campúmque Masphe, qui est ad Orientalem illius partem. Ita percussit omnes, ut nullas dimitteret ex eis reliquias:

9. fecítque sicut præceperat ei Dominus, equos eorum subnervavit, currúsque combussit igni.

10. Reversúsque statim cepit Asor: & regem ejus percussit gladio. Asor enim antiquitus inter omnia regna hæc principatum tenebat.

11. Percussítque omnes animas, quæ ibidem morabantur: non dimisit in ea ullas reliquias, sed usque ad internecionem universa vastavit, ipsámque urbem peremit incendio.

12. Et omnes per circuitum civitates, regésque earum cepit, percussit atque delevit, *f* sicut præceperat ei Moyses famulus Domini. *f Deut. 7. 2.*

13. Absque urbibus, quæ erant in collibus & in tumulis sitæ, cæteras succendit Israel: unam tantùm Asor munitissimam flamma consumpsit.

14. Omnémque prædam istarum urbium ac jumenta diviserunt sibi filii Israel, cunctis hominibus interfectis.

15. *g* Sicut præceperat Dominus Moysi servo suo, ita præcepit Moyses Josue, & ille universa complevit: non præteriit de universis mandatis, nec unum quidem verbum quod jusserat Dominus Moysi. *g Exod. 34. 11. Deut. 7. 1.*

16. Cepit itaque Josue omnem Terram montanam, & meridianam, terrámque Gosen, & planitiem, & Occidentalem plagam, montémque Israel *h*, & campestria ejus: *h Samariæ, qui facta secessione decem tribuum sub Jeroboamo vocatus est mons Israel.*

17. & partem montis quæ ascendit Seir usque Baalgad, per planitiem Libani subter montem Hermon: omnes reges eorum cepit, percussit, & occidit.

18. Multo tempore *i* pugnavit Josue contra reges istos. *i Toto videlicet sexennio, ut patebit infrà c. 14. 10.*

19. Non fuit civitas quæ se traderet filiis Israel, præter Hevæum, qui habitabat in Gabaon: omnes enim bellando cepit.

20. Do-

20. Domini enim sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel & caderent, & non mererentur ullam clementiam, ac perirent, sicut præceperat Dominus Moysi.

24. Ich hab eine Tochter die noch Jungfrau ist/ so hat diser Mensch auch ein Kebsweib : die wil ich zu euch herauß führen / daß ihr sie demüthiget/ und euren Willen mit ihnen schaffet: eins bitte ich allein/ ihr wollet diß Laster an dem Mann nit begehen/ das wider die Natur ist.

25. Aber sie wolten seinen Worten nit Raum geben: da das der Mensch sahe/ führete er sein Kebsweib zu ihnen herauß / und übergab sie ihnen/ ihren Willen mit ihr zu schaffen: die mißbrauchten sie die gantze Nacht / und liessen sie gegen dem Morgen gehen.

26. Als aber die Finsternuß abgieng / kam das Weib an die Thür deß Hauß / darinnen ihr Hauß-Herr bliben war / und fiel daselbst nider.

27. Am Morgen stund der Mensch auf/ und er-

17. Elevatisque oculis, vidit senex sedentem hominem cum sarcinulis suis in platea civitatis: & dixit ad eum: Unde venis? & quo vadis?

18. Qui respondit ei: Profecti sumus de Bethlehem Juda, & pergimus ad locum nostrũ, qui est in latere montis Ephraim, unde ieramus in Bethlehem: & nunc vadimus ad domum Dei *f*, nullusq; sub tectum suum nos vult recipere,

19. habentes paleas & fœnum in asinorum pabulum, & panem ac vinum in meos & ancillæ tuæ usus, & pueri, qui mecum est: nullâ re indigemus nisi hospitio.

20. Cui respondit senex: Pax tecum sit, ego præbebo omnia quæ necessaria sunt: tantùm, quæso, ne in platea maneas.

21. Introduxitque eum in domum suam, & pabulum asinis præbuit: ac postquam laverunt pedes suos, recepit eos in convivium.

I. 22. Illis epulantibus, & post laborem itineris, cibo & potu reficientibus corpora, venerunt viri civitatis illius, filii Belial, (id est, absque jugo) & circumdantes domum senis, fores pulsare cœperunt, clamantes ad dominum domûs, atque dicentes: *g* Educ virum, qui ingressus est domum tuam, ut abutamur eo *h*.

23. Egressusque est ad eos senex, & ait: Nolite fratres, nolite facere malum hoc: quia ingressus est homo hospitium meum, & cessate ab hac stultitia *i*:

24. Habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam, educam eas ad vos, ut humilietis eas, & vestram libidinem compleatis: tantùm, obsecro, ne scelus hoc contra naturam *k* operemini in virum.

25. Nolebant acquiescere sermonibus illius. Quod cernens homo, eduxit ad eos concubinam suam, & eis tradidit illudendam: quâ cùm totâ nocte abusi essent, dimiserunt eam mane.

26. At mulier, recedentibus tenebris, venit ad ostium domûs, ubi manebat dominus suus, & ibi corruit.

27. Manè facto, surrexit homo, & ape-

f quæ tunc in Silo erat.

g Gen. 19. 5.

h Chald. & 70. cognoscamus eum

i Chald. ignominia, seu turpitudine.

k Chald. rem hanc ignominiosam.

ruit oſtium, ut cœptam expleret viam: & ecce concubina ejus jacebat ante oſtium ſparſis in limine manibus.

28. Cui ille, putans eam quieſcere, loquebatur: Surge, & ambulemus. Quâ nihil reſpondente, intelligens quòd erat mortua; tulit eam, & impoſuit aſino, reverſuſque eſt in domum ſuam.

II. 29. Quam cùm eſſet ingreſſus, arripuit gladium, & cadaver uxoris cum oſſibus ſuis in duodecim partes ac fruſta *l* concidens, miſit in omnes terminos Iſrael.

l ſc. etiam duas partes miſit duabus dimidiis Manaſſe tribubus.

30. Quod cùm vidiſſent ſinguli, conclamabant: Numquam res talis facta eſt in Iſrael, ex eo die quo aſcenderunt patres noſtri de Ægypto, uſque in præſens tempus: ferte ſententiam, & in comune decernite quid facto opus ſit.

CAPUT XX.

I. Ob hoc ſcelus pugnantes reliquæ tribus adverſus Benjamin, ſemel iterùmque bello inferiores, 1.

II. Sed tertiò juſſu Domini committentes prælium; tribum illam, præter ſexcentos penitus delent. 26.

Eodem tempore.

1. EGreſſi itaque ſunt omnes filii Iſrael, & pariter congregati, quaſi vir unus, *a* de Dan uſque Berſabee, & Terra Galaad, ad Dominum in Maſpha.

a Oſee 9. 9.

2. Omneſque anguli *b* populorum, & cunctæ tribus Iſrael in Eccleſiam populi Dei convenerunt, quadringenta millia peditum pugnatorum.

b i. capita & primates.

3. (Nec latuit filios Benjamin, quòd aſcendiſſent filii Iſrael in Maſpha.) Interrogatuſque Levita, maritus mulieris interfectæ, quomodo tantum ſcelus perpetratum eſſet,

4. reſpondit: Veni in Gabaa Benjamin cum uxore mea, illucque diverti:

5. & ecce homines civitatis illius circumdederunt nocte domum, in qua manebam, volentes me occidere *c*, & uxorem meam incredibili furore libidinis vexantes, denique mortua eſt.

c ſc. libidine præpoſtera.

6. Quam arreptam, in fruſta concidi, miſique partes in omnes terminos poſſeſſionis veſtræ: quia nunquam tantum nefas, & tam grande piaculum factum eſt in Iſrael.

öffnete die Thür / die angefangene Reiß zu vollführen: und ſihe / da lag ſein Kebsweib vor der Thür / und hatte ihre Händ auf die Schwell außgeſtrecket.

28. Er aber / weil er vermeinte / daß ſie ſchlieffe / ſprach zu ihr: Stehe auf / daß wir uns auf den Weeg begeben. Und als ſie keine Antwort gab / vermerckte er / daß ſie todt war / und nahm ſie / und legte ſie auf ſeinen Eſel / und zoge widerum in ſein Hauß.

II. 29. Da er nun in ſein Hauß kommen war / nahm er ein Schwerdt / und hiebe den Leichnam ſeines Weibs mit dem Gebein in zwölff Theil und Stück / und ſandte dieſelbige in alle Gräntzen Iſrael.

30. Und alle / die es ſahen / rieffen ſamtlich und ſprachen: Eine ſolche That iſt niemahl geſchehen in Iſrael / von dem Tag an / daß unſere Vätter auß Egypten herauf kommen ſeynd / biß auf die jetzige Zeit: Gebet ein Urtheil / und ſchlieſſet in gemein / was hierin zu thun ſey.

Das XX. Capitel.

I. Die eylff Geſchlecht werden von Benjamitern zweymahl in die Flucht geſchlagen / 1.

II. Im dritten Anfall erhalten ſie die Oberhand und tilgen das Geſchlecht Benjamin ſchier auß / daß nur ſechshundert Mann übrig bliben / 26.

1. DArauf zogen die Kinder Iſrael auß / und waren alle beyeinander verſammlet / wie ein Mann / von Dan biß gen Berſabee / und vom Land Galaad / und kamen zum HErrn gen Maſpha.

2. Und alle Eck *a* der Völcker / und alle Geſchlecht Iſrael kamen zu einander in die Verſammlung deß Volcks GOttes / vier mahl hundert tauſend Mann zu Fuß / die ſtreitbar waren.

3. Es war aber den Kindern Benjamin unverborgen / daß die Kinder Iſrael gen Maſpha hinauf gezogen waren. Und der Levit deß todten Weibs Ehemann ward gefraget / wie diß groſſe Laſter begangen wäre.

4. Darauf antwortet er: Ich kam mit meinem Weib gen Gabaa Benjamin / und zoge daſelbſt hinein zur Herberg.

5. Und ſihe / die Leut derſelbigen Stadt umgaben bey der Nacht das Hauß / darin ich war / und wolten mich umbringen / und plagten mein Weib mit unglaublichem Wüten der Unzucht / daß ſie endlich geſtorben iſt /

6. Da nahm ich dieſelbig / und hiebe ſie zu Stücken / und ſandte die Stück in alle Gräntzen eures Erbtheils. Dan es iſt niemahl ein ſolches ſchändlich Laſter / und ſo groſſe Ubelthat in Iſrael begangen worden.

a Fürſten

7.

7. Nun seyd ihr Kinder Israel alle mit einander hie / gebet ein Urtheil / was euch zu thun gebühre.

8. Da stund das gantze Volck / und antwortete / als wan es eines Menschen Wort gewesen wäre: Wir wollen zu unsern Hütten nit widerkehren / und niemand sol in sein Hauß kommen.

9. Sondern diß wollen wir ins gemein wider Gabaa thun.

10. Man sol in allen Stämmen Israel zehen Männer auß hundert erwählen / und hundert auß tausend / u. tausend auß zehen tausend / daß sie Speiß für das Heer zusammen bringen / damit wir streiten können wider Gabaa Benjamin / und ihr für das Laster vergelten / was sie verdienet hat.

11. Also kam gantz Israel bey der Stadt zusammen / wie ein Mann / und waren alle eines Gemüths / und eines Fürnehmens.

12. Und sie schicketen Botten an das gantze Geschlecht Benjamin / die sprachen: Warum ist ein solches groß Laster unter euch gefunden worden.

13. So lifert nun die Leut auß Gabaa / die diß Laster begangen haben / damit sie sterben / und das Böß auß Israel hinweg gethan werde. Aber sie wolten dem Befehl ihrer Brüder der Kinder Israel nit Gehör geben:

14. Sondern sie versammleten sich auß allen Städten / die ihres Erbtheils waren / gen Gabaa / daß sie ihnen Beystand thäten / und wider das gantze Volck Israel stritten.

15. Und es funden sich fünff und zwantzig tausend Mann von Benjamin / die das Schwerdt außzohen / ohn die zu Gabaa wohneten:

16. Deren siben hundert waren / sehr tapffere Männer / welche so wohl mit der lincken / als mit der rechten Hand stritten / und mit den Schlingen die Stein so gewiß wurffen / daß sie auch ein Haar treffen funten / und der Wurff deß Steins keines wegs zur andern Seiten außführe.

17. Auch wurden der Kinder Israel ohn die Kinder Benjamin viermahl hundert tausend gefunden / die das Schwerdt außzohen / und zum Streit bereit waren.

18. Die sich aufmachten / und kamen zum Hauß Gottes / das ist gen Silo / und fragten GOtt / und sprachen: Wer sol in unserm Heer der Führer seyn im Streit wider die Kinder Benjamin? Und der HErr antwortet ihnen: Judas sol euer Heerführer seyn.

19. Alsbald machten sich die Kinder Israel am morgen auf / und lagerten sich bey Gabaa.

20. Von dannen zogen sie fort zum Streit wider Benjamin / und fiengen an die Stadt zu bestürmen

7. Adestis omnes filii Israel, decernite quid facere debeatis.

8. Stánsque omnis populus, quasi unius hominis *d* sermone respondit: Non recedemus in tabernacula nostra, nec suam quisquam intrabit domum:

9. sed hoc contra Gabaa in commune faciamus.

10. Decem viri eligantur è centum ex omnibus tribubus Israel, & centum de mille, & mille de decem millibus, ut comportent exercitui cibaria, & possimus pugnare contra Gabaa Benjamin, & reddere ei pro scelere, quod meretur.

11. Conveníque universus Israel ad civitatem, quasi homo unus, eâdem mente, unóque consilio.

12. Et miserunt nuntios ad omnem tribum Benjamin, qui dicerent: Cur tantum nefas in vobis repertum est?

13. Tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, ut moriantur, & auferatur malum de Israel. Qui noluerunt fratrum suorum filiorum Israel audire mandatum:

14. sed ex cunctis urbibus, quæ sortis suæ erant, convenerunt in Gabaa, ut illis ferrent auxilium, & contra universum populum Israel dimicarent.

15. Inventíque sunt viginti quinque millia de Benjamin educentium gladium, præter habitatores Gabaa,

16. qui septingenti erant viri fortissimi *e*, ita sinistra ut dextra *f* præliantes: & sic fundis lapides ad certum jacientes, ut capillum quoque possent percutere, & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur.

17. Virorum quoque Israel, absque filiis Benjamin, inventa sunt quadringenta millia educentium gladios, & paratorum ad pugnam.

18. Qui surgentes venerunt in domum Dei, hoc est, in Silo: consuluerúntque *g* Deum, atque dixerunt: Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Benjamin? Quibus respondit Dominus: Judas sit dux vester.

19. Statímque filii Israel surgentes manè, castrametati sunt juxta Gabaa:

20. & inde procedentes ad pugnã contra Benjamin, urbẽ oppugnare cœperunt.

d i. communi consensu.

e robustissimi corpore.

f ambidextri.

g per Pontificem Phinees.

21. Egressique filii Benjamin de Gabaa, occiderunt de filiis Israel die illo viginti duo millia virorum *h*.

22. Rursum filii Israel & fortitudine & numero confidentes, in eodem loco, in quo priùs certaverant, aciem direxerunt:

23. ita tamen ut priùs ascenderent & flerent coram Domino usque ad noctem: consulerentque eum, & dicerent: Debeo ultrà procedere ad dimicandum contra filios Benjamin fratres meos, an non? Quibus ille respondit: Ascendite ad eos, & inite certamen.

24. Cúmque filii Israel altera die contra filios Benjamin ad prælium processissent,

25. eruperunt filii Benjamin de portis Gabaa: & occurrentes eis, tantâ in illos cæde bacchati sunt, ut decem & octo millia virorum educentium gladium prosternerent.

II. 26. Quamobrē omnes filii Israel venerunt in domum Dei, & sedentes flebant coram Domino: jejunaveruntque die illo usque ad vesperam, & obtulerunt ei holocausta, atque pacificas victimas,

27. & super statu suo interrogaverunt. Eo tempore ibi *i* erat arca fœderis Dei,

28. & Phinees filius *k* Eleazari filii Aaron præpositus domûs *l*. Consuluerunt igitur Dominum, atque dixerunt: Exire ultrà debemus ad pugnam contra filios Benjamin fratres nostros, an quiescere? Quibus ait Dominus: Ascendite, cras enim tradam eos in manus vestras.

29. Posueruntque filii Israel insidias per circuitum urbis Gabaa:

30. & tertia vice, sicut semel & bis, contra Benjamin exercitum produxerunt.

31. Sed & filii Benjamin audacter eruperunt de civitate, & fugientes adversarios longiùs persecuti sunt, ita ut vulnerarent ex eis sicut primo die & secundo, & cæderent per duas semitas vertentes terga, quarum una ferebatur in Bethel, & altera in Gabaa, atque prosternerent triginta circiter viros:

32. putaverunt enim solitò eos

h Cur Deus ritè consultus permiserit tanta strage affligi Israelitas, pulchrè explicant SS. Augustin. Greg. sc. ut puniret peccata, præsertim idololatriæ, quam tolerabant in tribu Dan.

i sc. in Silo.

k sic patet hanc historiam contigisse paulò post mortem Josue.

l i. summus sacerdos.

21. Und die Kinder Benjamin fielen auß Gabaa / und erschlugen an dem Tag von den Kindern Israel zwey und zwantzig tausend Mann.

22. Abermahl machten die Kinder Israel ihre Schlacht-Ordnung an selbigem Ort / da sie zuvor daß Treffen gethan hatten / im Vertrauen auf ihre Stärck und grosse Mäng /

23. Doch also / daß sie zuvor hinauf giengen / und weineten vor dem HErrn biß in die Nacht / fragten ihn auch / und sprachen: Sol ich ferner außziehen wider die Kinder Benjamin meine Brüder zu streiten oder nit? Und er antwortet ihnen: Ziehet hinauf zu ihnen / und thut ein Treffen.

24. Als nun die Kinder Israel deß folgenden Tags wider die Kinder Benjamin zum Streit heran tratten /

25. Fielen die Kinder Benjamin auß den Thoren Gabaa und kamen ihnen entgegen / und wüteten also mit Morden unter ihnen / daß sie achtzehen tausend Mann niderlegten / die das Schwerdt außzohen.

II. 26. Derwegen kamen alle Kinder Israel zum Hauß GOttes / sassen daselbst / und weineten vor dem HErrn: und sie fasteten den Tag biß auf den Abend / opfferten ihm auch Brand-Opffer / und Frid-Opffer /

27. Und fragten um ihren Stand. Es war aber zu der Zeit allda die Arch deß Bunds GOttes /

28. Und Phinees / der Sohn Eleazar / deß Sohns Aaron / war Vorsteher deß Hauß. Also fragten sie den HErrn und sprachen: Sollen wir auch wider die Kinder Benjamin unsere Brüder ferner zum Streit außziehen / oder sollen wir still halten? Und der HErr sprach zu ihnen: Ziehet hinauf / dan morgen wil ich sie in eure Händ übergeben.

29. U. die Kinder Israel machten einen Hinterhalt wider die Stadt Gabaa / rings um sie her:

30. Also führeten sie zum drittenmal das Kriegs-Heer wider Benjamin herauß / wie sie zum ersten und andernmahl gethan hatten.

31. So fielen auch die Kinder Benjamin kühnlich auß der Stadt / und verfolgeten die Widerwärtige / die sich auf die Flucht gaben / fast weit / also / daß sie etliche von ihnen verwundeten / wie sie den ersten und andern Tag gethan hatten / und schlugen sie / da sie auf zweyen Weegen die Flucht namen / deren einer auf Bethel führet / der ander auf Gabaa: daß sie ungefährlich dreyßig Mañ erlegten:

32. Dan sie vermeineten sie zu schlagen / wie sie ge-

gewohnet waren. Aber sie nahmen sich mit List an/ als wan sie flüchtig wären / und richteten ihren Anschlag dahin / daß sie sie weit von der Stadt ziehen möchten/ und unterm Schein der Flucht / auf vorgemeldte Weeg bringen.

33. Also machten sich alle Kinder Israel auf auß ihrer Lagerstatt / und stelleten sich in die Schlacht-Ordnung an dem Ort/ das Baalthamar genannt wird. Auch thäte sich allgemach der Hinterhalt hervor/ der um die Stadt verborgen lag/

34. Und fieng an hervor zu kommen / an der Seiten der Stadt zum Nidergang. So waren auch noch andere zehen tausend auß gantz Israel erlesene Mann/ welche die Inwohner der Stadt zum Streit herauß locketen. Und der Streit war schwer wider die Kinder Benjamin: und sie wusten nit/ daß sichs von allen Seiten mit ihnen zum Untergang schickte.

35. Und der HErr schlug sie vor dem Angesicht der Kinder Israel / und sie erschlugen von ihnen an dem Tag fünff und zwantzig tausend / und hundert Mann/ die alle streitbar waren/ und das Schwerdt außzohen.

36. Als aber die Kinder Benjamin sahen/ daß sie zu schwach waren/ fiengen sie an zu fliehen: Da das die Kinder Israel mercketen/ gaben sie ihnen Raum zur Flucht / damit sie zu dem angeordneten Hinterhalt kämen / den sie bey der Stadt gemacht hatten.

37. Als nun dieselbige unversehens hervor brachen von den Oertern/ da sie verborgen lagen / und Benjamin den jenigen den Rucken gab / die sie schlugen / zogen jene zu der Stadt hinein/ und schlugen sie mit der Schärpff deß Schwerdts.

38. Es hatten aber die Kinder Israel den jenigen ein Zeichen gegeben/ die sie im Hinterhalt versteckethatten / daß sie ein Feuer anzünden solten / wan sie die Stadt eingenommen hätten : damit sie durch den aufgehenden Rauch zuerkennen geben / daß die Stadt gewunnen wäre.

39. Als nun die Kinder Israel mitten im Streit umsahen (dan die Kinder Benjamin vermeineten/ daß sie die Flucht nehmen / und verfolgeten sie fast inständig/ erschlugen auch von ihrem Heer dreyßig Mann /)

40. Und sahen den Rauch wie ein Saul von der Stadt aufgehen : Als auch Benjamin hinter sich sahe / und merckte/ daß die Stadt erobert war, und daß die Flamm hinauf schlug in die Höh.

41. Die sich da zuvor angenommen hatten / als wan sie flüchtig wären/ wandten das Angesicht/ und thäten starcken Widerstand. Da solches die Kinder Benjamin sahen/ namen sie die Flucht/

more cædere. Qui fugam arte simulantes, inierunt consilium ut abstraherent eos de civitate, & quasi fugientes ad supradictas semitas perducerent.

33. Omnes itaque filii Israel surgentes de sedibus suis, tetenderunt aciem in loco, qui vocatur Baalthamar *m*. Insidiæ quoque, quæ circa urbem erant, paulatim se aperire cœperunt,

34. & ab Occidentali urbis parte *n* procedere. Sed & alia decem millia virorum de universo Israel, habitatores urbis ad certamina provocabant. Ingravatumque est bellum contra filios Benjamin: & non intellexerunt quòd ex omni parte illis instaret interitus.

35. Percussitque eos Dominus in conspectu filiorum Israel, & interfecerunt ex eis in illo die viginti quinq; millia & centum viros, omnes bellatores & educentes gladium.

36. Filii autem Benjamin, cùm se inferiores esse vidissent, cœperunt fugere. Quod cernentes filii Israel, dederunt eis ad fugiendum locum, ut ad præparatas insidias devenirent, quas juxta urbem posuerant.

37. Qui cùm repentè de latibulis surrexissent, & Benjamin terga cædentibus daret, ingressi sunt civitatem, & percusserunt eam in ore gladii.

38. Signum autem dederant filii Israel his quos in insidiis collocaverant, ut postquam urbem cepissent, ignem accenderent: ut ascendente in altum fumo, captam urbem demonstrarent.

39. Quòd cùm cernerent filii Israel in ipso certamine positi, (putaverunt enim filii Benjamin eos fugere, & instantiùs persequebantur, cæsis de exercitu eorum triginta viris)

40. & viderent quasi columnā fumi de civitate conscendere; Benjamin quoque aspiciens retrò, cùm captam cerneret civitatem, & flammas in sublime ferri:

41. qui priùs simulaverant fugam, versâ facie fortiùs resistebant. Quod cùm vidissent filii Benjamin, in fugam versi sunt,

m Chald. in planitie Jericho.

n 70. ab arundineto Gabaa.

42. & ad viam deserti ire cœperunt, illuc quoq; eos adversariis persequentibus. Sed & hi qui urbem succenderant, occurrerunt eis.

43. Atque ita factum est, ut ex utraque parte ab hostibus cæderentur, nec erat ulla requies morientium. Ceciderunt, atque prostrati sunt ad Orientalem plagam urbis Gabaa.

44. Fuerunt autem qui in eodem loco interfecti sunt, decem & octo millia virorum, omnes robustissimi pugnatores.

45. Quod cùm vidissent qui remanserant de Benjamin, fugerunt in solitudinem: & pergebant ad Petram, cujus vocabulum est Remmon o. In illa quoque fuga palantes, & in diversa tendentes, occiderunt quinque millia virorum. Et cùm ultrà tenderent, persecuti sunt eos, & interfecerunt etiam alia duo millia.

46. Et sic factum est, ut omnes qui ceciderant de Benjamin in diversis locis, essent viginti quinque millia, pugnatores ad bella promptissimi.

47. Remanserunt itaque de omni numero Benjamin, qui evadere, & fugere in solitudinem potuerunt, sexcenti viri p sederuntque in petra Remmon mensibus quatuor.

48. Regressi autem filii Israel, omnes reliquias civitatis, à viris usque ad jumenta, gladio percusserunt, cunctásque urbes & viculos Benjamin vorax flamma consumpsit.

o Remmon significat malum granatum: unde Josephus vocat PetramRoob, nam roa Græcis significat malum granatum.

p ut justitiã aliqua misericordia temperaret.

42. und fiengen an / sich zu geben auf den Weeg zur Wüst: so jagten ihnen auch dorthin ihre widerwärtige nach: es kamen ihnen auch die jenige entgegen / welche die Stadt angezündet hatten.

43. Und also trug sich zu / daß sie zu beyden Seiten von ihren Feinden geschlagen wurden / und war den Sterbenden gar keine Ruh gegeben. Also seynd sie geschlagen und nidergelegt worden auf der Seiten der Stadt Gabaa gegen Aufgang der Sonnen.

44. Es waren aber / welche an demselben Ort erschlagen seynd / achtzehen tausend Mann / alle sehr starcke und streitbare Männer.

45. Da das die von Benjamin sahen / welche noch übrig bliben waren / flohen sie in die Wüst: und gaben sich zum Felsen / dessen Nam Remmon genannt wird. Auf derselben Flucht erschlugen sie / auch von denen die irrig hin und wider lieffen / und nach unterschidlichen Oertern ihren Weeg namen / fünff tausend Mann / und da sie noch weiter zogen / jagten sie ihnen nach / und erschlugen noch andere zwey tausend Mann.

46. Also ist geschehen / daß überal von Benjamin erlegt seynd an unterschidlichen Oertern fünff und zwantzig tausend Mann / welche alle streitbar / und zum Krieg wohl abgerichtet waren.

47. Und seynd also von der gantzen Zahl Benjamin übrig bliben / welche haben entrinnen / und in die Wüst entfliehen mögen / sechshundert Mann / die sich auf dem Felsen Remmon vier Monat lang aufgehalten haben.

48. Aber die Kinder Jsrael kehreten wider / und alles / was in der Stadt übrig bliben war / von Männern biß zum Vieh / das erschlugen sie mit dem Schwerdt: auch hat das zehrend Feur alle Städt und Dörffer Benjamin gefressen.

Caput XXI.

I. Instauratur tribus Benjamin ex quadringentis virginibus in cæde habitatorum Jabes Galaad reservatis, 1.

II. Ex raptis ducentium choros in Silo. 19.

1. Juraverunt *a* quoq: filii Israel in Maspha & dixerunt: Nullus nostrûm dabit filiis Benjamin de filiabus suis uxorem.

2. Veneruntque omnes ad domum Dei in Silo, & in conspectu ejus sedentes *b* usque ad vesperam, levaverunt vocem, & magno ululatu cœperunt flere, dicentes:

3. Quare Domine Deus Israel factum est hoc malum in populo

a Eodem tempore.
b sessio significat habitum flentiũ & luctũ: sessio enim opponitur resurrectioni v. *Psalm.* 138. 2. *Thren.* 3. 63.

Das XXI. Capitel.

I. Damit das Geschlecht Benjamin nit untergieng / wird Anstalt gemacht / dasselbig zu ersetzen mit vierhundert Jungfrauen / so in Jabes Galaad waren erhalten worden / 1.

II. Und mit noch andern zweyhundert Jungfrauen von Silo. 19

1. Es hatten auch die Kinder Jsrael einen Eyd zu Maspha gethan und gesagt: Keiner von uns sol den Kindern Benjamin einige von seinen Töchtern zum Weib geben.

2. Und sie kamen alle zu dem Hauß GOttes gen Silo / sassen auch daselbst vor dem Angesicht GOttes biß auf den Abend / und huben ihre Stimm auf / und fiengen an mit grossem Heulen zu weinen / und sprachen:

3. HErr du GOtt Jsrael / warum hat sich diß Ubel in deinem Volck zugetragen / daß eins von unsern

sern Geschlechten heutiges Tags sol hingenommen werden.

4. Am folgenden Tag stunden sie früh morgens auf / baueten einen Altar / und opfferten daselbst Brand-Opffer / und Frid-Opffer / und sprachen:

5. Wer von allen Stämmen Israel ist nit mit hinauf gezogen im Heer deß HErrn? Dan sie hatten sich mit einem starcken Eyd verbunden / da sie zu Maspha waren / daß die solten getödtet werden / so außbleiben.

6. Und die Kinder Israel hatten ein Gereuen über ihren Bruder Benjamin / fiengen an / und sprachen: Es ist ein Stamm von Israel hinweg genommen /

7. Woher sollen sie Weiber bekommen? Dan wir haben alle insgemein geschworen / daß wir ihnen unsere Töchter nit geben wollen.

8. Darum sprachen sie: Wer ist von allen Stämmen Israel / der nit gen Maspha hinauf gezogen ist zum HErrn? und sihe / da befand sich / daß die Jnwohner Jabes in Galaad im Heer nit gewesen waren.

9. Wie auch zu der Zeit / da sie zu Silo waren / keiner von ihnen daselbst ist gefunden worden.

10. Also sandten sie zehen tausend gar tapffere Männer dahin / mit disem Befehl: Ziehet hin / und schlaget die Jnnwohner Jabes in Galaad mit der Schärpff deß Schwerdts / so wohl ihre Weiber / als auch ihre kleine Kinder.

11. Aber diß ists / darauf ihr acht haben sollet: Alles / was männlichs Geschlechts ist / und die Weiber / welche Männer erkannt haben / sollet ihr tödten: aber die Jungfrauen sollet ihr erhalten.

12. Und es wurden zu Jabes in Galaad vier hundert Jungfrauen gefunden welche bey keinem Mañ zu Beth gelegen waren : die brachten sie zum Lager in Silo / im Land Chanaan.

13. Und sie sandten Botten auß an die Kinder Benjamin / welche auf dem Felsen Remmon waren / mit dem Befehl / sie solten sie fridlich aufnehmen.

14. Also kamen die Kinder Benjamin zu der Zeit / und es wurden ihnen Weiber gegeben von den Töchtern Jabes in Galaad : aber sie funden keine andere mehr / die sie ihnen auf gleiche Weiß geben möchten.

15. Es thäte aber dem gantzen Israel sehr weh / und hatten Gereuen darüber / daß sie einen Stam̃ auß Israel erschlagen hatten.

16. Und die Aeltest̃e sprachen; Was thun wir den übrigen / die keine Weiber bekommen ha-

tuo *c*, ut hodie una tribus auferretur ex nobis?

4. Alterâ autem die diluculò consurgentes, extruxerunt altare: obtuleruntq; ibi holocausta, & pacificas victimas, & dixerunt:

5. Quis non ascendit in exercitu Domini de universis tribubus Israel? Grandi enim juramento se constrinxerant, cùm essent in Maspha, interfici eos qui defuissent.

6. Ductique pœnitentiâ filii Israel super fratre suo *d* Benjamin, cœperunt dicere: Ablata est tribus una de Israel,

7. unde uxores accipient? omnes enim in commune *e* juravimus, non daturos nos his filias nostras.

8. Idcircò dixerunt: Quis est de universis tribubus Israel, qui non ascendit ad Dominum in Maspha? Et ecce inventi sunt habitatores Jabes Galaad *f* in illo exercitu non fuisse.

9 (Eo quoque tempore cùm essent in Silo, nullus ex eis ibi repertus est.)

10. Miserunt itaque decem millia viros robustissimos, & præceperunt eis: Ite, & percutite habitatores Jabes Galaad in ore gladii, tam uxores quàm parvulos eorum.

11. Et hoc erit quod observare debebitis: *g* Omne generis masculini, & mulieres quæ cognoverunt viros, interficite, virgines autem reservate.

12. Inventæque sunt de Jabes Galaad quadringentæ virgines *h*, quæ nescierunt viri thorum, & adduxerunt eas ad castra in Silo, in Terram Chanaan.

13. Miseruntque nuntios ad filios Benjamin, qui erant in Petra Remmon, & præceperunt eis, ut eos susciperent in pace *i*.

14. Veneruntque filii Benjamin in illo tempore, & datæ sunt eis uxores de filiabus Jabes Galaad: alias autem non repererunt, quas simili modo traderent.

15. Universusque Israel valdè doluit, & egit pœnitentiam super interfectione unius tribus ex Israel.

16. Dixeruntque majores natu: Quid faciemus reliquis, qui non acceperunt uxo-

c Chald. & 70. Israel.

d nam omnes tribus comunem patrem habebant, sc. Jacob.

e Hebr. per Dominum.

f urbis percelebris ultra Jordanē.

g Num. 31. 17. & 18.

h adultæ.

i 70. vocaverunt eos in pace.

uxores? omnes in Benjamin feminæ conciderunt,

17. & magna nobis curâ, ingentique studio providendum est, ne una tribus deleatur ex Israel.

18. Filias enim nostras eis dare non possumus *k*, constricti juramento & maledictione, qua diximus: Maledictus qui dederit de filiabus suis uxorem Benjamin.

k per conscientiam erroneā id existimantes.

II. 19. Ceperúntque consilium, atque dixerunt: Ecce solemnitas Domini est in Silo anniversaria, quæ sita est ad Septemtrionem urbis Bethel, & ad Orientalem plagam viæ, quæ de Bethel tendit ad Sichimam, & ad Meridiem oppidi Lebona.

20. Præceperuntque filiis Benjamin, atque dixerunt: Ite, & latitate in vineis.

21. Cumque videritis filias Silo ad ducendos choros ex more *l* procedere, exite repentè de vineis, & rapite ex eis singuli uxores singulas, & pergite in terram Benjamin.

l sc. patrio, & festo, Scenopegiæ convenienti.

22. Cúmque venerint patres earum, ac fratres, & adversùm vos queri cœperint, atque jurgari, dicemus eis: Misereminí eorum: non enim rapuerunt eas jure bellantium atque victorum, sed rogantibus ut acciperent, non dedistis, & à vestra parte peccatum est *m*.

m sc. nō bene custodiendo. *Sà.*

23. Feceruntque filii Benjamin, ut sibi fuerat imperatum: & juxta numerum suum, rapuerunt sibi de his quæ ducebant choros, uxores singulas: abieruntque in possessionem suam, ædificantes urbes, & habitantes in eis.

24. Filii quoque Israel reversi sunt per tribus & familias in tabernacula sua. In diebus illis non erat rex in Israel: sed unusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

ben? Alle Weiber in Benjamin seynd erschlagen.

17. Wir müssen mit grossen Sorgen / und hohem Fleiß die Fürsehung thun / daß nit ein Stam auß Israel vertilget werde.

18. Dan unsere Töchter können wir ihnen nit geben / sintemähl wir mit einem Eyd und Fluch verstricket seynd und gesagt haben: Verflucht sey / der eine von seinen Töchtern denen von Benjamin zum Weib gibt.

II. 19. Und sie bedachten einen Rath / und sprachen: Sihe / es ist ein jähriges Fest deß HErrn zu Silo / die der Stadt Bethel gegen Mitternacht gelegen ist / in der Gegend zum Aufgang an dem Weeg / der von Bethel auf Sichem gehet / gegen Mittag hinauß von der Stadt Lebona.

20. Und sie befahlen den Kindern Benjamin / und sprachen: Gehet hin / und verberget euch in den Weinbergen:

21. U. wan ihr sehet / daß die Töchter von Silo nach der Gewonheit am Reyen zu Tantzen herauß komen / so trettet geschwind hervor auß dem Weinberg u. nehme ein jeglicher eine von ihnẽ mit Gewalt hinweg zů Weib / u. ziehet hin in das Land Benjamin

22. Wan dan ihre Vätter und Brüder kommen / und anfahen über euch zu klagen / und zu zancken / so wollen wir ihnen sagen: Erbarmet euch über sie / dan sie haben sie nit mit Gewalt hinweg genommen nach Kriegs-Recht / und wie die thun / die den Sig erhalten: sondern ihr habt sie ihnen nit gegeben / da sie ihrer begehreten / und ist alsso auf eurer Seiten gesündiget.

23. Und die Kinder Benjamin thäten / wie ihnen befohlen war: Und nach ihrer Anzahl namen sie ihnen zu Weibern von denen / die am Reyen tantzten / ein jeglicher eine für sich: und zohen in ihr Erbtheil / baueten die Städt / und wohneten darinnen.

24. So kehreten auch die Kinder Israel nach ihren Stämmen und Geschlechten widerum in ihre Hütten. In den Tagen war kein König in Israel / sondern ein jeglicher thäte / was er für recht ansahe.

Das Buch Ruth.

Das I. Capitel.

I. Elimelech in Hungers-Noth ziehet mit Noemi und beyden Söhnen in das Land Moab / und stirbt daselbst mit seinen Söhnen / 1.
II. Noemi samt ihren Schnuren / begibt sich wider auf die Reiß gen Bethlehem / 6.
III. Orpha kehrt wider zuruck / Ruth aber reißt mit Noemi nach Bethlehem / 14.

IN den Tagen eines Richters / da die Richter dem Volck vorstunden / ward eine Theurung im Land. Da zoge ein Mann auß von Bethlehem Juda / daß er / wie ein Frembling im Land der Moabiter wohnete mit seinem Weib / und zweyen Söhnen.

2. Er ward genennt Elimelech / und sein Weib / Noemi: und seine beyde Söhn / der eine Mahalon / und der ander Chelion / und waren Ephrathiter von Bethlehem Juda. Und da sie ins Land der Moabiter kamen wohneten sie allda.

3. Und Elimelech / der Mann Noemi starb / und sie blibe übrig mit ihren Söhnen.

4. Die namen Moabitische Weiber / deren eine ward genannt Orpha / die andere aber Ruth. Und sie bliben daselbst zehen Jahr lang /

5. U. sie sturben alle beyde / nemlich Mahalon u. Chelion: alsо blib das Weib übrig nachdem sie ihrer beyden Söhnen u. ihres Manns war beraubt worden.

II. 6. U. sie machte sich auf aus dem Land der Moabiter in ihr Vatterland zu ziehen / mit ihren beyden Schnuren: dan sie hatte gehöret / daß der HErr sein Volck angesehen / und ihnen Speiß gegeben hätte.

7. Also zoge sie auß von dem Ort / da sie frembd gewesen war / mit ihren beyden Schnurn / und da sie auf dem Weeg war in das Land Juda widerum zu reisen /

8. Sprach sie zu ihnen: Gehet hin in eurer Mutter Hauß: der HErr thue Barmhertzigkeit an euch / wie ihr an den verstorbenen / und an mir gethan habt.

9. Er gebe euch / daß ihr Ruh findet in den Häusern der Männer / die ihr bekommen werdet. Und sie kussete sie. Da huben sie ihre Stimm auf / und fiengen an zu weinen /

10. und sprachen: Wir wollen mit dir fortziehen zu deinem Volck.

LIBER RUTH.

Caput I.

I. Elimelech Bethlehemita urgente fame cum Noëmi & duobus filiis concedit in terram Moab, ibique cum filiis moritur. 1.
II. Noëmi cum Ruth & Orpha redire parat in patriam. 6.
III. Orpha revertente, Ruth pergit & cum socru venit in Bethlehem, 14.

IN diebus unius judicis, quando judices præerant, facta est fames in Terra *a*. Abiitque homo de Bethlehem Juda, ut peregrinaretur in regione Moabitide cum uxore sua ac duobus liberis.

Anno M. circiter 2706. Ant. Chr. 1298.
a sc. Juda

2. Ipse vocabatur Elimelech, & uxor ejus Noëmi: & duo filii, alter Mahalon, & alter Chelion, Ephrathæi *b* de Bethlehem Juda. Ingressique regionem Moabitidem *c*, morabantur ibi.

b ex Ephrata.
c quæ pars, est Arabiæ cujus metropolis Petra.

3. Et mortuus est Elimelech maritus Noëmi: remansitque ipsa cum filiis.

4. Qui acceperunt uxores Moabitidas, quarum una vocabatur Orpha, altera verò Ruth. Manseruntque ibi decẽ annis,

5. & ambo mortui sunt, Mahalon videlicet & Chelion: remansitque mulier orbata duobus liberis ac marito.

II. 6. Et surrexit ut in patriam pergeret, cum utraque nuru sua, de regione Moabitide: audierat enim quòd respexisset Dominus populum suum, & dedisset eis escas.

7. Egressa est itaque de loco peregrinationis suæ, cum utraque nuru *d*: & jam in via revertendi posita in Terram Juda,

d humanitatis causa illam comitante.

8. dixit ad eas: Ite in domum matris vestræ, faciat vobiscum Dominus misericordiam, sicut fecistis cum mortuis & mecum.

9. Det vobis invenire requiem in domibus virorum, quos sortituræ estis. Et osculata est eas. Quæ elevatâ voce flere cœperunt,

10. & dicere: Tecum pergemus ad populum tuũm.

11. Quibus illa reſpondit: Revertimini filiæ meæ, cur venitis mecum? num ultrà habeo filios in utero meo, ut viros ex me ſperare poſſitis?

12. Revertimini *e* filiæ meæ, & abite: jam enim ſenectute confecta ſum, nec apta vinculo conjugali. Etiam ſi poſſem hac nocte concipere, & parere filios,

e non jubet, ſed ex urbanitate vult eis eſſe liberum.

13 ſi eos expectare velitis donec creſcant, & annos pubertatis impleant, ante eritis vetulæ quàm nubatis. Nolite, quæſo, filiæ meæ: quia veſtra anguſtia magis me premit, & egreſſa eſt manus Domini contra me.

III. 14. Elevatâ igitur voce, rurſum flere cœperunt: Orpha oſculata eſt ſocrum, ac reverſa eſt: Ruth *f* adhæſit ſocrui ſuæ.

f Ex præfata urbe Petra oriunda: *S. Hieronym. in Iſai.* 16. 1.

15. Cui dixit Noëmi: En reverſa eſt cognata tua ad populum ſuum, & ad deos ſuos, vade cum ea.

16. Quæ reſpondit: Ne adverſeris mihi ut relinquam te & abeam: quocumque enim perrexeris, pergam: & ubi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus.

17. Quæ te terra morientem ſuſceperit, in ea moriar: ibique locum accipiam ſepulturæ. Hæc mihi faciat Dominus, & hæc addat, ſi non ſola mors me & te ſeparaverit.

18. Videns ergo Noëmi, quòd obſtinato animo *g* Ruth decreviſſet ſecum pergere, adverſari noluit, nec ad ſuos ultrà reditum perſuadere:

g ſumitur in bonam partem pro conſtanti voluntate.

19. profectæque ſunt ſimul, & venerunt in Bethlehem. Quibus urbem ingreſſis, velox apud cunctos fama percrebruit: dicebántque mulieres: Hæc eſt illa Noëmi.

20. Quibus ait: Ne vocetis me Noëmi (id eſt, pulchram) ſed vocate me Mara (id eſt, amaram) quia amaritudine valdè replevit me Omnipotens.

21. Egreſſa ſum plena *h*, & vacuam reduxit me Dominus. Cur ergo vocatis me Noëmi, quam Dominus humiliavit, & afflixit Omnipotens?

h ic. liberis, nummis, vigore, ſpecie, gratia, favore, &c.

22. Venit ergo Noëmi cum Ruth

11. Sie antwortet ihnen: Kehret wider / meine Töchter: warum wollet ihr mit mir gehen? Sol ich hinführo Söhn in meinem Leib tragen mögen / daß ihr verhoffen ſollet von mir Mäñer zubekom̃en?

12. Kehret wider / meine Töchter / und gehet hin: dan ich bin nun auf mein Alter kommen / und bin zum ehlichen Leben nit tüchtig: ja wan ich diſe Nacht könnte Söhn empfangen / und gebähren /

13. Und ihr woltet auf dieſelbige warten / biß ſie anwuchſen / und ihre mäñliche Jahr erreichten / ſo wurdet ihr doch zuvor alte Weiber ſeyn / ehe dan ihr heyrathen köntet. Darum bitte ich euch meine Töchter / thut nit alſo: dan euer Betrangnuß trucket mich vilmehr / und die Hand deß HErrn iſt wider mich außgangen.

III. 14. Alſo huben ſie ihre Stimm auf / und fiengen abermahl an zu weinen: und Orpha kuſſete ihre Schwiger / und kehret wider um: aber Ruth hieng ihrer Schwiger an.

15. Und Noemi ſprach zu ihr: Sihe / deine Verwandtin iſt wider gekehret zu ihrem Volck / und zu ihren Göttern / gehe mit ihr.

16. Die antwortet: Sey mir damit nit zu wider / daß ich dich verlaſſen / und hingehen ſol: dan wo du hingehen wirſt / da wil ich auch hingehen / und wo du bleiben wirſt / da wil ich auch zugleich bleiben. Dein Volck iſt mein Volck / und dein GOtt iſt mein GOtt.

17. In welchem Land du ſterben wirſt / und ins Grab kommen / in demſelbigen wil ich auch ſterben / u. das Ort meiner Begräbnuß haben. Diß ſol mir d' HErr thun / u. das dazu / wo mich u. dich etwas anders von einander ſcheiden wird / dan allein der Tod.

18. Als nun Noemi ſahe / das Ruth gar ſtarck in ihrem Hertzen beſchloſſen hätte / mit ihr zu reiſen / wolte ſie ihr nit zu wider ſeyn / noch länger rathen / widerum zu den ihren zu kehren:

19. Und ſie reiſeten miteinander und kamen gen Bethlehem. Da ſie nun in die Stadt kommen waren / iſt bey allen das Gerücht alsbald erſchollen: und ſagten die Weiber: Diß iſt die Noemi.

20. Und ſie ſprach zu ihnen: Nennet mich nit Noemi das iſt / ſchön / ſondern nennet mich Mara / das iſt bitter: dan der Allmächtig hat mich ſehr mit Bitterkeit erfüllet.

21. Ich bin voll außgezogen / aber der HErr hat mich lär widerum heimgeführet. Warum neñet ihr mich dan Noemi / weil mich der HErr gedemütiget / und der Allmächtig mit Leyden heimgeſucht hat.

22. Alſo kam Noemi mit Ruth der Moabitin ihrer

ihrer Schnur / auß dem Land/ darinn sie Frembd gewesen war / und kehrete wider gen Bethlehem um die Zeit/ da man erstlich anfieng die Gersten zu schneiden.

Das II. Capitel.

I. Ruth sammlet Aehern auf dem Acker Booz / 1.
II. Findet Gnad bey Booz/wird von ihm gespeißt u. versehen. 8
III. Bringt die gesammlete Frucht und übrige Speiß zu ihrer Schwiger / 17.

1. ABer Elimelech ihr Mann hatte einen nahen Blutsfreund : Und derselbig Mann war mächtig / und sehr reich/ genannt Booz.

2. Und Ruth die Moabitin sprach zu ihrer Schwiger : Gefält dirs / so wil ich auf den Acker gehen/und Aehern sammlen/die hinter den Schnittern überbleiben / wo ich bey einem gütigen Hauß-Vatter Gnad finden werde. Und sie antwortet ihr: Gehe hin mein Tochter.

3. Also gieng sie hin/ und sammlete Aehren hinter den Schnittern. Es begab sich aber / daß derselbig Acker einem Herrn zugehörete / mit Namen Booz/der von der Verwandtschafft Elimelech war.

4. Und sihe / er selbst kam von Bethlehem / und sprach zu den Schnittern : Der HErr sey mit euch. Sie antworteten ihm : Der HErr seegne dich.

5. Und Booz sprach zu dem Knaben / der über die Schnitter verordnet war : Wem gehöret dise junge Tochter zu.

6. Er antwortet ihm : Diß ist die Moabitin / welche mit Noemi auß der Moabiter Landschafft kommen ist/

7. Und hat gebetten / daß sie die überbleibende Aehern sammlen möchte / und hinder den Schnittern hergehen : sie ist vom Morgen an biß jetzt auf dem Acker gestanden / und ist nit ein Augenblick lang widerum heim gangen.

II. 8. Und Booz sprach zu der Ruth : Höre Tochter : gehe nit auf einen andern Acker zusammlen / und weiche nit von disem Ort : sondern geselle dich zu meinen Mägden.

9. Und wo sie schneiden/ da folge hernach. Dan ich hab meinen Knaben a befohlen/daß dir niemand sol überlästig seyn. Wan dich auch dürsten wird/so gehe hin zu den Gefässen/u. trinck von dem Wasser/ davon auch die Knaben trincken.

10. Da fiel sie auf ihr Angesicht / und anbettete biß zur Erden/ und sprach zu ihm : Woher kommt mir das / daß ich Gnad finden mag vor deinen Augen/und würdigest mich zu keñen / da ich ein frembd Weib bin ?

11. Und er antwortet ihr : Es ist mir alles an-

a Dieneren.

Moabitide nuru sua, de terra peregrinationis suæ: ac reversa est in Bethlehem, quando primùm hordea metebantur.

CAPUT II.

I. Ruth spicas in agro Booz affinis colligit: 1.
II. Gratiam apud eum invenit, 8.
III. Vesperi ad socrum reversa, multum frumenti & ciborum reliquias affert. 17.

1. ERat autem viro Elimelech consanguineus, homo potens, & magnarum opum, nomine Booz.

2. Dixítque Ruth Moabitis ad socrum suam: Si jubes, vadam in agrum, & colligam spicas, quæ fugerint manus metentium, ubicumque clementis in me patrisfamilias reperero gratiam. Cui illa respondit: Vade filia mea.

3. Abiit itaque & colligebat spicas post terga metentium. Accidit autem ut ager ille haberet dominum nomine Booz, qui erat de cognatione Elimelech.

4. Et ecce, ipse veniebat de Bethlehem, dixitque messoribus: Dominus a vobiscum. Qui responderunt ei: Benedicat tibi Dominus.

5. Dixítque Booz juveni, qui messoribus præerat: Cujus est hæc puella?

6. Cui respondit: Hæc est Moabitis, quæ venit cum Noemi, de regione Moabitide,

7. & rogavit ut spicas colligeret remanentes, sequens messorum vestigia: & de manè usque nunc stat in agro, & ne ad momentum quidem domum reversa est.

II. 8. Et ait Booz ad Ruth: Audi filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco: sed jungere puellis meis,

9. & ubi messuerint, sequere. Mandavi enim pueris meis, ut nemo molestus sit tibi: sed etiam si sitieris, vade ad sarcinulas, & bibe aquas, de quibus & pueri bibunt.

10. Quæ cadens in faciem suam & adorans b super terram, dixit ad eum: Unde mihi hoc, ut invenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem?

11. Cui ille respondit: Nuntiata sunt

a sit, suo præsidio, & gratiæ auxilio.

b in signum reverētiæ.

 mihi

mihi omnia, quæ feceris socrui tuæ post mortem viri tui: & quòd reliqueris parentes tuos, & terram in qua nata es, & veneris ad populum *c*, quem anteà nesciebas.

12. Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israel, ad quem venisti, & sub cujus confugisti alas *d*.

13. Quæ ait: Inveni gratiã apud oculos tuos domine mi, qui consolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non sum similis unius puellarum tuarum.

14. Dixitque ad eam Booz: Quando hora vescendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto *e*. Sedit itaque ad messorum latus, & congessit polentam *f* sibi, comeditq; & saturata est, & tulit reliquias.

15. Atque inde surrexit, ut spicas ex more colligeret. Præcepit autem Booz pueris suis, dicens: Etiamsi vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam:

16. & de vestris quoque manipulis projicite de industria, & remanere permittite, ut absque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat.

III. 17. Collegit ergo in agro usque ad vesperam: & quæ collegerat virgâ cædens & excutiens, invenit hordei quasi ephi mensuram, id est, tres modios.

18. Quos portans reversa est in civitatem, & ostendit socrui suæ: insuper protulit, & dedit ei de reliquiis cibi sui, quo saturata fuerat.

19. Dixitque ei socrus sua: Ubi hodie collegisti, & ubi fecisti opus? sit benedictus qui misertus est tui. Indicavitque ei apud quem fuisset operata: & nomen dixit viri, quòd Booz vocaretur.

20. Cui respondit Noemi: Benedictus sit à Domino: quoniam eamdem gratiam *g*, quam præbuerat vivis, servavit & mortuis *h*. Rursumque ait: Propinquus noster est homo.

21. Et Ruth, Hoc quoque, inquit, præcepit mihi, ut tamdiu messoribus ejus jungerer, donec omnes segetes meterentur.

22. Cui dixit socrus: Melius est, filia

c sc. nostrũ, nostram suscipiens religionem.

d Cùm relictis diis Moab in Judæorum religionem transires.

e Chald. in pulmento cocto in aceto.

f i. far tostum. *Sa.*

g Hebr. & 70. misericordiam.

h pergens propter eos nobis benefacere.

gezeigt/ was du deiner Schwiger gethan hast nach deines Manns Tod: daß du deine Eltern und dein Land verlassen hast/ darin du gebohren bist und bist zu einem Volck kommen/ das dir zuvor unbekandt war.

12. Der HErr vergelte dir dein Werck/ und du sollest vollkommene Belohnung vom HErrn dem GOtt Israel empfangen/ zu welchem du kommen bist und hast deine Zuflucht unter seinen Flügel genommen.

13. Sie sprach: Ich habe Gnad gefunden vor deinen Augen/ mein HErr/ du hast mich getröstet/ und hast deiner Magd zum Hertzen geredt/ da ich doch keiner von deinen Mägden gleich bin.

14. Und Booz sprach zu ihr: Wan die Stund da ist/ daß man Essen sol/ so komm hieher/ und esse das Brod/ und tuncke deinen Bissen in den Essig. Also saß sie an der Schnitter Seiten/ und er reichte ihr mildiglich Speiß/ und sie aß/ und ward satt/ und nam das übrige mit.

15. Darnach stund sie auf/ die Aehern nach Gewonheit zusammlen: Booz aber gab seinen Knaben Befehl/ und sprach: Wan sie auch mit euch schneiden wolte/ das solet ihr ihr nit verbieten.

16. Werffet auch etwas von euren Garben mit Vorsatz *a* daher/ und lasset ligen/ daß sie es ohn Schaam auffsammle: und wan sie es sammlet/ sol sie niemand schelten.

III. 17. Also sammlete sie auf dem Acker/ biß zum Abend: und was sie gesammlet hatte/ das trasch sie mit einem Stecken/ und schlug es auß/ und fand ungefährlich an der Maaß ein Ephi/ das ist/ drey Faß Gersten.

18. Und sie trug es/ und kam widerum in die Stadt/ und zeiget es ihrer Schwiger: über das brachte sie auch hervor/ und gab ihr von dem übrigen ihrer Speisen/ damit sie ersättiget war.

19. Und ihr Schwiger sprach zu ihr: Wo hast du heut gesamlet/ u. wo hast du gearbeitet? Er solle geseegnet seyn/ der sich über dich erbarmet hat. U. sie sagte ihr/ bey wẽ sie gearbeitet hätte/ zeigte auch an den Namen deß Manns/ daß er Booz genañt wurde

20. Da antwortet ihr Noemi: Er sey geseegnet vom HErrn: dan dieselbige Gnad/ die er den Lebendigen bewisen hat/ halt er auch den Todten. Abermahl sprach sie: der Mensch ist uns nah verwandt.

21. Da sagte Ruth: Er hat mir auch befohlen/ daß ich mich so lang zu seinen Schnittern fügen solte/ biß daß alle Frücht abgemäet wären.

22. Und die Schwiger sprach zu ihr: Es ist besser

a Fleiß.

ser

ser/ meine Tochter / daß du mit seinen Mägden außgehest zu schneiden / damit dir nit jemand auf einem andern Acker widerstehe.

23. Also hielt sie sich bey deß Booz jungen Mägden / und schnitte so lang mit ihnen / biß die Gerst/ u. der Weitzen in die Scheuer zusammen gelegt waren.

Das III. Capitel.

I. Ruth auß Rath Noemi/ legt sich zun Füssen Booz/und begehrt schamhafftig / daß er sie heyrathe / 1.

II. Bekommt ein tröstliche Antwort/und sechs Maaß Gerstern/ welche sie zu ihrer Schwiger tragt/ 10.

1. NAchdem sie nun zu ihrer Schwiger widerum kommen war / hörete sie von ihr : Meine Tochter / ich wil dir Ruh suchen/ und fürsehen daß es dir wohlgehe.

2. Diser Booz/ bey dessen Mägden du auf dem Acker gewesen biß / ist unser naher Verwandter / und dise Nacht schwinget er Gersten auf der Tenn.

3. So bade dich nun / und salbe dich / und thue deine Kleyder an / und gehe hinab auf die Tenn : laß dich aber von dem Menschen nit sehen / biß er sein Essen und Trincken geschlossen hat.

4. Wan er aber schlaffen gehet / so mercke das Ort / da er schlaffet / alsdan komm / und decke zu seinen Füssen den Mantel auf / den er über sich hat / und lege dich nider / und bleib allda ligen: er aber wird dir sagen / was du thun solst.

5. Sie antwortet: Alles was du gebietest/das wil ich thun.

6. Und sie gieng hinab auf die Tenn / und thäte alles/was ihr die Schwiger befohlen hatte.

7. Nachdem nun Booz gessen und getruncken hatte / war auch etwas frölich gewesen/ und schlaffen gangen bey einem Hauffen Garben / kam sie heimlich / und deckte den Mantel auf zu seinen Füssen / und legte sich daselbst nider.

8. Und sihe/ da es um die Mitternacht war / erschrack der Mann/ und ward bestürtzt: und er sahe ein Weib zu seinen Füssen ligen/

9. Und sprach zu ihr : Was bist du für eine. Und sie antwortet: Ich bin Ruth deine Magd : strecke deinen Mantel auß über deine Dienerin / dan du bist mir verwandt.

II. 10. Und er sprach: Geseegnet bist du vom HErrn/ meine Tochter: du hast es der ersten Barmhertzigkeit mit der letzten vorgethan: dan du bist keinen jungen Gesellen nachgangen/noch Armen noch Reichen:

11. Darum förchte dir nit: ich wil dir alles thun/ was du mir sagen wirst: dan es ist allem Volck kündig/ das innerhalb den Thoren meiner Stadt wohnet / daß du ein tugendsames Weib bist.

mea, ut cum puellis ejus exeas ad metendum *i*, ne in alieno agro quispiam resistat tibi.

23. Juncta est itaque puellis Booz: & tamdiu cum eis messuit, donec hordea & triticum in horreis conderentur.

CAPUT III.

I. Ruth socrus consilio ad pedes Booz dormientis recumbit & nuptias verecundè postulat. 1.

II. Accepto læto responso sex hordei mensuras ad socrum defert, 10.

1. POstquàm autem reversa est ad socrum suam, audivit ab ea: Filia mea, quæram tibi requiem *a*, & providebo ut benè sit tibi.

2. Booz iste, cujus puellis in agro juncta es, propinquus noster est, hâc nocte aream hordei ventilat. *b*

3. Lavare igitur, & ungere, & induere cultioribus vestimentis, & descende in aream. Non te videat homo *c*, donec esum potumque finierit.

4. Quando autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat: veniésque & discooperies pallium, quo operitur à parte pedum, & projicies te, & ibi jacebis: ipse autem dicet tibi quid agere debeas.

5. Quæ respondit: Quidquid præceperis faciam.

6. Descenditque in aream, & fecit omnia quæ sibi imperaverat socrus.

7. Cumque comedisset Booz, & bibisset, & factus esset hilarior *d*, issetq; ad dormiendum juxta acervum manipulorum, venit abscondité, & discooperto pallio à pedibus ejus, se projecit.

8. Et ecce, nocte jam mediâ expavit homo, & conturbatus est: viditque mulierem jacentem ad pedes suos,

9. & ait illi: Quæ es? Illáque respondit: Ego sum Ruth ancilla tua: expande pallium tuum *e* super famulam tuam, quia propinquus es *f*.

II. 10. Et ille: Benedicta, inquit, es à Domino filia, & priorem misericordiam posteriore superasti: quia non es secuta *g* juvenes, pauperes sive divites.

11. Noli ergo metuere: sed quidquid dixeris mihi, faciam tibi. Scit enim omnis populus, qui habitat intra portas urbis meæ, mulierem te esse virtutis.

i ad spicilegium quasi ad parvam messem.

a sc. nuptias

b ventilare parat.

c sc. Booz.

d citra temulentiam, ut ostēdunt quæ sequūtur.

e q. d. suscipe me in tutelam, seu in uxorem.

f sc. qui debeas suscitare semē cognato defuncto.

g sc. inhonestè.

12. Nec abnuo me propinquum, sed est alius me propinquior.

13. Quiesce hâc nocte: & facto manè, si te voluerit propinquitatis jure retinere, benè res acta est: sin autem ille noluerit, ego te absque ulla dubitatione suscipiam, vivit Dominus. Dormi usque manè.

14. Dormivit itaque ad pedes ejus, usque ad noctis abscessum. Surrexit itaq; antequàm homines se cognoscerent mutuò, & dixit Booz: Cave ne quis noverit quòd huc veneris.

15. Et rursum: Expande, inquit, pallium tuum quo operiris, & tene utrâque manu. Quâ extendente, & tenente, mensus est sex modios hordei, & posuit super eam. Quæ portans ingressa est civitatem,

16. & venit ad socrum suam. Quæ dixit ei: Quid egisti filia? Narravitque ei omnia, quæ sibi fecisset homo.

17. Et ait: Ecce sex modios hordei dedit mihi, & ait: Nolo vacuam te reverti ad socrum tuam.

18. Dixítque Noëmi: Expecta, filia, donec videamus quem res exitum habeat. Neque enim cessabit homo nisi compleverit quod locutus est.

CAPUT IV.

I. Booz coram senioribus civitatis accipit possessionem Elimelech, 1.

II. Ruth quoque nurum defuncti in uxorem, cedente alio propinquiore juri propinquitatis; ex qua genuit Obed avum David regis. 9.

1. ASCendit ergo Booz ad portam *a*, & sedit ibi. Cumque vidisset propinquum præterire, de quo priùs sermo habitus est, dixit ad eum: Declina paulisper, & sede hîc: vocans eum nomine suo. Qui divertit, & sedit.

a sc. urbis, ubi olim judicia fiebant.

2. Tollens autem Booz decem viros de senioribus civitatis, dixit ad eos: Sedete hîc.

3. Quibus sedentibus, locutus est ad propinquum: Partem agri fratris nostri Elimelech vendet *b* Noëmi, quæ reversa est de regione Moabitide:

b Hebr. vendidit, i. vult vendere.

4. Quod audire te volui, & tibi dicere coram cunctis sedentibus, majoribus natu

12. Ich laugne auch nit / daß ich dir verwandt bin. Aber es ist einer näher / dan ich.

13. Ruhe dise Nacht / wans morgen ist / wil er dich alsdan nach dem Recht der Verwandtschafft behalten / so ist die Sach wohl außgangen: wil er aber nit / so wil ich dich ohn einigen Zweifel aufnehmen / so wahr der HErr lebet: schlaff biß an den Morgen.

14. Also schlieff sie zu seinen Füssen / biß die Nacht vorüber gieng: und sie stund auf / ehe dan die Menschen einander kennen möchten / und Booz sprach: Hüte dich daß niemand gewahr werde / daß du hieher kommen bist.

15. Und abermahl: breite deinen Mantel auß / damit du bedecket bist / und halte ihn auf mit beyden Händen. Da sie ihn nun außbreitete / und hielte / maß er sechs Maaß Gersten / und legts ihr auf ⁖ und sie trugs / und gieng in die Stadt /

16 Und kam zu ihrer Schwiger: die sprach zu ihr: Was hast du außgerichtet / meine Tochter? Und sie erzehlete ihr alles / was ihr der Mensch gethan hatte

17. Und sprach: Sihe / er hat mir sechs Maaß Gersten geben / und gesagt: Ich wil nit daß du leer zu deiner Schwiger widerkommest.

18. Und Noemi sprach: Warte Tochter / biß wir sehen / was diß Ding für einen Außgang hab: dan der Mensch wird nit aufhören / er hab dan vollzogen / was er geredet hat.

Das IV. Capitel.

I. Booz kauffte Elimelechs Acker / weil der nächste Verwandte gerichtlich darauf verziehen / 1.

II. Nimmt Ruth zum Weib / und zeuget auß ihr Obed / den Großvatter deß Königs Davids / 9.

1. ALso gieng Booz hinauf zum Thor / und setzte sich daselbst nider. Da er nun den Verwandten vorüber gehen sahe / von welchem zuvor gesagt ist / sprach er zu ihm: Trette ein wenig auß dem Weeg und setze dich allhie nider: damit nennte er ihn mit seinem Namen. Der tratt abwegs / und setzte sich nider.

2. Da nahm Booz zehen Männer von den Eltesten der Stadt / und sprach zu ihnen: Setzet euch hieher.

3. Als sie nun sassen / sagte er zu dem Verwandten: Noemi / welche auß der Moabiter Land widerum kommen ist / wird ein Stuck deß Lands unsers Bruders Elimelech verkauffen:

4. Das hab ich dich wollen anhören lassen / und dir sagen vor allen / die hie sitzen / und vor den Eltesten

testen meines Volcks. Wilst du es zum Besitz an dich bringen nach Gerechtigkeit der Verwandtschafft/ so kauffs / und nimm es zum Besitz ein: gefällt dirs aber nit / das zeige mir an / damit ich wissen mag/ was ich zu thun hab/ dan es ist kein Verwandter vorhanden / ohn dich den Nächsten / und mich / der ich nach dir folge. Er aber antwortet: Ich wil den Acker kauffen.

5. Da sprach Booz zu ihm: Wan du nun den Acker von der Hand deß Weibs gekaufft hast / so must du auch Ruth die Moabitin / welche deß abgestorbenen Haußfrau gewesen ist/ zum Weib nehmen / damit du deines Verwandten Namen in seinem Erbtheil erweckest.

6. Der antwortet: ich begibe mich der Gerechtigkeit/ so auß der Verwandtschafft komt: Dan es gebüret mir nit / daß ich die Nachkommen meines Geschlechts sol vertilgẽ: gebrauche du dich meiner Freyheit/ ich bekeñe offẽtlich daß ich gern darauf verzeihe

7. Diß war aber von Alters der Brauch in Israel unter den Verwandten / daß / wan etwan einer dem andern sein Recht auftruge / damit solcher Auftrag beständig wäre / der Mensch seinen Schuh auflösete / und gab ihn seinem Nächsten: das war ein Zeugnus deß Auftragens in Israel.

8. Demnach sprach Booz zu seinem Verwandten: Ziehe deinen Schuh auß/ und er lösete ihn alsbald auf von seinem Fuß.

II. 9. Er aber sprach zu den Aeltesten und zum ganzen Volck: Ihr seyd heutiges Tags Zeugen / daß ich alles was Elimelechs / und Chelions / und Mahalons gewesen ist/ von der Hand Noemi zum Besitz eingenommen hab:

10. Daß ich auch die Ruth / die Moabitin / Mahalons Weib hab zur Ehe genommen deß abgestorbenen Namen in seinem Erbtheil zu erwecken/ damit sein Nam auß seinem Geschlecht / unter seinen Brüdern / und seinem Volck nit außgetilget werde. Dises Dings / sage ich / seyd ihr Zeugen.

11. Da antwortet das ganze Volck / das im Thor war / und die Aelteste: Wir seynd Zeugen: der HErr mache diß Weib / das in dein Hauß kommt / wie Rachel und Lia / die das Hauß Israel gebauet haben/ daß sie ein Exempel der Tugend sey zu Ephratha / und einen herrlichen Namen hab zu Bethlehem:

12. Dein Hauß werde von dem Saamen / den dir der HErr von diser Magd geben wird/ wie das Hauß Phares / den Thamar dem Juda gebohren hat.

de populo meo. Si vis possidere jure propinquitatis: eme, & posside. Sin autem displicet tibi, hoc ipsum indica mihi, ut sciam quid facere debeam. Nullus enim est propinquus, excepto te, qui prior es: & me, qui secundus sum. At ille respondit: Ego agrum emam.

5. Cui dixit Booz: Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidem, quæ uxor defuncti fuit, debes accipere: ut suscites nomen propinqui tui in hereditate sua *c*.

6. Qui respondit: Cedo juri propinquitatis: neque enim posteritatem familiæ meæ delere debeo. Tu meo utere privilegio, quo me libenter carere profiteor.

7. *d* Hic autem erat mos antiquitùs in Israel inter propinquos, ut si quando alter alteri suo juri cedebat, ut esset firma concessio, solvebat homo *e* calceamentum suum, & dabat proximo suo. Hoc erat testimonium cessionis in Israel.

8. Dixit ergo propinquo suo Booz: Tolle calceamentum tuum. Quod statim solvit de pede suo.

II. 9. At ille majoribus natu, & universo populo, Testes vos, inquit, estis hodie, quòd possederim omnia quæ fuerunt Elimelech, & Chelion, & Mahalon, tradente Noemi:

10. Et Ruth Moabitidem, uxorem Mahalon, in conjugium sumpserim, ut suscitem nomen defuncti in hereditate sua, ne vocabulum *f* ejus de familia sua ac fratribus & populo deleatur. Vos, inquam, hujus rei testes estis.

11. Respondit omnis populus, qui erat in porta, & majores natu: Nos testes sumus: faciat Dominus hanc mulierẽ quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachel & Liam *g*, quæ ædificaverunt domũ Israel: ut sit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlehem:

12. Fiatque domus tua, sicut domus Phares, *h* quem Thamar peperit Judæ, de semine quod tibi dederit Dominus ex hac puella.

c gignas filium, qui juxta legẽ censeatur filius & hæres illius mortui legalis parentis.

d Deut. 25. 7.

e cedens jure suo.

f nomen.

g quæ & ipsæ patriã reliquerũt.

h Gen. 38. 29.

13. Tulit

i tropologicè Ruth exemplar est perfectissimarum virtutum: allegoricè Booz Christum & Ruth Ecclesiam præfigurat.

13. Tulit itaque Booz Ruth *i* & accepit uxorem: ingressusque est ad eam, & dedit illi Dominus ut conciperet, & pareret filium.

14. Dixeruntque mulieres ad Noëmi: Benedictus Dominus, qui non est passus ut deficeret successor familiæ tuæ, & vocaretur nomen ejus in Israel:

15. Et habeas qui consoletur animam tuam, & enutriat senectutem. De nuru enim tua natus est, quæ te diligit: & multò tibi melior est, quàm si septem haberes filios.

16. Susceptumque Noëmi puerum posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio.

17. Vicinæ autem mulieres congratulantes ei, & dicentes: Natus est filius Noëmi: vocaverunt nomen ejus Obed: hic est pater Isai, patris David.

18. Hæ sunt generationes Phares: *k* Phares genuit Esron,

k Ista Genealogia, eodem modo texitur 1. Paral. 2. 5. & 11. 15. Item Matth. cap. 1. & Luc. c. 3.

19. Esron genuit Aram *l*, Aram genuit Aminadab.

l Hebr. & Chald. Ram.

20. Aminadab genuit Nahasson, Nahasson genuit Salmon,

21. Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed,

22. Obed genuit Isai, Isai genuit David.

13. Also nahm Booz die Ruth / und vermählete sie ihm zum Weib. Und er gieng zu ihr hinein / und der HErr gab ihr / daß sie empfieng / und gebahr einen Sohn.

14. Und die Weiber sprachen zu Noemi: Gelobet sey der HErr / der nit zugelassen hat / daß der Nachfolger in deinem Geschlecht abgienge / sondern daß sein Nam in Israel genennt wurde/

15. Daß auch du jemand habest / der deine Seel tröste / und dich in deinem Alter ernehre: dan er ist von deiner Schnur gebohren / die dich lieb hat: und sie ist dir vil besser / als wan du siben Söhn hättest.

16. Und Noemi nahm das Kind / und legte es auf ihre Schoß / und sie thäte ihm / was einer Aufzieherin und Kinder-Magd gebühret.

17. Aber die Weiber in der Nachbarschafft erfreueten sich mit ihr / und sprachen: Es ist der Noemi ein Sohn gebohren: und sie nennten seinen Namen Obed: diser ist d' Vatter Isai deß Vatters Davids.

18. Diß ist das Geschlecht Phares: Phares zeugte Esron /

19. Esron zeugte Aram / Aram zeugte Aminadab /

20. Aminadab zeugte Nahasson / Nahasson zeugte Salmon /

21. Salmon zeugte Booz / Booz zeugte Obed /

22. Obed zeugte Isai / Isai zeugte David.

LIBER PRIMUS SAMUELIS, QUEM NOS PRIMUM REGUM DICIMUS.

CAPUT I.

I. Anna mater Samuelis ob sterilitatem ab æmula affligitur, 1.
II. Filium à Deo postulat; votô factô in Silo, 9.
III. Samuel parit, & Domino offert, 20.

FUit vir unus de Ramathaimsophim, de monte Ephraim, & nomen ejus Elcana, filius Jeroham, filii Eliu, filii Thohu, filii Suph, Ephrathæus *a*:

a Non ex tribu Ephraim sed Levi, sic tamen dictus, quòd in civitate Levitica Rama sita in tribu Ephraim, natus erat & educatus

Das erste Buch Samuelis / So wir Das erste Buch der Königen nennen.

Das I. Capitel.

I. Anna / wegen ihrer Unfruchtbarkeit / wird von Phenenna betrübt / 1.
II. Bettet um einen Sohn / den sie dem HErrn gelobt / 9.
III. Empfangt und gebährt Samuel / und bringt denselben nach Silo / zum Dienst deß HErrn / 20.

ES war ein Mann von Ramathaimsophim / vom Gebirg Ephraim und sein Nam war Elcana / ein Sohn Jeroham / deß Sohns Eliu / deß Sohns Thohu deß Sohns Suph / ein Ephrathiter.

2. Und er hatte zwey Weiber: der einen Nam war Anna / und der andern Nam war Phenenna und Phenenna hatte Kinder. Anna aber hatte keine Kinder.

3. Derselbig Mann gieng auf bestimmte Tag auß seiner Stadt hinauf anzubetten / und Opffer dem HErrn der Heerschaaren zu thun zu Silo. Es waren aber daselbst die beyde Söhn Heli / Ophni und Phinees / Priester deß HErrn.

4. Und es kam der Tag / daß Elcana seine Opffer thäte: und er gab seinem Weib Phenenna / auch allen ihren Söhnen / und Töchtern Theil.

5. Aber der Anna gab er ein Theil / und war traurig: dan er hatte die Anna lieb. Der HErr aber hatte ihren Leib geschlossen.

6. Auch plagete sie ihre Widerwärtige *a* / und betrangte sie hefftig / also daß sie ihr auch verweißlich aufruckte / daß der HErr ihren Leib geschlossen hätte:

7. Und also thäte sie alle Jahr / wan sie nach Umlauff der Zeit zum Tempel deß HErrn hinauf giengen / und reitzete sie dergestalt: aber Anna weinete / und nahm keine Speiß.

8. Und Elcana ihr Mann sprach zu ihr: Anna / warum weinest du? warum issest du nit / und warum ist dein Hertz betrübet? bin ich dir nit besser / dan zehen Söhn.

II. 9. Aber Anna stund auf / nachdem sie gessen und getruncken hatte zu Silo. Und als Heli der Priester auf einem Stul saß vor den Pfosten deß Tempels deß HErrn /

10. War Anna betrübt von Hertzen / und thäte ihr Gebett zum HErrn / und weinete sehr /

11. Und sie gelobte ein Gelübd / und sprach: Du HErr der Heerschaaren / wirst du das Leyd deiner Magd ansehen / und an mich gedencken / auch deiner Magd nit vergessen / und deiner Dienerin einen Sohn geben / so wil ich denselben sein Lebenlang dem HErrn opffern / und sol kein Scheermesser auf sein Haubt kommen.

12. Und es begab sich / da sie lang bettete vor dem HERRN / daß Heli auf ihren Mund acht nahm

13. Aber Anna redet in ihrem Hertzen / und ihre Lippen *b* bewegten sich allein / aber es ward gar keine Stimm gehöret. Derwegen vermeynete Heli / sie wäre truncken.

14. Und er sprach zu ihr: Wie lang wilst du truncken seyn? verdaue den Wein ein wenig / damit du überschüttet bist.

15. Anna antwortet / und sprach: Keines Weegs mein Herr: dan ich bin ein sehr be-

a Widersacherin. *b* Lefftzen.

2. & habuit duas uxores, nomen uni Anna, & nomen secundæ Phenenna. Fueruntque Phenennæ filii: Annæ autem non erant liberi.

3. Et ascendebat vir ille de civitate sua statutis diebus *b*, ut adoraret & sacrificaret Domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filii Heli, Ophni & Phinees, sacerdotes Domini.

4. Venit ergo dies, & immolavit Elcana, deditque Phenennæ uxori suæ, & cunctis filiis ejus, & filiabus partes:

5. Annæ autem dedit partem unam tristis, quia Annam diligebat. Dominus autem concluserat vulvam ejus.

6. Affligebat quoq; eam æmula *c* ejus, & vehementer angebat, in tantùm, ut exprobraret quòd Dominus conclusisset vulvam ejus:

7. sicque faciebat per singulos annos, cùm redeunte tempore ascenderent ad templum Domini: & sic provocabat eam. Porrò illa flebat, & non capiebat cibum.

8. Dixit ergo ei Elcana vir suus: Anna, cur fles? & quare non comedis? & quam ob rem affligitur cor tuum? numquid non ego melior tibi sum quàm decē filii?

II. 9. Surrexit autem Anna postquam comederat & biberat in Silo. Et Heli *d* sacerdote sedente super Sellam ante postes templi Domini,

10. cùm esset Anna amaro animo, oravit ad Dominum, flens largiter,

11. & votum vovit, dicens: Domine exercituū, si respiciens videris afflictionē famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederísque servæ tuæ sexum virilem: dabo eum Domino *e* omnibus diebus vitæ ejus, & novacula non ascendet super caput ejus *f*.

12. Factum est autem, cùm illa multiplicaret preces coram Domino, ut Heli observaret os ejus.

13. Porrò Anna loquebatur in corde suo tāntúmque labia illius movebantur, & vox penitus non audiebatur. Æstimavit ergo eam Heli temulentam,

14. dixítque ei: Usquequò ebria eris? digere paulisper vinum, quo mades.

15. Respondens Anna: Nequaquam, inquit, domine mi: nam mulier infe-

b ter quot annis.

c Hebr. inimica, seu angustiatrix.

d Anno ejus administrationis 1. Ætatis verò 58. (*infr.* 4. 15.) Mundi 2848. Ant. Chr. 1156. *Vide supr. not. ad Judic.* 12. 14.

e se. ut ei serviat dum vixerit.

f q. d. vivet ut Nazaræus.

lix

lix nimis ego sum, vinúmque & omne quod inebriare potest *g*, non bibi, sed effudi animam meam in conspectu Domini.

16. Ne reputes ancillam tuam quasi unam de filiabus Belial *h*: quia ex multitudine doloris *i*, & mœroris mei, locuta sum usque in præsens,

17. Tunc Heli ait ei: Vade in pace: & Deus Israel det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum.

18. Et illa dixit: Utinam inveniat ancilla tua gratiam in oculis tuis *k*. Et abiit mulier in viam suam, & comedit, vultúsque illius non sunt amplius in diversa *l* mutati.

19. Et surrexerunt manè, & adoraverunt coram Domino: reversíque sunt, & venerunt in domum suam Ramatha. Cognovit autem Elcana Annam uxorem suam: & recordatus est ejus Dominus.

III. 20. Et factum est post circulum dierum, concepit Anna, & peperit filium *m*, vocavítque nomen ejus Samuel: eò quòd à Domino postulasset eum.

21. Ascendit autem vir ejus Elcana, & omnis domus ejus, ut immolaret Domino hostiam solemnem *n*, & votum suum,

22. & Anna non ascendit: dixit enim viro suo: Non vadam, donec ablactetur infans, & ducam eum, ut appareat ante conspectum Domini, & maneat ibi jugiter.

23. Et ait ei Elcana vir suus: Fac quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eum: precórque ut impleat Dominus verbum suum *o*. Mansit ergo mulier, & lactavit filium suum, donec amoveret eum à lacte.

24. Et adduxit eum secum, postquàm ablactaverat *p*, in vitulis tribus, & tribus modiis farinæ, & amphorâ vini, & adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus:

25. Et immolaverunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli.

26. Et ait Anna: Obsecro mi domine, vivit anima tua domine: ego sum illa mulier, quæ steti coram te hic orans Dominum.

27. Pro puero isto oravi, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam postulavi eum.

g Hebr. siceram.
h q. d. improbum.
i sc. meditationis.
k sc. ut pro me ores.
l sc. in tristitiam.
m Anno M. 2849. Ant. Chr. 1155. administrationis. Heli. 2.
n Hebr. anniversariam.
o sc. quod per Heli promisit.
p puta ætatis pueri anno 3. *Vide 2. Mach. 7. 27.*

trübtes Weib / Wein / und alles / was truncken machen kan / hab ich nit getruncken / sondern ich hab meine Seel vor dem Angesicht deß HErrn außgeschüttet.

16. Achte deine Dienerin nit / wie eine von den Töchtern Belial: dan ich hab biß daher auß meinem vilfältigen Schmertzen und Bekümmernuß geredt.

17. Da sprach Heli zu ihr. Gehe hin im Friden / der GOtt Israel geb dir deine Bitt / darum du ihn gebetten hast.

18. Und sie sprach: Wolte GOtt / daß deine Dienerin Gnad finden möchte vor deinen Augen. U. das Weib gieng hin ihres Weegs / u. nam Speiß und ihr Angesicht ward nit mehr in unterschidliche Gestalt verändert.

19. Und sie machten sich am morgen auf / und betteten an vor dem HErrn: darnach kehreten sie wider / und kamen gen Ramatha in ihr Hauß. Aber Elcana erkannte Anna sein Weib / und der HErr war ihrer eingedenck.

III. 20. Und es truge sich zu nach Umgang der Tagen / daß Anna empfieng / und sie gebahr einen Sohn und nennte seinen Namen Samuel darum / daß sie ihn vom HErrn gebetten hatte.

21. Aber ihr Mann Elcana zoge mit seinem gantzen Hauß hinauf / das jährlich Opffer / und seine Gelübd dem HErrn zu opffern /

22. Und Anna gieng nit mit hinauf: dan sie sprach zu ihrem Mann: Ich wil nit hinauf gehen / biß der Knab von der Brust entwehnet werde / und ich ihn führen möge / daß er erscheine vor dem Angesicht deß HErrn / und bleibe daselbst für und für.

23. Und Elcana ihr Mann sprach zu ihr: Thue dan / was dich gut duncket / und bleibe biß du ihn von der Brust entwehnest: ich wünsche aber vom HErrn / daß er sein Wort erfülle. Also blibe das Weib / und säugete ihren Sohn / biß sie ihn von der Brust abwehnete.

24. Nachdem sie ihn nun entwehnet hatte brachte sie ihn mit sich mit dreyen Kälbern und drey Maß Mehls / und einem Krug Weins: und führete ihn zum Hauß deß HErrn in Silo. Aber der Knab war noch sehr jung.

25. Und sie opfferten ein Kalb / und brachten den Knaben zu Heli.

26. Und Anna sprach: Ich bitte / mein HErr / so wahr dein Seel lebet / mein Herr ich bin das Weib / das allhie vor dir stund / und bat den HErrn.

27. Da hab ich um disen Sohn gebetten / und der HErr hat mir meine Bitt gegeben. Darumb ich ihn gebetten hab.

28. Der

28. Derwegen hab ich ihn auch dem HErrn zu-
geeignet für alle Tag / die er dem HErrn zu-
geeignet seyn wird. Und sie betteten da-
selbst den HErrn an. Und Anna bettete und
sprach:

Das II. Capitel.

I. Annä Lobgesang / 1.

II. Die Söhn Heli / begehen im Tempel grosse Sünd / werden von Heli gestrafft / aber nit mit gebührlichem Ernst / 12

III. Deßwegen dem Hauß Heli grosse Straffen angekündigt werden / 27.

1. MEin Hertz frolocket im HErrn / und mein
Horn erhöhet sich in meinem GOTT:
Mein Mund hat sich weit aufgethan über mei-
ne Feind: dan ich hab mich in deinem Heyl er-
freuet.
2. Es ist niemand heilig / wie der HErr ist:
dan ausser dir ist auch niemand anders / und ist
auch kein Starcker / als unser GOtt ist.
3. Redet nit vil von hohen Dingen / und be-
rühmet euch nit: lasset das Alte von eurem Mund
abweichen: dan der HErr ist ein GOtt aller Wis-
senschafft / und ihm werden die Gedancken zube-
reitet.
4. Der Bogen der Starcken ist überwunden /
und die Schwache seynd mit Stärck umgürtet.
5. Die zuvor satt waren / haben sich selbst um
das Brod verdinget: und die Hungerige seynd er-
sättiget worden / biß die Unfruchtbare vil Kinder
gebar: und biß die jenige / so vil Söhn hatte /
schwach ward.
6. Der HErr tödtet / und macht lebendig / er
führet in die Höll / und führet widerum herauß.
7. Der HErr machet arm / und machet auch
reich: Er ernidert und erhöhet.
8. Den Dürfftigen erwecket er auß dem Staub /
und erhebet auß dem Koth den Armen: daß er bey
den Fürsten sitze / und den Thron der Herrlichkeit
inn habe. Dan die Grundvest der Erden seynd deß
HErrn / und er hat den Erdboden darauf gesetzt.
9. Er wird die Füß seiner Heiligen behüten / und
die Gottlose werden in der Finsternuß still schwei-
gen: dan niemand wird durch seine eigene Stärck
mächtig werden.
10. Vor dem HErrn werden sich seine Wider-
wärtige a förchten: und er wird über sie donnern
im Himel: der HErr wird richten die äusserste Grän-
tzen der Erden / er wird auch seinem König die Herr-
schafft geben / u. das Horn seines Gesalbten erhöhen.
11. Und Elcana zoge hin gen Ramatha in sein
Hauß; der Knab aber war ein Diener vor dem An-

a Widersacher

28. Idcircò & ego commodavi q eum
Domino cunctis diebus quibus fuerit
commodatus r Domino. Et adoravetrunt ibi Dominum. Et oravit Anna, &
ait:

CAPUT II.

I. *Annæ canticum pro gratiarum actione; eadem gignit tres filios & duas filias*; 1.

II. *Ob peccata filiorum Heli, & nimiam patris indulgentiam, qui solis verbis eos arguebat*, 12.

III. *Fit domui ejus comminatio, ac mors filiorum prædicitur*. 27.

1. EXultavit cor meum in Domino, &
exaltatum est cornu a meum in
Deo meo: dilatatum est os meum super
inimicos meos: quia lætata sum in salu-
tari tuo.
2. Non est sanctus, ut est Dominus:
neque enim est alius extra te, & non est
fortis sicut Deus noster.
3. Nolite multiplicare loqui sublimia b,
gloriantes: recedant vetera de ore
vestro: quia Deus scientiarum c Do-
minus est, & ipsi præparantur cogita-
tiones d.
4. Arcus fortium superatus est, & in-
firmi accincti sunt robore.
5. Repleti priùs, pro panibus se lo-
caverunt: & famelici saturati sunt,
donec sterilis peperit plurimos: &
quæ multos habebat filios, infirmata e
est.
6. f Dominus mortificat & vivificat,
deducit ad inferos & reducit.
7. Dominus pauperem facit & ditat, hu-
miliat & sublevat.
8. Suscitat de pulvere egenum, & de
stercore g elevat pauperem h: ut sedeat
cum principibus, & solium gloriæ teneat.
Domini enim sunt cardines terræ i, & po-
suit super eos orbem.
9. Pedes k sanctorum suorum serva-
bit, & impii in tenebris conticescent l:
quia non in fortitudine sua roborabitur
vir.
10. Dominum formidabunt adversarii
ejus: & super ipsos in cælis tonabit: Do-
minus judicabit fines terræ, & dabit im-
perium regi suo m, & sublimabit cornu n
Christi sui o.
11. Et abiit Elcana Ramatha, in do-
mum suam: puer autem erat minister in

q ex voto Dei ministerio mancipavi.
r donatus.
a robur & gloria.
b i. superba.
c novit omnia cognoscibilia.
d Ipsi patent intima cordis.
e i. liberis orbata.
f Deut. 32. 39. Tob. 13. 2. Sap. 16. 13.
g statu sordido.
h i. Christũ & ejus discipulos.
i i. columnæ, mysticè Apostoli.
k affectus.
l i. obmutescent.
m sc. Messiæ
n Chald. regnum.
o Hebr. Messiæ sui.

 con-

conspectu Domini ante faciem *p* Heli sacerdotis.

II. 12. Porrò filii Heli, filii Belial *q*, nescientes Dominum,

13. neque officium sacerdotum ad populum: sed quicumque immolasset victimam, veniebat puer *r* sacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua,

14. & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, sive in cacabum: & omne quod levabat fuscinula *s*, tollebat sacerdos sibi. Sic faciebant universo Israeli venientium in Silo.

15. Etiam antequàm adolerent adipē *t*, veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti: Da mihi carnem, ut coquam sacerdoti: non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam.

16. Dicebátque illi immolans: Incendatur primùm juxta morem hodie adeps, & tolle tibi quantumcumque *u* desiderat anima tua. Qui respondens aiebat ei: Nequaquam: nunc enim dabis, alioquin tollam vi.

17. Erat ergo peccatum puerorū grande nimis coram Domino: quia retrahebant homines à sacrificio Domini *x*.

18. Samuel autem ministrabat ante faciem Domini, puer, accinctus ephod lineo.

19. Et tunicam parvam faciebat ei mater sua, quam afferebat statutis diebus *y*, ascendens cum viro suo, ut immolaret hostiam solemnem *z*.

20. Et benedixit Heli Elcanæ & uxori ejus: dixítque ei: Reddat tibi Dominus semen de muliere hac, pro fœnore quod commodasti Domino. Et abierunt in locum suum.

21. Visitavit ergo Dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias: & magnificatus est puer Samuel apud Dominum.

22. Heli autem erat senex valdè, & audivit omnia quæ faciebant filii sui universo Israeli: & quomodo dormiebant cum mulieribus quæ observabant *a* ad ostium tabernaculi *b*:

23. Et dixit eis: Quare facitis res hujuscemodi, quas ego audio, res pessimas, ab omni populo?

p i. sub disciplina.
q Chald. improbi, 70. pestilentes.
r famulus vel filius.
s contra legem Lev. 7.
t hostiæ pacificæ.
u sc. de carne elixa.
x sc. nolebant offerre ob sacerdotum avaritiam.
y Hebr. annuatim.
z Hebr. anniversariā, sc. festo convenientem.
a alii, ex. cubabant sc. orando.
b i. atrii.

gesicht deß HErrn / vor den Augen Heli deß Priesters.

II. 12. Aber die Söhn Heli waren Kinder Belial / die nichts wusten vom HErrn /

13. Noch von dem Ambt der Priester gegen dem Volck: sondern wan jemand ein Schlacht-Opffer opfferte / so kam deß Priesters Knab / dieweil man das Fleisch kochte / und hatte ein Gäbelein mit drey Spitzen in seiner Hand /

14. Und stieß das in den Tigel / oder in die Pfann / oder in den Hafen / oder in Kessel: und alles / was das Gäbelein herauf brachte / das nahm der Priester für sich hinweg: also thäten sie dem gantzen Israel / denen die gen Silo kamen.

15. Deßgleichen / ehe dan sie das Fett anzündeten / kam der Knab deß Priesters / und sprach zu dem / der das Opffer thäte: Gib mir Fleisch / daß ichs dem Priester koche: dan ich wil nit gekocht Fleisch von dir nehmen / sondern das roh ist.

16. Wan dan der ander / der das Opffer thäte / zu ihm sprach: Laß heut erstlich das Fett anzünden / wie der Brauch ist / und nimm alsdan für dich hinweg / so vil deine Seel begehret: so antwortet er / und sprach zu ihm: Mit Nichten: dan du solst mirs jetzt geben / sonst wil ichs mit Gewalt hinweg nehmē.

17. Also war die Sünd der Knaben sehr groß vor dem HErrn: dan sie zohen die Menschen zuruck vom Opffer deß HErrn.

18. Aber Samuel dienete vor dem Angesicht deß HErrn / und war ein Kind / mit einem leinen Ephod umgürtet.

19. Seine Mutter machte ihm auch ein kleines Röcklein / das sie ihm brachte auf die bestimmte Tag / wan sie mit ihrem Mann hinauf kam / ihr jährliches Opffer zu opffern.

20. Und Heli seegnete den Elcana und sein Weib / und sprach zu ihm: Der HErr gebe dir widerum einen Saamen von disem Weib / für die Gab / die du dem HErrn zugeeignet hast. Und sie reiseten hinweg an ihr Ort.

21. Und der HErr suchte die Anna heim / und sie empfieng / und gebahr drey Söhn / und zwo Töchtern: und der Knab Samuel ward groß bey dem HErrn.

22. Aber Heli war sehr alt / und hörete alles / was seine Söhn dem gantzen Israel thäten: und wie sie bey den Weibern schlieffen / so die Wacht hielten an der Thür deß Tabernackels:

23. Und er sprach zu ihnen: Warum thut ihr solche Ding / die sehr böse Ding / die ich vom gantzen Volck höre.

24. Thut nit also / meine Söhn / dan das Geschrey ist nit gut / so ich höre / daß ihr machet das Volck deß HErrn übertretten.

25. Wan ein Mann wider den andern sündiget / so mag ihm GOtt gnädig werden: wan aber ein Mann wider den HErrn sündiget / wer wird für denselben bitten ? Und sie höreten die Stimm ihres Vatters nit: Dan der HErr wolte sie tödten.

26. Aber der Knab Samuel nahm zu / und wuchs / und gefiel so wohl dem HErrn / als auch den Menschen.

III. 27. Es kam aber ein Mann GOttes zu Heli / und sprach zu ihm: Diß sagt der HErr: Hab ich mich nit offentlich dem Hauß deines Vatters offenbaret / da sie noch in Egypten / in deß Pharaons Hauß waren.

28. Und Ich hab ihn mir auß allen Geschlechten Israel zum Priester außerwählet / daß er zu meinem Altar hinauf tretten sol / und mir Rauchwerck anzünden / und das Ephod vor mir tragen: und alles / was von den Opffern der Kinder Israel kommt / hab ich dem Hauß deines Vatters gegeben.

29. Warum habt ihr meine Schlacht Opffer / und meine Gaaben / die ich in meinem Tempel zu opffern befohlen hab / mit der Fersen hinweg geworffen? Und du hast deine Söhn mehr geehret dan mich / auf daß ihr die Erstlingen von allen Opffern meines Volcks Israel esset?

30. Darum spricht der HERR der GOTT Israel: Ich hab redend geredt / daß dein Hauß / und das Hauß deines Vatters vor meinen Augen dienen sol biß in Ewigkeit. Aber jetzt spricht der HErr: Daß sey weit von mir: sondern wer mich ehret / den wil ich ehren: die mich aber verachten / die sollen auch unachtbar seyn.

31. Sihe / es kommen die Tag daß ich deinen Armb wil abhauen u den Arm deß Hauß deines Vatters / und es sol kein Betagter in deinem Hauß seyn.

32. Und du wirst deinen Widerwärtigen *a* im Tempel sehen / wan es allenthalben glücklich stehen wird in Israel: und sol kein Alter in deinem Hauß seyn zu allen Tagen.

33. Jedoch wil ich nit gar einen Mann / der auß dir herkommt / von meinem Altar hinweg nehmen: sondern damit deine Augen verschwinden / und deine Seel verschmachte: und ein groß Theil deines Hauß sol sterben / wan sie zum männlichen Alter kommen seynd.

34. Das sol dir aber zum Zeichen seyn / das über deine zween Söhn / Ophni und Phinees kommen wird: sie werden beyde auf einen Tag sterben.

a Widersacher.

24. Nolite filii mei: non enim est bona fama, quam ego audio, ut transgredi faciatis populum Domini.

25. Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris sui: quia voluit Dominus occidere eos.

26. Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat, & placebat tam Domino quàm hominibus.

III. 27. Venit autem vir Dei *c* ad Heli, & ait ad eum: Hæc dicit Dominus: Numquid non apertè revelatus sum *d* domui patris tui, cùm essent in Ægypto in domo Pharaonis?

28. Et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, ut ascenderet ad altare meum, & adoleret mihi incensum, & portaret ephod coram me: & dedi domui patris tui omnia de sacrificiis *e* filiorum Israel.

29. Quare calce abjecistis victimam meam, & munera mea quæ præcepi ut offerrentur in templo: & magis honorasti filios tuos quàm me, ut comederetis primitias omnis sacrificii Israel populi mei?

30. Propterea ait Dominus Deus Israel: *f* Loquens locutus sum *g*, ut domus tua, & domus patris tui, ministraret in conspectu meo, usque in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus: Absit hoc à me: sed quicumque glorificaverit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles *h*.

31. Ecce dies veniunt, & præcîdã brachium tuum *i*, & brachium domûs patris tui, ut non sit senex in domo tua.

32. Et videbis *k* æmulum tuum in templo, in universis prosperis Israel: & non erit senex in domo tua omnibus diebus.

33. Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo: sed ut deficiant oculi tui, & tabescat anima tua: & pars magna domûs tuæ morietur, cùm ad virilem ætatem venerit.

34. Hoc autem erit tibi signum, quod venturum est duobus filiis tuis, Ophni & Phinees: *l* In die uno morientur ambo.

c i. quidam propheta.
d innotui.
e partem de omnibus sacrificiis.
f 3. Reg. 2. 27.
g i. decreveram.
h i. contemptibiles.
i i. robur & dignitatem summi sacerdotii.
k i. per posteros tuos.
l Infr. 4. 11.

m Sadoc.

35. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem *m*, qui juxta cor meum & animam meam faciet: & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo *n* cunctis diebus.

n Salomone & aliis regibus.

36. Futurum est autem, ut quicumque remanserit in domo tua, veniat ut oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicatque: Dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem ut comedam buccellam panis.

CAPUT III.

I. Samuel quater à Domino vocatur 1.
II. Revelationem, sibi adversum Heli factam, 10.
III. Ei refert; & paulatim toti Israeli innotescit. 18.

Anno M. 2861. Ætatis Samuel 12. exacto Joseph.

1. PUer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli, & sermo Domini erat pretiosus *a* in diebus illis, non erat visio manifesta.

a q. d. rarus tunc propheta, & prophetia.

2. Factum est ergo in die quadam, Heli jacebat in loco suo, & oculi ejus caligaverant, nec poterat videre:

b dum adhuc omnes lucernæ in candelabro lucerent.

c i. atrio prope tabernaculũ.

3. lucerna Dei antequàm extingueretur *b*, Samuel dormiebat in templo *c* Domini, ubi erat arca Dei.

4. Et vocavit Dominus Samuel. Qui respondens, ait: Ecce ego.

5. Et cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego: vocasti enim me. Qui dixit: Non vocavi: revertere, & dormi. Et abiit, & dormivit.

6. Et adjecit Dominus rursum vocare Samuelem. Consurgénsque Samuel, abiit ad Heli, & dixit: Ecce ego: quia vocasti me. Qui respondit: Non vocavi te fili mi, revertere, & dormi.

d Chald. prophetia.

7. Porrò Samuel necdum sciebat Dominum, neque revelatus ei fuerat sermo *d* Domini.

8. Et adjecit Dominus, & vocavit adhuc Samuelem tertiò. Qui consurgens abiit ad Heli.

e Chald. in atrio Levitarum.

f i. apparens in forma visibili.

9. Et ait: Ecce ego: quia vocasti me. Intellexit ergo Heli quia Dominus vocaret puerum; & ait ad Samuelem: Vade, & dormi: & si deinceps vocaverit te, dices: Loquere Domine, quia audit servus tuus. Abiit ergo Samuel, & dormivit in loco suo *e*.

II. 10. Et venit Dominus, & stetit *f*: &

35. Und ich wil mir einen treuen Priester erwecken / der wird thun / wie es meinem Hertzen / und meiner Seel wohlgefällig seyn wird: und ich wil ihm ein getreues Hauß bauen / und er sol alle die Tag vor meinem Gesalbten wandlen.

36. Es wird aber dazu kommen / daß / wer übrig bleibet in deinem Hauß der wird kommen daß man für ihn bitte / und daß er einen silbern Pfenning opffere / und ein Stücklein Brods und sage: Ich bitte dich / laß mich zu einem Priesterlichen Theil / damit ich einen Bissen Brods essen möge.

Das III. Capitel.

I. GOtt ruffet Samuel deß Nachts zum vierdtenmahl / 1.
II. Offenbaret ihm die Straff / so über Heli / und sein Hauß ergehen solle / 10.
III. Samuel zeiget solches Heli an / und wird von Israel für einen treuen Propheten GOttes erkennt / 18.

1. ABer der Knab Samuel dienete dem HErrn vor Heli / und deß HErrn Wort war theur: und das Gesicht war in denselben Tagen nit offenbar.

2. Und es begab sich auf einen Tag daß Heli an seinem Ort lag / aber seine Augen waren tunckel / daß er nit sehen kunte.

3. Und ehe dan die Lamp GOttes außgieng *a* / schlieff Samuel im Tempel deß HErrn / da die Arch GOttes war.

4. Und der HErr rieff dem Samuel: der antwortet und sprach: Sihe / hie bin ich.

5. Und er lieff zu Heli / und sprach: Sihe hie bin ich / dan du hast mir geruffen. Der sprach: ich hab dir nit geruffen: gehe widerum hin / und schlaffe. Und er gieng hinweg / und schlieff.

6. Und der HErr rieff dem Samuel abermahl. Und Samuel stund auf / gieng zu Heli / und sprach: Sihe / hie bin ich: dan du hast mir geruffen. Der antwortet: Ich hab dir nit geruffen mein Sohn gehe widerum hin / und schlaffe.

7. Aber Samuel kennete den HErrn noch nit / und das Wort deß HErrn war ihm noch nit offenbaret.

8. Und der HErr thäte es abermahl / und rieff dem Samuel zum drittenmahl. Der stund auf und gieng zu Heli /

9. Und sprach: Sihe / hie bin ich / dan du hast mir geruffen. Da merckte Heli / daß der HErr dem Knaben rieff: und sprach zu Samuel: Gehe hin / und schlaffe: und wan er dir hernach ruffen wird / so sprich: Rede HErr / dan dein Knecht höret. Also gieng Samuel hin / und schlieff an seinem Ort.

II. 10. Und der HErr kam / und stund allda / und rieff /

a außlöschte

rieff / wie zuvor zweymahl: Samuel / Samuel. Und Samuel ſprach: Rede HErr / dan dein Knecht höret.

11. Und der HErr ſprach zu Samuel: Sihe / ich thue ein Wort in Iſrael / daß / wer es hören wird / dem werden beyde Ohren klingen.

12. An dem Tag wil ich alles wider Heli erwecken / was ich über ſein Hauß geredet hab: Ich wil es anfahen / und vollenden.

13. Dan ich hab es ihm zuvor geſagt / daß ich ſein Hauß in Ewigkeit richten werde um der Sünd willen: darum / daß er wuſte / daß ſich ſeine Söhn ungebührlich hielten / und ſtraffete ſie nit.

14. Derwegen hab ich dem Hauß Heli geſchworen / daß die Miſſethat ſeines Hauß weder mit Schlacht-Opffern / noch mit Gaaben außgeſöhnet werden ſol / biß in Ewigkeit.

15. Samuel aber ſchlieff biß an den Morgen / und thäte die Thüren auf am Hauß deß HErrn. Und Samuel förchtete ſich / das Geſicht dem Heli zu vermelden.

16. Und Heli rieff dem Samuel / und ſprach: Samuel / mein Sohn? der antwortete / und ſprach: Hie bin ich.

18. Und er fragte ihn: Was iſt das für ein Wort / das der HErr zu dir geredet hat? ich bitte dich / verbirge es nit vor mir: diß thue dir GOtt / und das noch dazu / wo du vor mir ein Wort verbirgeſt von allen Reden / die zu dir geſagt seynd.

III. 18. Alſo gab ihm Samuel alle Wort zu erkennen / und verbarge nichts vor ihm. Er aber antwortet: Es iſt der HErr: Er thue / was gut iſt in ſeinen Augen.

19. Samuel aber nahm zu und der HErr war mit ihm / und keins von allen ſeinen Worten fiel auf die Erd.

20. Und gantz Iſrael von Dan biß gen Berſabee erkennte / daß Samuel ein treuer Prophet deß HErrn war.

21. Und der HErr erſchien ihm abermahl zu Silo dan der HErr hat ſich dem Samuel zu Silo offenbahret / nach dem Wort deß HErrn. Und Samuels Wort widerfuhr dem gantzen Iſrael.

Das IV. Capitel.

I. Iſrael wird von Philiſthern geſchlagen / 1.
II. Sie laſſen die Arch in das Lager kommen / werden abermal geſchlagen; die Arch hingenommen; und die Söhn Heli umgebracht / 4.
III. Heli / über ſolche Zeitung / fallt zurück / und bricht den Hals: Die Schnur Heli / ſtirbt an der Geburt / 12.

vocavit, ſicut vocaverat ſecundò, Samuel, Samuel. Et ait Samuel: Loquere Domine, quia audit ſervus tuus.

11. Et dixit Dominus ad Samuelem: Ecce ego facio verbum in Iſrael: quod quicumque audierit, tinnient *g* ambæ au- *g* præ timore.
res ejus.

12. in die illa ſuſcitabo adverſum Heli omnia quæ locutus ſum ſuper domum ejus: incipiam, & complebo.

13. Prædixi enim ei quòd judicaturus *h* eſſem domum ejus in æternum, propter *h* puniturus peccata.
iniquitatem, eò quòd noverat indignè agere filios ſuos, & non corripuerit eos.

14. Idcircò juravi domui Heli, quòd non expietur iniquitas domûs ejus victimis & muneribus uſque in æternum.

15. Dormivit autem Samuel uſque manè, aperuítque oſtia domus Domini. Et Samuel timebat indicare viſionem Heli.

16. Vocavit ergo Heli Samuelem, & dixit: Samuel fili mi? Qui reſpondens, ait: Præſto ſum.

17. Et interrogavit eum: Quis eſt ſermo, quem locutus eſt Dominus ad te? oro te ne celaveris me. Hæc faciat tibi Deus, & hæc addat, ſi abſconderis à me ſermonem, ex omnibus verbis quæ dicta ſunt tibi.

III. 18. Indicavit itaque ei Samuel univerſos ſermones, & non abſcondit ab eo. Et ille reſpondit: Dominus eſt: quod bonum eſt in oculis ſuis faciat.

19. Crevit autem Samuel, & Dominus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus
verbis ejus in terram *i*. *i* i. nihil dixit inane.

20. Et cognovit univerſus Iſrael à
Dan *k*, uſque Berſabee, quòd fidelis Samuel propheta eſſet Domini. *k* urbe priùs Lais dicta.

21. Et addidit Dominus ut appareret in Silo, quoniam revelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, juxta verbum Domini. Et evenit ſermo Samuelis univerſo Iſraeli.

Caput IV.

I. Cæduntur Iſraelitæ à Philiſthæis, 1.
II. Adducta in caſtra arca rurſus cæduntur, captâque arcâ duo filii Heli occiduntur; 4.
III. Quibus auditis, Heli corruens occumbit, ac nurus ejus in partu moritur. 12.

Anno M. 2888. Ant. Chr. 1116.

a mortuo jam Samsone. Judic. 16. 31.

b id nomen posteà impositum.

1. ET factum est in diebus illis, *a* convenerunt Philisthiim in pugnam: & egressus est Israel obviam Philisthiim in prælium, & castrametatus est juxta Lapidem adjutorii *b*. Porrò Philisthiim venerunt in Aphec,

2. & instruxerunt aciem contra Israel. Inito autem certamine, terga vertit Israel Philisthæis: & cæsa sunt in illo certamine passim per agros, quasi quatuor millia virorum.

c q. d. cùm tamen ipse mandaverit per Samuelem bellum contra Philisthæos.

3. Et reversus est populus ad castra: dixeruntque majores natu de Israel: Quare percussit nos Dominus *c* hodie coram Philisthiim? Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, & veniat in medium nostri, ut salvet nos de manu inimicorum nostrorum.

II. 4. Misit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcam fœderis Domini exercituum sedentis super Cherubim: erántq; duo filii Heli cum arca fœderis Dei, Ophni & Phinees.

d clamore jubilationis.

5. Cumque venisset arca fœderis Domini in castra, vociferatus est *d* omnis Israel clamore grandi, & personuit terra.

6. Et audierunt Philisthiim vocem clamoris, dixeruntque: Quænam est hæc vox clamoris magni in castris Hebræorum? Et cognoverunt quòd arca Domini venisset in castra.

e Judæorũ.

7. Timueruntque Philisthiim, dicentes: Venit Deus *e* in castra. Et ingemuerunt, dicentes:

f Hebr. fortium.

g i. prope desertum in mari rubro

8. Væ nobis: non enim fuit tanta exultatio heri & nudius tertius: væ nobis. Quis nos salvabit de manu Deorum sublimium *f* istorum? hi sunt Dii, qui percusserunt Ægyptum omni plaga, in deserto *g*.

h per 40. annos. Judic. 11. 1

9. Confortamini, & estote viri, Philisthiim: ne serviatis Hebræis, sicut & illi servierunt vobis *h*: confortamini, & bellate.

10. Pugnaverunt ergo Philisthiim, & cæsus est Israel, & fugit unusquisque in tabernaculum suum; & facta est plaga magna nimis: & ceciderunt de Israel triginta millia peditum.

11. Et arca Dei capta est: duo quoque filii Heli mortui sunt, Ophni & Phinees.

1. UNd es begab sich in denselben Tagen/ daß die Philisther zusammen kamen zum Streit: und Israel zoge den Philisthern zum Streit entgegen / und schlug sein Lager am Stein der Hülff. Aber die Philisther kamen gen Aphec /

2. Und sie machten ihre Schlacht-Ordnung wider Israel. Da aber das Treffen angangen war/ wendete Israel den Philisthern den Rucken: und wurden in demselbigen Streit hin und wider im Feld in die vier tausend Mann erschlagen.

3. Und das Volck kam widerum zum Lager/ und die Aelteste von Israel sprachen: Warum hat uns der HERR heutiges Tags vor den Philisthern geschlagen? Lasset uns von Silo die Arch deß Bunds deß HErrn hieher bringen/ daß dieselbig mitten unter uns komme / damit sie uns auß den Händen unserer Feinden erlöse.

II. 4. Also sandte das Volck gen Silo/ und sie brachten die Arch deß Bunds deß HErrn der Heerschaaren der über die Cherubim sitzt / von dannen: und die beyde Söhn Heli / Ophni und Phinees/ waren bey der Archen deß Bunds GOttes.

5. Und als die Arch deß Bunds deß HErrn ins Langer kommen war / da schrye gantz Israel mit einem sehr grossen Geschrey / daß die Erd davon erschallte.

6. Und die Philisther höreten die Stimm deß Geschreys / und sprachen: Was ist diß für ein Stimm deß grossen Geschreys im Lager der Hebreer? Und sie vernahmen / daß die Arch deß HErrn ins Lager kommen wäre.

7. Da förchteten sich die Philisther/ und sprachen: GOtt ist ins Lager kommen. Und sie seufftzten/ und sprachen:

8. Weh uns / dan es ist gestern und vor gestern ein solch groß Frolocken nit gewesen: weh uns. Wer wird uns auß der Hand diser hohen Götter erretten? Diß seynd die Götter / die Egypten mit allerhand Plagen geschlagen haben in der Wüst.

9. Greiffet ein Hertz ihr Philisther / und seyd mannhafft / daß ihr den Hebreern nit dienet / wie sie euch gedienet haben: Greiffet ein Hertz und streitet.

10. Also thäten die Philisther ein Treffen / und Israel ward geschlagen / und ein jeglicher flohe zu seiner Hütten: und es geschahe eine sehr grosse Schlacht: und wurden von Israel dreyßig tausend Mann zu Fuß erlegt.

11. Und die Arch GOttes ward gefangen: Auch seynd die beyde Söhn Heli / Ophni und Phinees todt bliben.

III. 12. Es lieff aber ein Mann von Benjamin auß der Schlacht / und kam an demselbigen Tag gen Silo mit zerrissenen Kleydern/und sein Haubt war mit Staub besprenget.

13. Und da derselbig ankam/ saß Heli auf einem Stul/ und sahe mit Fleiß auf den Weeg: dan sein Hertz war zaghafft wegen der Archen GOttes. Nachdem aber der Mann hinein kommen war/ brachte er der Stadt die Zeitung/ und die gantze Stadt heulete.

14. Und Heli hörte den Schall deß Geschreys/ und sprach: Was ist das für ein laut Getümmel? Er aber eilete und kam herzu / und zeigete es dem Heli an.

15. Heli aber war acht und neuntzig Jahr alt/ und seine Augen waren dunckel worden / und er kunte nit sehen.

16. Und er sprach zu Heli: Ich bin der jenig/ der auß dem Streit kommen ist / und bin heut auß der Schlacht entflohen/und er sprach zu ihm: Was hat sich zugetragen/ mein Sohn?

17. Da antwortet der/ so die Bottschafft brachte/ und sprach: Israel hat die Flucht genommen vor den Philisthern / und ist eine grosse Niderlag geschehen im Volck/und deine beyde Söhn / Ophni und Phinees seynd tod bliben: und die Arch GOttes ist hinweggenommen.

18. Und da er die Arch GOttes nennte/ fiel er hinter sich vom Stul herunter an der Thür / und zerbrach den Halß / und starb. Dan er war ein Alter / und gar betagter Man: und er hat Israel gerichtet viertzig Jahr lang.

19. Aber seine Schnur / deß Phinees Weib / war schwanger/ u. es war nahe an der Zeit/ daß sie gebären solte. Da sie nun die Zeitung hörte/daß die Arch GOttes hinweggenomen/auch ihr Schwäher samt ihrem Mañ gestorbẽ war/krümete sie sich. u. gebar: dan sie ward eilends mit Schmertzẽ überfallen.

20. Aber da sie jetzt im Sterben war / sprachen die Weiber zu ihr / die um sie stunden: Förchte dir nit / dan du hast einen Sohn geboren. Und sie antwortet ihnen nit / nam es auch nit zu Hertzen.

21. U. sie nennte das Kind Ichabod/und sprach: Die Herrlichkeit ist von Israel hinweggenommen/ weil die Arch GOttes gefangen ist / auch für ihren Schwäher / und für ihren Mann/

22. sprach sie: Die Herrlichkeit ist vom Israel hin weg genommen/ weil die Arch GOttes gefangen ist.

Das V. Capitel.

I. Die Arch GOttes wird von Philisthern in Tempel deß Abgotts Dagon gesetzt / für welcher Dagon zu Boden falt / 1.

III. 12. Currens autem vir de Benjamin ex acie, venit in Silo in die illa, scissâ veste, & conspersus pulvere caput.

13. Cumque ille venisset, Heli sedebat super sellam contra viam spectans *i*. Erat enim cor ejus pavens pro arca Dei. Vir autem ille postquam ingressus est, nuntiavit urbi: & ululavit omnis civitas.

14. Et audivit Heli sonitum clamoris, dixítque: Quis est hic sonitus tumultûs hujus? At ille festinavit, & venit, & nuntiavit Heli.

15. Heli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi ejus caligaverant, & videre non poterat.

16. Et dixit ad Heli: Ego sum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid actum est fili mi?

17. Respondens autem ille, qui nuntiabat: Fugit, inquit, Israel coram Philisthiim, & ruina magna facta est. in populo: insuper & duo filii tui mortui sunt, Ophni & Phinees: & arca Dei capta est.

18. Cumque ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum juxta ostium, & fractis cervicibus mortuus est *k*. Senex enim erat vir & grandævus: & ipse judicavit Israel quadraginta annis *l*.

19. Nurus autem ejus, uxor Phinees, prægnans erat, vicináque partui: & audito nuntio quòd capta esset arca Dei: & mortuus esset socer suus, & vir suus, incurvavit se, & peperit, irruerant enim in eam dolores subiti.

20. In ipso autem momento mortis ejus, dixerunt ei quæ stabant circa eam: Ne timeas, quia filium peperisti. Quæ non respondit eis, neque animadvertit.

21. Et vocavit puerum, Ichabod *m*, dicens: Translata est gloria de Israel, quia capta est arca Dei, & pro socero suo & pro viro suo;

22. & ait: Translata est gloria ab Israel, eò quòd capta esset arca Dei.

Caput V.

p Chald. per millia seu chiliades vestras.
q i. jus regi servandum
r iste liber periit Sa.
s i. prope Arcam.
t improbi.
Eodem anno 2909. Ant. Chr. 1095.

omnium vestrûm oculos dextros *a* ponámq; vos opprobrium in universo Israel.

3. Et dixerunt ad eum seniores Jabes: Concede nobis septem dies, ut mittamus nuntios ad universos terminos Israel: & si non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te.

4. Venerunt ergo nuntii in Gabaa Saulis: & locuti sunt verba hæc, audiente populo: & levavit omnis populus vocem suam, & flevit.

II. 5. Et ecce Saul veniebat, sequens boves de agro, & ait: Quid habet populus quod plorat? Et narraverunt ei verba virorum Jabes.

6. Et insilivit Spiritus Domini in Saul, cùm audisset verba hæc, & iratus est furor ejus nimis.

7. Et assumens utrumque bovem, concidit in frusta, misitque in omnes terminos Israel per manum nuntiorum, dicens: Quicumque non exierit, & secutus fuerit Saul & Samuel, sic fiet bobus ejus. Invasit ergo timor Domini populum, & egressi sunt quasi vir unus.

8. Et recensuit eos in Bezech: fuerúntque filiorum Israel trecenta millia: virorum autem Juda triginta millia.

9. Et dixerunt nuntiis, qui venerant: Sic dicetis viris, qui sunt in Jabes Galaad: Cras erit vobis salus, cùm incaluerit sol. Venerunt ergo nuntii, & annuntiaverunt viris Jabes: qui lætati sunt.

10. Et dixerunt *b*: Manè exibimus ad vos: & facietis nobis omne quod placuerit vobis.

III. 11. Et factum est, cùm dies crastinus venisset, constituit Saul populum in tres partes: & ingressus est media castra in vigilia matutina *c*, & percussit Ammon usque dum incalesceret dies: reliqui autem dispersi sunt, ita ut non relinquerentur in eis duo pariter.

12. Et ait populus ad Samuelem: *d* Quis est iste qui dixit: Saul num regnabit super nos? Date viros, & interficiemus eos.

13. Et ait Saul: Non occidetur quisquam in die hac, quia hodie fecit Dominus salutem in Israel.

14. Dixit autem Samuel ad populum:

a ut faceret ineptos ad bellum: mysticè Naas serpens seu diabolus studet eruere nobis oculum dextrum, ne cælestia intueamur, relinquens sinistrum, quo carnalia & peritura spectemus. *S. Gregor.*

b sc. Ammonitis.

c seu ultima

d Sup. 10. 27.

ich euch allen das rechte Aug außreissen wil/ und euch zur Schmach setzen in gantz Israel.

3. Und die Aelteste zu Jabes sprachen zu ihm: Vergunne uns siben Tag/ daß wir Botten außsenden in alle Landmarcken Israel: wird dan niemand seyn/ der uns beschirme/ so wollen wir zu dir hinauß gehen.

4 Also kamen die Botten gen Gabaa deß Sauls/ und redeten dise Wort im Anhören deß Volcks: und das gantze Volck hub seine Stimm auf und weinete.

II. 5. Und sihe/ Saul kam auß dem Feld/ und gieng hinter den Ochsen her/ und er sprach: Was ist dem Volck/ daß es weinet? und sie erzehleten ihm die Wort der Männer von Jabes.

6. Da fiel der Geist deß HErrn geschwind auf Saul/ als er dise Wort hörete/ und sein Zorn ergrimmete über die Maaß.

7. Und er nahm zween Ochsen hiebe sie zu Stücken/ und sandte sie durch die Hand der Botten in alle Landmarcken Israel/ und sprach: Wer nit außziehen wird und dem Saul und Samuel folgen/ dessen Ochsen sol man also thun. Da fiel die Forcht deß HErrn auf das Volck. Und sie zohen auß wie ein Mann.

8. Und er zehlete sie zu Bezech: und der Kinder Israel waren dreymahl hundert tausend Mann aber der Männer Juda/ dreyssig tausend.

9. Und sie sagten den Botten welche kommen waren: Also sollet ihr zu den Männern sagen/ die zu Jabes Galaad seynd: Morgen/ wan die Sonn erhitzt worden ist/ sol euch Heyl widerfahren. Also kamen die Botten und verkündigten diß den Männern zu Jabes: die sich deß erfreueten.

10. Und sie sprachen: Morgen wollen wir zu euch herauß gehen/ so möget ihr uns alles thun/ was euch gefällt.

III. 11. Und es begab sich/ da der folgende Tag ankommen war/ daß Saul das Volck in drey Hauffen verordnete: und er fiel mitten ins Lager um die Morgenwacht/ und schlug Ammon/ biß der Tag hitzig ward: aber die übrige wurden dergestalt zerstreuet daß ihrer nit zween beyeinander bliben.

12. Und das Volck sprach zu Samuel: Wer ist der/ der gesagt hat: Sol Saul über uns herrschen? Gebet die Männer her/ wir wollen sie tödten.

13. Und Saul sprach: Niemand sol disen Tag getödtet werden/ dan heut hat der HErr Heyl gewürcket in Israel.

14. Samuel aber sprach zum Volck: Kommet/

lasset uns gen Galgala gehen / und das Königreich daselbst verneueren.

15. Und das gantze Volck gieng hin gen Galgala / und machten allda den Saul zum König vor dem HErrn zu Galgala / und opfferten da Frid-Opffer vor dem HERRN. Daselbst war Saul / und alle Männer Israel überauß frölich.

Das XII. Capitel.

I. Samuel bezeugt vor GOtt und dem Volck seine Unschuld / und unsträfflichen Wandel / 1.
II. Verweist dem Volck die Undanckbarkeit gegen GOtt / ermahnt dasselbig zum Gehorsam / 7.
III. Bestättigt seine Red mit einem Wunderzeichen / und tröstet das erschrockene Volck / 16.

1. SAmuel aber sprach zu dem gantzen Israel: Sihe / ich hab eure Stimm erhöret / nach allem / was ihr zu mir geredet habt / und hab einen König über euch gesetzt.

2. Da gehet nun der König vor euch her: ich aber bin alt und grau worden: zu dem seynd auch meine Söhn bey euch. Nun hab ich meinen Wandel vor euch geführet / von meiner Jugend an / biß auf disen Tag / sihe / ich bin hie gegenwärtig:

3. Redet von mir vor dem HErrn / und vor seinem Gesalbten / ob ich jemands Ochsen oder Esel genommen hab: ob ich jemand Gewalt oder Unrecht gethan hab / ob ich jemand unterdrucket / oder Geschenck auß jemands Hand genommen hab: so wil ich dasselbig heutiges Tags verachten / und euch widerum geben.

4. Und sie sprachen: Du hast uns kein Gewalt und Unrecht gethan / hast uns auch nit unterdruckt / noch von jemands Hand etwas genommen.

5. Und er sprach zu ihnen: Der HErr ist Zeug wider euch / auch ist sein Gesalbter Zeug an disem Tag / daß ihr in meinen Händen nichts gefunden habt. Und sie sprachen: Er ist Zeug.

6. Und Samuel sprach zum Volck: Der HErr der Moysen und Aaron gemacht / und unsere Vätter auß Egypten Land geführet hat.

II. 7. So stehet nun still / daß ich vor Gericht mit euch streit vor dem HErrn / wegen aller Erbarmungen deß HErrn / die er an euch und an euren Vättern gethan hat:

8. Nachdem Jacob in Egypten gezogen ist / rieffen eure Vätter zum HErrn: und der HErr sandte Moysen und Aaron / und führete eure Vätter auß Egypten / und setzte sie ein an disem Ort.

9. Und sie vergassen deß HErrn ihres GOttes / da übergab er sie in die Hand Sisara / deß obersten

Venite, & eamus in Galgala, & innovemus ibi regnum.

15. Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram Domino in Galgala, & immolaverunt ibi victimas pacificas coram Domino *f*. Et lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis.

CAPUT XII.

I. Samuel populi judicio probatur innocens, 1.
II. Israelem ingratitudinis arguit, 7.
III. Datis è cœlo signis, hortatur ut Domino adhæreant, non cessans pro ipsis orare 16.

1. DIxit autem Samuel ad universum Israel: Ecce audivi vocem vestram, juxta omnia quæ locuti estis ad me, & constitui super vos regem.

2. Et nunc rex graditur ante vos: ego autem senui, & incanui: porrò filii mei vobiscum sunt: itaque conversatus coram vobis ab adolescentia mea usque ad hanc diem, ecce præstò sum *a*.

3. *b* loquimini de me coram Domino, & coram Christo *c* ejus, utrùm bovem cujusquam tulerim, aut asinum: si quempiam calumniatus sum *d*, si oppressi aliquem, si de manu cujusquam munus accepi: & contemnam illud hodie, restituámque vobis.

4. Et dixerunt: Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicujus quippiam.

5. Dixitque ad eos: Testis est Dominus adversum vos, & testis Christus ejus in die hac, quia non inveneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt: Testis.

6. Et ait Samuel ad populū: Dominus *e*, qui fecit Moysen & Aaron, & eduxit patres nostros de Terra Ægypti.

II. 7. Nunc ergo state, ut judicio contendam adversum vos *f* coram Domino, de omnibus misericordiis Domini, quas fecit vobiscum, & cum patribus vestris:

8. *g* quo modo Jacob ingressus est in Ægyptum, & clamaverunt patres vestri ad Dominum: & misit Dominus Moysen & Aaron, & eduxit patres vestros de Ægypto: & collocavit eos in loco hoc.

9. Qui obliti sunt Domini Dei sui, *h* & tradidit eos in manu Sisaræ magistri militiæ

e confirmando electionem.
f sc. in altari Domini, Sà.
Eodem anno 2909.
a ut de me rationem reddam.
b *Eccli.* 46. 22.
c i. rege.
d ut per calumniam spoliarem.
e sc. testis est.
f Chald. disceptabo vobiscum.
g *Gen.* 46. 5.
h *Judic.* 4. 2.

litiæ Hasor: & in manu Philisthinorum, & in manu regis Moab, & pugnaverunt adversum eos.

10. Posteà autem clamaverunt ad Dominum, & dixerunt: Peccavimus, quia dereliquimus Dominum, & servivimus Baalim & Astaroth: nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum, & serviemus tibi.

i Judic. 6. 14.
11. *i* Et misit Dominus Jerobaal, & Badan *k*, & Jephte, & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum, & habitastis confidenter.

k Hebr. Bedan, q. d. Beudan, seu filius Dan, h. e. Samson. 70. habent Barac.

l Sup. 8. 19. & 10. 19.
12. Videntes autem quòd Naas rex filiorum Ammon venisset adversum vos, dixistis mihi: *l* Nequaquam, sed rex imperabit nobis: cùm Dominus Deus vester regnaret in vobis.

13. Nunc ergo præsto est rex vester, quem elegistis & petistis: ecce dedit vobis Dominus regem.

14. Si timueritis Dominum, & servieritis ei, & audieritis vocem ejus, & non exasperaveritis *m* os Domini: eritis & vos, & rex qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum.

m rebellando, vel resistendo verbo vel legi.

15. Si autem non audieritis vocem Domini, sed exasperaveritis sermones ejus, erit manus Domini super vos, & super patres vestros.

III. 16. Sed & nunc state, & videte rem istam grandem, quam facturus est Dominus in conspectu vestro.

17. Numquid non messis tritici est hodie? invocabo Dominum, & dabit voces *n* & pluvias: & scietis, & videbitis, quia grande malum feceritis vobis in conspectu Domini, petentes super vos regem.

n i. tonitrua sonora.

18. Et clamavit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces & pluvias in illa die.

19. Et timuit omnis populus nimis Dominum & Samuelem, & dixit universus populus ad Samuelem: Ora pro servis tuis ad Dominum Deum tuum, ut non moriamur. Addidimus enim universis peccatis nostris malum, ut peteremus nobis regem.

20. Dixit autem Samuel ad populum: Nolite timere, vos fecistis universum malum hoc: verumtamen nolite recede-

Heerführers zu Hasor / und in die Hand der Philisther / und in die Hand deß Königs zu Moab / die stritten wider sie:

10. Aber hernach rieffen sie zum HErrn / und sprachen. Wir haben gesündiget / dieweil wir den HErrn verlassen / und dem Baalim und Astaroth gedienet haben: darum erlöse uns nun auß der Hand unserer Feinden / so wollen wir dir dienen.

11. Da sandte der HErr Jerobaal / und Badan und Jephte / und Samuel / und errettete euch auß der Hand eurer Feinden rings herum / und ihr habt ohn Forcht gewohnet.

12. Als ihr aber sahet / daß Naas der König der Kinder Ammon wider euch außgezogen war / sprachet ihr zu mir: Mit nichten: sondern ein König sol über uns herrschen: da doch der HErr euer GOtt über euch herrschete.

13. So ist nun euer König gegenwärtig / den ihr erwählet und begehret habt: sihe / der HErr hat euch einen König gegeben.

14. Werdet ihr nun den HErrn förchten / und ihm dienen / und seine Stimm hören / und deß HErrn Mund nit verbittern / so werdet ihr / und der König / der über euch herrschet / dem HErrn eurem GOtt folgen.

15. Werdet ihr aber die Stimm deß HErrn nit hören / sondern seine Wort erbittern / so wird die Hand deß HErrn über euch seyn / und über eure Vätter.

III. 16. Nun aber stehet nochmahl still / und sehet das grosse Ding / das der HErr thun wird vor eurem Angesicht.

17. Ist nit heutiges Tags die Weitzen-Erndt. Ich wil aber den HErrn anruffen / und er wird Donner und Regen geben: und ihr sollet wissen / und sehen / daß ihr vor dem Angesicht des HErrn ein groß Ubel für euch habt gethan / daß ihr einen König über euch begehret habt.

18. Und Samuel rieff zum HErrn / und der HErr gab Donner und Regen an demselben Tag.

19. Da förchtete das gantze Volck sehr den HErrn / und Samuel: und alles Volck sprach zu Samuel: Bitte den HErrn deinen GOtt für deine Knecht / daß wir nit sterben: dan wir haben zu allen unsern Sünden auch dise Boßheit hinzu gethan / daß wir einen König über uns begehret haben.

20. Aber Samuel sprach zum Volck: Förchtet euch nit / ihr habt wohl all diß Ubel gethan / aber weichet nit ab hinter dem HErrn: sondern dienet

dienet dem HERRN von gantzem Hertzen.

21. Und lencket euch nit nach eitlen Dingen/die euch nichts nutzen/ noch auß der Noth erretten werden/ dan sie seynd eitel.

22. Und der HERR wird sein Volck nit verlassen/ um seines grossen Namens willen: dan der Herr hat geschworen/ daß er euch ihm selbst zum Volck machen wolle.

23. Aber die Sünd gegen den HErrn sey weit von mir/ daß ich aufhören sol für euch zu bitten/ ich wil euch auch einen guten richtigen Weeg lehren.

24. Derwegen förchtet den HErrn/ und dienet ihm in der Warheit/ und von gantzem eurem Hertzen: dan ihr habt die grosse Thaten gesehen/ die er unter euch gethan hat.

25. Werdet ihr aber in der Boßheit verharren/ alsdan werdet so wohl ihr/ als auch euer König zugleich umkommen *a*.

Das XIII. Capitel.

I. Die Philisther von Saul und Jonatha geschlagen/ ziehen aufs neu sehr starck zu Feld/ die Hebreer werden zaghafft/ und verbergen sich in die Höhlen/ 6.
II. Saul/ weil er auf Samuel nit gewartet/ sondern geopffert hat/ wird von GOtt verworffen/ 9.
III. Die Philisther ziehen zum Streit wider Israel; bey welchem grosser Mangel an Waffen/ 17.

1. Saul war wie ein Kind von einem Jahr/ da er anfieng zu regieren/ er regierete aber zwey Jahr über Israel.

2. Und Saul erwählte ihm drey tausend Mann auß Israel: es waren zwey tausend mit Saul zu Machmas/ und auf dem Berg Bethel: aber mit Jonatha waren tausend zu Gabaa Benjamin: das übrige Volck aber schickte er widerum einen jeglichen zu seiner Hütten.

3. Und Jonathas schlug der Philisther Wacht/ die zu Gabaa war. Da das die Philisther höreten/ bließ Saul mit der Posaunen im gantzen Land/und sprach: Diß müssen die Hebreer hören.

4. Und gantz Israel hörte solch Geschrey: Saul hat die Wacht der Philisther geschlagen: und Israel hat sich wider die Philisther aufgelehnet. Derwegen schrye das Volck dem Saul nach zu Galgala.

5. Und die Philisther versammleten sich wider Israel zu streiten/ dreyßig tausend Wagen/ und sechs tausend Reuter und das ander gemein Volck in sehr grosser Anzahl/ wie der Sand am Ufer deß Meers. Und sie kamen herauf/ und schlugen ihr

a verderben zu Grund gehen.

re à tergo Domini sed servite Domino in omni corde vestro.

21. & nolite declinare post vana *o*, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt.

22. Et non derelinquet Dominus populum suum propter nomen suum *p* magnum: quia juravit Dominus facere vos sibi populum.

23. Absit autem à me hoc peccatum in Dominum, ut cessem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & rectam.

24. Igitur timete Dominum, & servite ei in veritate, & ex toto corde vestro. Vidistis enim magnifica quæ in vobis gesserit.

25. Quòd si perseveraveritis in malitia: & vos & rex vester pariter peribitis.

CAPUT XIII.

I. Victi à Saule Philisthæi maximo apparatu adversus Israel armantur; territi Hebræi in antris latitant; 6.
II. Saul quia non expectato Samuel obtulit holocaustum, reprobatur à Domino: 9.
III. De cautela Philisthæorum ut Israelitæ armis spoliarentur. 17.

1. Filius unius anni erat *a* Saul cùm regnare cœpisset, duobus autem annis *b* regnavit super Israel.

2. Et elegit sibi Saul tria millia de Israel: & erant cum Saul duo millia in Machmas, & in monte Bethel: mille autem cum Jonatha in Gabaa Benjamin. Porrò cæterum populum remisit unumquemque in tabernacula sua.

3. Et percussit Jonathas stationem *c* Philisthinorum, quæ erat in Gabaa. Quod cùm audissent Philisthiim, Saul cecinit buccinâ in omni terra, dicens: Audiant Hebræi.

4. Et universus Israel audivit hujuscemodi famam: Percussit Saul stationem Philisthinorum: & erexit se Israel adversus Philisthiim. Clamavit *d* ergo populus post Saul in Galgala.

5. Et Philisthiim congregati sunt ad præliandum contra Israel, triginta millia curruum, & sex millia equitum, & reliquum vulgus, sicut arena quæ est in littore maris plurima. Et ascendentes castra-

o Idola & vanos deos.

p honorem.

a sicut parvulus unius anni innocens & sine culpa fuit; vel simplicius primum regni sui annum egit.

b id est, liber à jugo Philisthinorum, qui ab hoc anno 2911. totum Israel gravi servitute oppresserant.

c præsidium.

d convenit congregatus.

tramcati sunt in Machmas ad Orientem Bethaven.

6. Quod cùm vidissent viri Israel se in arcto positos, (afflictus enim erat populus) absconderunt se in speluncis, & in abditis *e*, in petris quoque, & in antris, & in cisternis.

7. Hebræi autem transierunt Jordanem in Terram Gad & Galaad. Cumque adhuc esset Saul in Galgala, universus populus perterritus est, qui sequebatur eum.

8. Et expectavit septem diebus juxta placitum Samuelis *f*, & non venit Samuel in Galgala, dilapsúsque est populus ab eo.

II. 9. Ait ergo Saul: Afferte mihi holocaustum, & pacifica. Et obtulit holocaustum.

10. Cumque complesset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat: & egressus est Saul obviā ei ut salutaret eum.

11. Locutusque est ad eum Samuel: Quid fecisti? Respondit Saul: Quia vidi quod populus dilaberetur à me, & tu non veneras juxta placitos dies, porrò Philisthiim congregati fuerant in Machmas,

12. dixi: Nunc descendent Philisthiim ad me in Galgala, & faciem Domini non placavi. Necessitate compulsus, obtuli holocaustum.

13. Dixitque Samuel ad Saul: *g* Stultè egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si nō fecisses, jam nunc præparasset *h* Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum *i*,

14. sed nequaquam regnum tuum ultrà consurget. *k* Quæsivit Dominus sibi virum juxta cor suum: & præcepit ei Dominus ut esset dux super populum suum, eò quòd non servaveris quæ præcepit Dominus.

15. Surrexit autem Samuel, & ascendit de Galgalis in Gabaa Benjamin. Et reliqui populi ascenderunt post Saul obviam populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Benjamin. Et recensuit Saul populum, qui inventi fuerant cum eo, quasi sexcentos viros.

16. Et Saul & Jonathas filius ejus, populusq; qui inventus fuerat cum eis, erat in

e Chald. munitionibus.

f præscriptum tempus. *Sup.* 10. 8.

g *Infr.* 15. 22.

h Hebr. & Chald. firmasset.

i i. in longum tempus.

k *Act.* 13. 22. Hæc de Davide dicta videntur eodem anno M. 2911 atque adeo annis 8. antequam nasceretur. *Vid. Infr.* 16. 1.

Lager zu Machmas / gegen Aufgang bey Bethaven.

6. Da nun die Männer Israel sahen / daß sie in Aengsten waren (dan das Volck war betrangt) verbargen sie sich in den Klüfften / und an heimlichen Orten / und in Felsen / und in Höhlen / und in Cisternen.

7. Die Hebreer aber zogen über den Jordan in das Land Gad / und Galaad. Und als Saul noch zu Galgala war / erschrack das gantze Volck / das ihm folgete.

8. Und er wartete siben Tag lang nach der Zeit / welche von Samuel bestimmt war: aber Samuel kam nit gen Galgala: und das Volck verlieff von ihm.

II. 9. Derwegen sprach Saul: Bringet mir das Brand-Opffer und Frid Opffer. Und er opfferte das Brand Opffer.

10. Als er nun das Brandopffer geopffert und vollendet hatte / sihe da kam Samuel: und Saul gieng hinauß ihm entgegen / damit er ihn grüssete.

11. Und Samuel sprach zu ihm: Was hast du gethan? Saul antwortet: Weil ich sahe / daß das Volck von mir verlieff / und du kamest nit nach den bestimmten Tagen / die Philisther aber waren zu Machmas versammlet /

12. Da sprach ich: Jetzt werden die Philisther zu mir hinab kommen gen Galgala und ich hab deß HErrn Angesicht noch nit versöhnet: also hab ich / durch die Noth getrungē / ein Brandopffer geopfert

13. Und Samuel sprach zu Saul: Du hast thörlich gehandelt / und hast die Gebott deß HErrn deines GOttes nit gehalten / die er dir befohlen hat. Wan du solches nit gethan hättest / so wurde der HErr jetzt dein Reich über Israel bereitet haben in Ewigkeit.

14. Aber nun wird dein Reich mit nichten fer ner aufwachsen. Der HErr hat ihm einen Mann gesucht nach seinem Hertzen / und demselben hat der HErr befohlen / daß er Fürst seyn sol über sein Volck / darum daß du nit gehalten hast / was der HErr hat gebotten.

15. Aber Samuel stund auf / und gieng hinauf von Galgala gen Gabaa Benjamin. Und die übrige deß Volcks zogen mit Saul / dem Volck entgegen / die sie bestritten / da sie von Galgala gen Gabaa kamen / auf dem Bühel Benjamin. Und Saul zehlte das Volck / das sich bey ihm fand / und waren ungefähr sechs hundert Mann.

16. Und Saul / und sein Sohn Jonathas / mit dem Volck / das bey ihnen gefunden ward / war zu Ga-

Gabaa Benjamin. Die Philisther aber hatten sich zu Machmas nidergethan.

III. 17. Und es zogen auß dem Lager der Philisther drey Hauffen auf den Raub herauß: der eine Hauf begab sich auf den Weeg gen Ephra nach dem Land Sual.

18. Der ander aber zoge durch den Weeg Beth-horon hinein: der dritt wandte sich auf die Straß der Landmarck / die sich zum Thal Seboim gegen der Wüst hinauß strecket.

19. Es ward aber im gantzen Land Israel kein Eisenschmid gefunden: dan die Philisther hatten das verhütet / damit nit die Hebreer villeicht ein Schwerdt / oder einen Spieß macheten.

20. Derwegen gantz Israel zu den Philisthern hinab gieng / ein jeglicher sein Pflugeisen / und seine Hau / und sein Beil / und seine Heppen zu schärpffen.

21. Also waren die scharpffe Spitzen der Pflugeisen / und Hauen / und Gablen / und Beylen stumpff worden / und biß auf den Stachel zu bessern.

22. Und da der Tag kam / daß man streitten solte / ward kein Schwerdt / noch Spieß in der Hand deß gantzen Volcks gefunden / so mit Saul und Jonatha war / Saul und seinen Sohn Jonathan außgenommen.

23. Aber der Philisther Wacht zoge herauß / gen Machmas hinüber zu rucken.

Das XIV. Capitel.

I. Jonathas / mit seinem Waffentrager / bringt die Philisther in die Flucht / 1.
II. Saul verfolgt sie / und beschwöret das Volck / nichts vor Nacht zu essen / 24.
III. Jonathas / dises Gebotts unwissend / verkostet Honig; deßwegen ihn Saul wil tödten / wird aber vom Volck errettet / 27.
IV. Sauls Geschlecht und Kriegsoberste / 49.

I. UNd es begab sich auf einem Tag / daß Jonathas / der Sohn Saul zu einem Jüngling sprach / der sein Waffentrager war: Komm: und laß uns hinüber gehen zum Lager der Philisther das gegen disem Ort hinüber ist. Aber er gab dasselbig seinem Vatter nit zu erkennen.

2. Saul aber hielt sich auf zu Gabaa am End / unter einem Granat-Apffelbaum / der zu Magron war: und das Volck war bey ihm / ungefähr sechshundert Mann.

3. Und Achias / der Sohn Achitob / deß Bruders Ichabod / deß Sohns Phinees / der von Heli / dem Priester deß HErrn in Silo / herkommen war / trug das Ephod. So wuste auch das Volck nit / wo Jonathas hingangen war.

Gabaa Benjamin: porrò Philisthiim consederant in Machmas.

III. 17. Et egressi sunt ad prædandum de castris Philisthinorum tres cunei. Unus cuneus pergebat contra viam Ephra *l* ad Terram Sual *m*.

18. Porrò alius ingrediebatur per viam Beth-horon: tertius autem verterat se ad iter termini imminentis valli Seboim contra desertum.

19. Porrò faber ferrarius non inveniebatur in omni Terra Israel. Caverant enim Philisthiim, ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceam.

20. Descendebat ergo omnis Israel ad Philisthiim, ut exacueret unusquisque vomerem suum, & ligonem, & securim, & sarculum.

21. Retusæ itaque erant acies vomerum, & ligonum, & tridentum, & securium, usque ad stimulum corrigendum *n*.

22. Cúmque venisset dies prælii, non est inventus ensis & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule & Jonatha, excepto Saul & Jonatha filio ejus.

23. Egressa est autem statio Philisthiim, ut transcenderet in Machmas.

CAPUT XIV.

I. Jonathas Domino fidens, cum armigero suo Philisthæos dispersit; 1.
II. Saul eos persequitur, populúmque adjurat ad abstinendum omni cibo. 24.
III. Melle gustato, ob patris juramentum mortem vix evadit. 27.
IV. Saulis proles, bellidux & militia. 49.

I. ET accidit quâdam die ut diceret Jonathas filius Saul ad adolescentem armigerum suum: Veni, & transeamus ad stationem Philisthinorum, quæ est trans locum illum. Patri autem suo hoc ipsum non indicavit.

2. Porrò Saul morabatur in extrema parte Gabaa, sub malogranato, quæ erat in Magron: & erat populus cum eo quasi sexcentorum virorum.

3. Et Achias *a* filius Achitob fratris Ichabod filii Phinees, *b* qui ortus fuerat ex Heli sacerdote Domini in Silo, portabat ephod. Sed & populus ignorabat quò isset Jonathas.

l 70. & Chald. Ophra.
m Chald. australem.
n i. acuendum & reficiendum.
a qui & Achimelech infr. 21.
b Sup. 4. 21

4. Erant autem inter ascensus, per quos nitebatur Jonathas transire ad stationem Philisthinorum, eminentes petræ ex utraque parte, & quasi in modum dentium scopuli hinc & inde prærupti, nomen uni Boses *c*, & nomen alteri Sene: *d*

c quæ vox significat *flos in eo.*
d *Rubum* significat.

5. unus scopulus prominens ad Aquilonem ex adverso Machmas, & alter ad Meridiem contra Gabaa.

6. Dixit autem Jonathas ad adolescentem armigerum suum: Veni, transeamus *e* ad stationem incircumcisorum horum, si forte faciat Dominus pro nobis: quia non est Domino difficile salvare, vel in multis, vel in paucis.

e sc. ex inspiratione divina, secus fuisset temeritas.

7. Dixitque ei armiger suus: Fac omnia quæ placent animo tuo: perge quò cupis, & ero tecum ubicumque volueris.

8. Et ait Jonathas: Ecce nos transimus ad viros istos. Cumque apparuerimus eis,

9. si taliter locuti fuerint ad nos: Manete donec veniamus ad vos: stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos.

10. Si autem dixerint: Ascendite ad nos: ascendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus nostris: hoc erit nobis signum.

11. Apparuit igitur uterque stationi Philisthinorum: dixeruntque Philisthiim: En Hebræi egrediuntur de cavernis, in quibus absconditi fuerant.

12. Et locuti sunt viri de statione ad Jonatham, & ad armigerum ejus, dixeruntque: Ascendite ad nos, & ostendemus vobis rem *f*. Et ait Jonathas ad armigerum suum: Ascendamus, sequere me: *g* tradidit enim Dominus eos in manus Israel.

f i. aliquid indicabimus.
g 1. *Mac* 4. 30.

13. Ascendit autem Jonathas manibus & pedibus reptans, & armiger ejus post eum. Itaque alii cadebant *h* ante Jonatham, alios armiger ejus interficiebat sequens eum.

h sc. cæsi.

14. Et facta est plaga prima, quâ percussit Jonathas & armiger ejus, quasi viginti virorum, in media parte jugeri, quam par boum in die arare consuevit.

15. Et factum est miraculum *i* in castris,

i Hebr. conturbatio, vel stupor.

4. Aber zwischen dem Aufgang / dadurch sich Jonathas unterstund zu der Wacht der Philisther hinüber zu gehen / waren außstehende Felsen von beyden Seiten / und waren die Felsen gleich wie Zähn / der eine auf diser / der ander auf jener Seiten / fast gäh: deß einen Nam war Boses / deß andern Nam war Sene.

5. Der eine Felß streckte sich hervor zu Mitternacht hinauß gegen Machmas über: der ander zu Mittag gegen Gabaa.

6. Jonathas aber sprach zu dem Jüngling / seinem Waffentrager: Komm / laß uns hinüber gehen zum Lager diser Unbeschnittenen: Der HErr möchte villeicht etwas für uns schaffen: dan es ist dem HErrn nit schwer / durch vil / oder durch wenig Hülff zuthun.

7. Und sein Waffentrager sprach zu ihm Thue alles / was deinem Hertzen gefallt: ziehe fort / wohin dichs gelustet: so wil ich bey dir seyn / wo du auch wilst.

8. Und Jonathas sprach: Sihe / wir gehen hinüber zu disen Männern: wan wir ihnen nun ins Gesicht kommen.

9. Und sie also zu uns sagen: Bleibet biß wir zu euch kommen / so laß uns still stehen an unserm Ort / und nit zu ihnen hinauf gehen:

10. Wan sie aber sagen: Kommt zu uns herauf / so laß uns hinauf gehen: dan der HErr hat sie in unsere Hånd übergebn. Und das sol uns zum Zeichen seyn.

11. Also liessen sie sich beyde vom Lager der Philisther sehen / und die Philisther sprachen: Sihe / die Hebreer kommen herror auß ihren Löchern / darinn sie verborgen waren.

12. Und die Männer vom Heerlager redten dem Jonatha / und seinem Waffentrager zu und sprachen: Kommt zu uns herauf / so wollen wir euch etwas zeigen. Da sprach Jonathas zu seinem Waffentrager: Laß uns hinauf gehen / folge mir: dan der HErr hat sie in die Hånd Israel übergeben.

13. Und Jonathas klemmete mit Hånden und mit Füssen hinauf / und sein Waffentrager hinter ihm her: da fielen etliche vor Jonatha zu Boden / andere wurden von seinem Waffentrager erwürget / der ihm folgete.

14. Also geschahe das erste Treffen / darin Jonathas und sein Waffentrager in die zwantzig Mañ erschlugen / auf einem halben Juchart Ackers / den gewöhnlich ein paar Ochsen in einem Tag pflügen können.

15. Und es geschahe ein Wunderwerck im Lager auf-

auf dem Feld: so ward auch alles Volck im Lager
der jenigen / welche auf die Beut außgezogen wa-
ren / sehr erschröcket / und das Land ward beweget:
und es trug sich zu / gleich wie ein Wunderzeichen
von GOtt.
16. Und die Wächter Saul / welche zu Gabaa
Benjamin waren / sahen auß / und sihe / da war
ein geschlagener Hauff der sich hie und dorthin auf
die Flucht begab.
17. Und Saul sprach zum Volck / das bey ihm
war: Fraget nach / und sehet / wer von uns hin-
weg gangen sey. Und da sie nachfragten / befand
sich / daß Jonathas / und sein Waffentrager nit
vorhanden waren.
18. Und Saul sprach zu Achia: Bring herbey
die Arch GOttes (dan die Arch GOttes war der
Zeit allda bey den Kindern Jsrael)
19. Dieweil Saul mit dem Priester noch redet/
erhub sich ein groß Getümmel im Lager der Phili-
sther/ das allgemach zunahm und je länger/ je klär-
licher erschall. Und Saul sprach zum Priester:
Ziehe deine Hand zu dir.
20. Da machte Saul ein Geschrey / und alles
Volck / das bey ihm war / und sie kamen biß zu dem
Ort / da das Treffen geschahe / und sihe / eines jeg-
lichen Schwerdt war wider seinen Nächsten gewen-
det / und es geschahe eine sehr grosse Nider-
lag.
21. Auch die Hebreer / welche gestern und vor-
gestern bey den Philisthern gewesen / und im Lager
mit ihnen herauf kommen waren / kehreten wider
um / damit sie sich zu denen von Jsrael schlugen / die
bey Saul und Jonatha waren.
22. Und alle die von Jsrael welche sich auf dem
Gebirg verborgen hatten / da sie höreten / daß die
Philisther geflohen waren / geselleten sich zu ihrem
Volck im Streit: und waren mit Saul ungefähr
in die zehen tausend Mann.
23. Also halff der HErr dem Jsrael an dem-
selbigen Tag: aber der Streitt gieng biß gen Be-
thaven.
II. 24. Und die Männer Jsrael hielten sich bey ein-
ander an dem Tag. Saul aber beschwur das
Volck / und sprach: Verflucht sey der Mann / der
Brod isset biß auf den Abend / biß daß ich Rach neh-
me von meinen Feinden. Und das gantze Volck
aß kein Brod:
25. Aber das gemeine Landvolck kam in einen
Wald darin Honig auf dem Erdboden lag.
26. Da nun das Volck zu demselbigen Wald
hinein kommen war / und das fliessend Honig vor
den Augen lage / war gleichwohl keiner / der die

per agros: sed & omnis populus sta-
tionis *k* eorum, qui ierant ad prædan-
dum, obstupuit, & conturbata est
terra: & accidit quasi miraculum à
Deo.
16. Et respexerunt speculatores Saul,
qui erant in Gabaa Benjamin, & ecce
multitudo prostrata *l*, & huc illucque
diffugiens.
17. Et ait Saul populo, qui erat
cum eo: Requirite, & videte quis ab-
ierit ex nobis. Cumque requisissent,
repertum est non adesse Jonatham, &
armigerum ejus.
18. Et ait Saul ad Achiam: Applica ar-
cam Dei *m* (Erat enim ibi arca Dei in die
illa cum filiis Israel)
19. Cumque loqueretur Saul ad sacer-
dotem, tumultus magnus exortus est in
castris Philisthinorum: crescebátque pau-
latim, & clariùs resonabat. Et ait Saul ad
sacerdotem: Contrahe manum tuam.
20. Conclamavit ergo Saul, & omnis
populus qui erat cum eo, & vene-
runt usque ad locum certaminis: &
ecce versus fuerat gladius uniuscujusque
ad proximum suum, & cædes magna ni-
mis.
21. Sed & Hebræi qui fuerant cum Phi-
listhiim heri & nudiustertius, ascenderánt-
que cum eis in castris, reversi sunt ut es-
sent cum Israel, qui erant cum Saul &
Jonatha.
22. Omnes quoque Israelitæ qui se
absconderant in monte Ephraim, au-
dientes quòd fugissent Philisthæi, lo-
ciaverunt se cum suis in prælio. Et erant
cum Saul, quasi decem millia virorum.
23. Et salvavit Dominus in die illa Is-
rael. Pugna autem pervenit usque ad
Bethaven.
II. 24. Et viri Israel sociati sunt sibi in die
illa: adjuravit autem Saul populum, di-
cens: Maledictus vir, qui comederit pa-
nem usque ad vesperam, donec ulciscar
de inimicis meis. Et non manducavit u-
niversus populus panem:
25. omnéque terræ vulgus venit in sal-
tum *n*, in quo erat mel super faciem agri.
26. Ingressus est itaque populus sal-
tum, & apparuit fluens mel, nullus-
que applicuit manum ad os su-
um.

k præsidiarii Philisthinorum.

l 70. conturbata

m adhibe præsidium, quòd arca fœderis subministrat, q.d. Indue Ephod quod juxta arcam adservatur & per Urim & Tummim coram arca consule Dominum.

n i. sylvam.

um. Timebat enim populus juramentum.

III. 27. Porrò Jonathas non audierat cùm adjuraret pater ejus populum: extendítque summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in favum mellis: & convertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi ejus *o*.

28. Respondénsque unus de populo, ait: Jurejurando constrinxit pater tuus populum, dicens: Maledictus vir, qui comederit panem hodie (defecerat autem populus)

29. Dixítque Jonathas: Turbavit pater meus terram *p*: vidistis ipsi quia illuminati sunt oculi mei, eò quòd gustaverim paululum de melle isto:

30. quantò magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quam reperit? nónne major plaga facta fuisset in Philisthiim?

31. Percusserunt ergo in die illa Philisthæos à Machmis usque in Ajalon. Defatigatus est autem populus nimis:

32. & versus ad prædam, tulit oves, & boves, & vitulos, & mactaverunt in terra: comedítque populus cum sanguine *q*.

33. Nuntiaverunt autem Sauli dicentes, quòd populus peccásset Domino, comedens cum sanguine. Qui ait: Prævaricati estis: volvite ad me jam nunc saxum grande.

34. Et dixit Saul: Dispergimini in vulgus, & dicite eis, ut adducat ad me unusquisque bovem suum & arietem, & occidite super istud, & vescimini, & non peccabitis Domino comedentes cum sanguine. Adduxit itaque omnis populus unusquisque bovem in manu sua usque ad noctem: & occiderunt ibi.

35. Ædificavit autem Saul altare *r* Domino; túncque primùm cœpit ædificare altare Domino.

36. Et dixit Saul: Irruamus super Philisthæos nocte, & vastemus eos usquedum illucescat manè, nec relinquamus ex eis virum. Dixítque populus: Omne quod bonum videtur in oculis tuis fac. Et ait sacerdos *s*: Accedamus huc ad Deum.

o longa fame & labore debilitati Sic oculi mentis per favum mellis seu usum SS. Evchariſtiæ illuminantur.

p Chald. populum terræ.

q præ fame non expectabant dum effluerет

r in monumentum victoriæ & ad sacrificia pacifica.

s summus.

Hand an seinen Mund gebracht hätte: dan das Volck förchtete sich für dem Eyd.

III. 27. Aber Jonathas hatte es nit gehöret / daß sein Vatter das Volck beschworen hatte: und er streckte das äusserst von seinem Stab auß / den er in der Hand hatte / und tunckte es in den Honigseim / darnach wandte er seine Hand an seinen Mund / und seine Augen wurden erleuchtet.

28. Da antwortet einer auß dem Volck / und sprach: Dein Vatter hat das Volck mit einem Eyd bestricket / und gesagt: Verflucht sey der Mann / der heut Brod isset / (das Volck aber war von den Kräfften kommen:)

29. Und Jonathas sprach: Mein Vatter hat das Land betrübet: ihr habt selbst gesehen / daß meine Augen seynd erleuchtet worden darum / daß ich ein wenig von disem Honig genommen hab:

30. Wie vilmehr / wan das Volck vom Raub seiner Feinden gessen hätte / den es gefunden hat? wäre alsdan nit eine grössere Niderlag / unter den Philisthern geschehen?

31. Also schlugen sie an demselben Tag die Philisther von Machmis biß gen Ajalon. Aber das Volck ward über die Maß müd.

32. Und sie wendten sich zum Raub / nahmen Schaaf und Rinder / und Kälber / und schlachteten sie auf der Erden: und das Volck aß davon mit dem Blut.

33. Da gaben sie dem Saul zu erkennen / und sagten / weil das Volck dem HErrn gesündiget hätte / in dem / daß sie mit Blut gessen hätten. Und er sprach: Ihr habt übertretten: weltzet alsbald einen grossen Stein zu mir.

34. Und Saul sprach: Zertheilet euch unter das gemeine Volck / und saget ihnen / daß ein jeglicher seinen Ochsen und Widder zu mir bringe / und tödtet sie auf disem Stein / und esset / so werdet ihr dem HErrn in dem nit sündigen / daß ihr mit Blut esset. Also brachte das gantze Volck / ein jeglicher seinen Ochsen an der Hand / biß in die Nacht / und schlachteten sie allda.

35. Saul aber bauete dem HErrn einen Altar / und fieng damahls erstlich an dem HErrn Altar zu bauen.

36. Und Saul sprach: Lasset uns die Philisther bey der Nacht überfallen / und sie schlagen biß der Morgen anbricht / daß wir niemand von ihnen übrig bleiben lassen. Und das Volck sprach: Thue alles was dich gut duncket in deinen Augen. Aber der Priester sprach: Lasset uns hieher zu GOtt tretten.

37. Und

37. Und Saul fragte den HErrn: Sol ich die Philisther verfolgen? wirst du sie in die Händ Israel übergeben? und er antwortet ihm nit an dem Tag.

38. Und Saul sprach: Führet herzu alle Ecken deß Volcks: und erkundiget euch / und sehet / durch wen dise Sünd heutiges Tags begangen sey.

39. So wahr der HErr lebet / der Heyland Israel / im fall sie durch meinen Sohn Jonatham begangen ist / so sol er ohn Widerruff sterben: darauf ihm niemand von allem Volck widersprach.

40. Und er sprach zum gantzen Israel: Söndert ihr euch ab zu einer Seiten / so wil ich mit meinem Sohn Jonatha auf der andern Seiten seyn. Und das Volck antwortet dem Saul: Thue / was dich gut duncket in deinen Augen.

41. Und Saul sprach zum HErrn dem GOtt Israel: HErr, du GOtt Israel gib ein Zeichen: was ists, das du heut deinem Knecht nit geantwortet hast? Ist dise Sünd an mir / oder an meinem Sohn Jonatha / so gib ein Zeichen: oder ist dise Sünd an deinem Volck / so gib Heiligung. Da ward Jonathas und Saul getroffen / aber das Volck gieng frey auß.

42. Und Saul sprach: Werffet das Loß zwischen mir und meinem Sohn Jonatha. Und Jonathas ward getroffen.

43. Da sprach Saul zu Jonatha: Sage mir / was hast du gethan? Und Jonathas gab es ihm zu erkennen / und sprach: Ich hab vom Obertheil deß Stabs / der in meiner Hand war / ein wenig Honigs versucht: und sihe, darum sterbe ich.

44. Und Saul sprach: Diß thue mir GOtt / und das noch darzu / du solst deß Tods sterben Jonatha.

45. Und das Volck sprach zu Saul: Sol dan Jonathas sterben / der diß grosse Heyl in Israel gethan hat? Das ist unbillig. So wahr der HErr lebet / es sol kein Haar von seinem Haubt auf die Erd fallen: dan er hats heutiges Tags mit GOtt gethan. Also errettete das Volck Jonatham daß er nit getödtet ward.

46. Da zoge Saul zuruck / und verfolgte die Philisther nit: und die Philisther zogen auch an ihre Oerter.

47. Saul aber / nachdem sein Reich über Israel nun bestättiget war / stritte rings herum wider alle seine Feind: wider Moab / und die Kinder Ammon / und Edom / und wider die Kinder Soba /

37. Et consuluit Saul Dominum: Num persequar Philisthiim? si trades eos in manus Israel? Et non respondit ei in die illa.

38. Dixítque Saul: Applicate huc universos angulos *t* populi: & scitote, & videte, per quem acciderit peccatum hoc hodie.

39. Vivit Dominus salvator Israel, quia si per Jonatham filium meum factum *u* est, absque retractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo.

40. Et ait ad universum Israel: Separamini vos in partem unam, & ego cum Jonatha filio meo ero in parte altera. Respondítque populus ad Saul: Quod bonum videtur in oculis tuis, fac.

41. Et dixit Saul ad Dominum Deum Israel: Domine Deus Israel da indicium quid est quòd non responderis servo tuo hodie? Si in me, aut in Jonatha filio meo, est iniquitas hæc, da ostensionem: aut si hæc iniquitas est in populo tuo, da sanctitatem. Et deprehensus est Jonathas & Saul, populus autem exivit *x*.

42. Et ait Saul: Mittite sortem inter me, & inter Jonatham filium meum. Et captus est Jonathas.

43. Dixit autem Saul ad Jonatham: Indica mihi quid feceris. Et indicavit ei Jonathas, & ait: Gustans gustavi in summitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior.

44. Et ait Saul: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Jonatha.

45. Dixítque populus ad Saul: Ergóne Jonathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? hoc nefas est *y*: vivit Dominus, si ceciderit capillus de capite ejus in terram, quia cum Deo *z* operatus est hodie. Liberavit ergo populus Jonatham, ut non moreretur.

46. Recessítque Saul, nec persecutus est Philisthiim: Porrò Philisthiim abierunt in loca sua.

47. Et Saul, confirmato *a* regno super Israel, pugnabat per circuitum adversum omnes inimicos ejus *b*, contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba,

t i. principes & capita.

u sc. peccatum.

x fuit absolutus à sortibus.

y Chald. absit.

z Deo adjuvante.

a *quasi denuo recuperato*; scilicet excusso aliquatenus Philisthæorum jugo. Unde colligere est prædicta bella aliquamdiu perdurasse: purà annos 10. ad annum usque 2921.

b in quibus debellandis aliquot iterum annos impendit, ad annum usque 2929

& Philisthæos: & quocumque se verterat, superabat.

48. Congregatóque exercitu, percussit Amalec *c*. & eruit Israel de manu vastatorum ejus.

c Puta anno sequenti 2930.

IV. 49. Fuerunt autem filii Saul, Jonathas, & Jessui *d*, & Melchisua: & nomina duarum filiarum ejus, nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol.

d aliàs Aminadab.

50. Et nomen uxoris Saul, Achinoam filia Achimaas: & nomen principis militiæ ejus Abner, filius Ner, patruelis Saul.

51 Porrò Cis fuit pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel.

52. Erat autem bellum potens adversum Philisthæos omnibus diebus Saul. Nam quemcumque viderat Saul virum fortem, & aptum ad prælium, sociabat eum sibi.

CAPUT XV.

I. Saul missus à Domino ad delendum funditus Amalec, 3.

II. Agag eorum regem multámque prædam reservat. 8.

III. Inobedientiæ arguitur, ideóque à regno rejicitur: 16.

IV. Samuel interfecto Agag, luget Saul reprobatum 32.

1. ET dixit Samuel ad Saul: Me misit Dominus, ut ungerem te in regem super populum ejus Israel: nunc ergo audi vocem Domini:

2. Hæc dicit Dominus exercituum: Recensui quæcumque fecit Amalec Israeli, *a* quomodo restitit ei in via cùm ascenderet de Ægypto.

a Exod. 17 8.

3. Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire universa ejus: non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice à viro usque ad mulierem, & parvulum atque lactentem, bovem & ovem, camelum & asinum.

4. Præcepit itaque Saul populo, & recensuit eos quasi agnos: ducenta millia peditum, & decem millia virorum Juda.

5. Cumque venisset Saul usque ad civitatem Amalec: tetendit insidias in torrente.

6. Dixitque Saul Cinæo *b*: Abite, re-

b posteris Iethro soceri Mosis.

und wider die Philisther: und wo er sich hinwendete, da erhielt er den Sig.

48. Er versammlete auch ein Heer / und schlug den Amalec / und errettete Israel von der Hand ihrer Verwüster.

IV. 49. Diß waren aber die Söhn Saul / Jonathas und Jessui / und Melchisua: und die Namen seiner beyden Töchter waren / der Erstgebornen Nam war / Merob / und der jüngsten Nam war Michol.

50. Und das Weib Saul ward genannt Achinoam / eine Tochter Achimaas: und seines Feld-Obersten Nam war Abner / der Sohn Ner / der Sauls Vetter war.

51. Aber Cis war Sauls Vatter / und Ner / deß Abners Vatter / Abiels Sohn.

52. Es war aber ein mächtiger Krieg wider die Philisther alle die Tag / so lang Saul lebete: dan wan Saul irgends einen tapffern Mann sahe / der tüchtig war zum Krieg / den zohe er an sich.

Das XV. Capitel.

I. Saul / auß Befehl GOttes / schlagt die Amaleciter / 3.

II. Verschonet wider GOttes Befehl / dem König Agag und dem besten Vieh / 8.

III. Wird deßwegen von Samuel sehr gestrafft / und abermal von GOtt verworffen / 16.

IV. Samuel zerhaut Agag zu Stucken / und beweinet Saul / 32.

1. UNd Samuel sprach zu Saul: Der HERR hat mich gesandt / daß ich dich zum König salben solte über sein Volck Israel: So höre nun die Stimm deß HErrn:

2. Diß sagt der HErr der Heerschaaren: Ich hab alles zu Gemüth geführet / was Amalec dem Israel thäte / wie er ihm widerstund auf dem Weeg da er auß Egypten herauf zohe.

3. Derwegen ziehe jetzt hin / und schlage den Amalec / und vertilge alles / was ihm zugehöret: du solst seiner nit schonen / noch etwas begehren von seinen Dingen: sondern solst tödten so wohl Mann / als Weib / auch die Kinder / und Säugling / Ochsen und Schaaf / Cameelthier / und Esel.

4. Darauf befahl Saul dem Volck / und zehlete sie / wie die Lämmer / zweymahl hundert tausend zu Fuß / und zehen tausend Mann auß Juda.

5. Da nun Saul biß an die Stadt der Amaleciter kommen war / machte er einen Hinterhalt am Bach.

6. Und Saul sprach zu den Einitern: Gehet hinweg /

hinweg/ weichet ab/ und ziehet hinunter von Amalec/ daß ich euch mit ihm nit etwan zugleich verderbe. Dan ihr habt Barmhertzigkeit gethan an allen Kindern Israel/ da sie auß Egypten herauf kamen. Da zohen die Citiiter auß dem Mittel der Amaleciter hinweg.

7. Und Saul schlug die Amaleciter von Hevila an biß man kommt gen Sur/ so gegen Egypten über ligt.

II. 8. Und er fieng Agag den König der Amaleciter lebendig; aber alles gemeine Volck erschlug er mit der Schärpff deß Schwerdts.

9. Und Saul samt dem Volck verschonete deß Agag/ und der besten Heerd von Schaafen und Rindern: auch der Kleyder/ und Widder/ und alles/ was schön war/ und wolten dasselbig nit verderben: was aber nit vil werth/ und verworffen war/ das vertilgeten sie.

10. Aber deß HErrn Wort geschahe zu Samuel/ und sprach.

11. Es reuet mich/ daß ich Saul zum König verordnet hab: dieweil er mich verlassen/ und meine Wort mit dem Werck nit erfüllet hat. Und Samuel ward betrübt/ und rieff die gantze Nacht zum HErrn.

12. U. nachdem Samuel bey der Nacht aufgestanden/ daß er am Morgen früh zu Saul reysete/ ward ihm dem Samuel kund gethan/ daß Saul zu Carmel ankommen wäre/ und hätte ihm einen Triumphbogen aufgerichtet/ hätte sich auch zuruck gewendt/und wäre hindurch gezogen und gen Galgala hinab kommen. Also kam Samuel zu Saul und Saul opfferte dem HErrn ein Brandopffer/ von den Erstlingen deß Raubs/ den er von Amalec genommen hatte.

13. Da nun Samuel zu Saul kam/ sprach Saul zu ihm: Geseegnet bist du dem HErrn/ ich hab deß HErrn Wort erfüllet.

14. Und Samuel sprach: Was ist das dan für eine Stimm der Heerd/ die in meine Ohren schallet/ und der Rinder/ die ich höre?

15. Und Saul sprach: Die haben sie von den Amalecitern herbracht: dan das Volck hat der besten Schaaf und Rindern verschonet/ daß sie dem HErrn deinem GOtt sollen geopffert werden/ das Ubrige haben wir erschlagen.

III. 16. Aber Samuel sprach zu Saul: Laß mich dir anzeigen/ was der HErr dise Nacht zu mir geredt hat. Und er sprach zu ihm: Sage her.

17. Und Samuel sprach: Bist du nit zum Haubt worden über die Stämm Israel/ da du klein warest in deinen Augen? und der HErr hat dich zum König über Israel gesalbet:

cedite, atque descendite ab Amalec: ne forte involvam te cum eo. Tu *c* enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israel, cùm ascenderent de Ægypto. Et recessit Cinæus de medio Amalec.

7. Percussitque Saul Amalec, ab Hevila, donec venias ad Sur, quæ est è regione Ægypti.

II. 8. Et apprehendit Agag regem Amalec vivum: omne autem vulgus interfecit in ore gladii.

9. Et pepercit Saul, & populus, Agag, & optimis gregibus ovium & armentorum, & vestibus & arietibus *d*, & universis quæ pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea: quidquid verò vile fuit & reprobum *e*, hoc demoliti sunt.

10. Factum est autem verbum Domini ad Samuel, dicens:

11. Pœnitet me quòd constituerim Saul regem: quia dereliquit me, & verba mea opere non implevit. Contristatusque est Samuel, & clamavit ad Dominum totâ nocte.

12. Cumque de nocte *f* surrexisset Samuel, ut iret ad Saul manè, nuntiatum est Samueli, eò quòd venisset Saul in Carmelum, & erexisset sibi *g* fornicem triumphalem, & reversus transisset, descendissetque in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocaustum Domino, de initiis prædarum quæ attulerat ex Amalec.

13. Et cùm venisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul: Benedictus tu Domino *h*, implevi verbum Domini.

14. Dixitque Samuel: Et quæ est hæc vox gregum, quæ resonat in auribus meis, & armentorum, quam ego audio?

15. Et ait Saul: de Amalec adduxerunt ea: pepercit enim populus melioribus ovibus & armentis, ut immolarentur Domino Deo tuo; reliqua verò occidimus.

III. 16. Ait autem Samuel ad Saul: Sine me *i*, & indicabo tibi quæ locutus sit Dominus ad me nocte. Dixitq; ei: Loquere.

17. Et ait Samuel: Nonne cùm parvulus esses in oculis tuis *k*, caput in tribubus Israel factus es? unxitque te Dominus in regem super Israel,

c i. Majores tui.

d Chald. crassis & saginatis.

e contemptibile.

f i. diluculo.

g ad suam gloriam, adscribens victoriam suæ industriæ & bellicæ virtuti.

h i. apud Dominum.

i sc. loqui

k tuo judicio.

18. & misit te Dominus in viam, & ait: Vade, & interfice peccatores Amalec, & pugnabis contra eos usque ad internecionem eorum.

19. Quare ergo non audisti vocem Domini: sed versus ad prædam es, & fecisti malum in oculis Domini?

20. Et ait Saul ad Samuelem: Immò audivi vocem Domini, & ambulavi in via per quam misit me Dominus, & adduxi Agag regem Amalec, & Amalec interfeci.

21. Tulit autem de præda populus oves & boves, primitias eorum *l* quæ cæsa sunt, ut immolet Domino Deo suo in Galgalis.

22. Et ait Samuel: *m* Numquid vult Dominus holocausta & victimas, & non potiùs ut obediatur voci Domini? MELIOR est enim obedientia quàm victimæ *n*: & auscultare magis quàm offerre adipem arietum.

17. Dixitque Saul ad Michol: Quare sic illusisti mihi, & dimisisti inimicum meum ut fugeret? Et respondit Michol ad Saul: Quia ipse locutus est mihi: Dimitte me, alioquin interficiam te.

18. David autem fugiens, salvatus est, & venit ad Samuel in Ramatha, & nuntiavit ei omnia quæ fecerat sibi Saul: & abierunt ipse & Samuel, & morati sunt in Naioth *h*.

h Chald. domo doctrinæ.

III. 19. Nuntiatum est autem Sauli à dicentibus: Ecce David in Naioth in Ramatha.

20. Misit ergo Saul lictores, ut raperent David: qui cùm vidissent cuneum prophetarum vaticinantium, & Samuelem stantem super eos *i*, factus est etiam Spiritus Domini in illis, & prophetare *k* cœperunt etiam ipsi.

i Choro prophetantium præpositum & præsidentē. *k* i. Deum laudare.

21. Quod cùm nuntiatum esset Sauli, misit & alios nuntios: prophetaverunt autem & illi. Et rursum misit Saul tertios nuntios: qui & ipsi prophetaverunt. Et iratus iracundiâ Saul,

22. abiit etiam ipse in Ramatha, & venit usque ad cisternam magnam, quæ est in Socho, & interrogavit, & dixit: In quo loco sunt Samuel & David? Dictumque est ei: Ecce in Naioth sunt in Ramatha.

23. Et abiit in Naioth in Ramatha, & factus est etiā super eū Spiritus Domini, & ambulabat ingrediens, & prophetabat usquedum veniret in Naioth in Ramatha.

24. Et expoliavit etiam ipse se vestimentis suis *l*, & prophetavit cum cæteris coram Samuele *m*, & cecidit nudus totâ die illâ & nocte. Unde & exivit proverbium: *n* Num & Saul inter prophetas?

l Regiis & exterioribus nudatus. *m* qui tamē illum tunc nec invisit nec allocutus est. *n* Sup. 10. 12.

CAPUT XX.

I. Jonathas post repetitum cum David fœdus, 1.
II. Ipsum cum patre reconciliare conatur, 25.
III. Illum è manibus ejus trium sagittarum signo liberat, 35.

Eodem anno 2944. Ant Chr. 1060.

1. FUgit autem David de Naioth *a*, quæ est in Ramatha, veniensque locutus est coram Jonatha: Quid feci? quæ est iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum, quia quærit animam meam?

a i. domo doctrinæ.

Bild auf dem Beth / und ein Geißfell an seinem Haubt.

17. Da sprach Saul zu Michol: Warum hastu mich also betrogen / u. hast meinen Feind hinweg gelassen / daß er entrinne? Und Michol antwortet dem Saul: Darum / daß er zu mir sagte: Laß mich gehen / oder ich wil dich umbringen.

18. David aber flohe / und ward erhalten / und kam zu Samuel gen Ramatha / und vermeldete ihm alles / was ihm Saul gethan hatte: und sie giengen hin / er und Samuel / und hielten sich auf zu Najoth.

III. 19. Das ward aber dem Saul kund gethan / und gesagt: Sihe / David ist zu Najoth in Ramatha.

20. Also sandte Saul die gemeine Knecht / den David mit Gewalt hinweg zu nehmen: da dise nun eine Schaar der Propheten sahen / die weissagten / und den Samuel ihren Vorsteher / da kam auch auf sie der Geist deß HErrn / und sie fiengen auch an zu weissagen.

21. Als solches dem Saul kund gethan ward / sandte er auch andere Botten / und die weissagten imgleichen. Widerum schickte Saul Botten zum drittenmal / die weissagten auch. Da ward Saul sehr zornig.

22. Und er gieng selbst gen Ramatha: und als er zum grossen Brunnen kam / der zu Socho ist / fragte er / und sprach: An welchem Ort ist Samuel und David? da ward ihm gesagt: Sihe / sie seynd zu Najoth in Ramatha.

23. Und er gieng gen Najoth in Ramatha / und der Geist deß HErrn kam auf ihn: und er trat daher / gieng und weissagte / biß er zu Najoth in Ramatha kam.

24. Und er zohe auch selbst seine Kleyder auß / und weissagte mit den andern vor dem Samuel / und fiel nacket zur Erden / denselben gantzen Tag und Nacht: daher das Sprichwort außkam: Ist Saul auch unter den Propheten?

Das XX. Capitel.

I. Jonathas erneuert den Bund mit David / und verspricht ihm / seines Vatters Gemüth zu berichten / 1.
II. Bemühet sich / Saul gegen David zu versöhnen / 25.
III. Warnet David vor dem Grimm seines Vatters: und scheiden mit weinenden Augen voneinander / 35.

1. ABer David flohe von Najoth / die in Ramatha ist / und kam und redete mit Jonatha: Was hab ich gethan? was für Ubelthat / und was für Sünd hab ich wider deinen Vatter begangen / darumb er nach meinem Leben trachtet?

2. Der sprach zu ihm: Das sey weit / du solst nit sterben: dan mein Vatter wird nichts thun / es sey groß oder klein / er hab es dan mir zuvor angezeiget: Sol dan mein Vatter diß Wort allein vor mir verborgen haben? das wird keines Weegs seyn.

3. U. er schwur dem David abermahl. Und David sprach zu ihm: Dein Vatter weist freylich wol/ daß ich Gnad gefunden hab vor deinen Augen: darum wird er sagen: Jonathas sol das nit wissen/ damit er sich villeicht nit betrüb. Aber warlich so wahr der HErr lebet/ u. so wahr deine Seel lebet/ der Tod u ich seynd (also zu redē) nur einē Schritt v'einander

4. Und Jonathas sprach zu David: Ich wil dir alles thun / was mir deine Seel wird sagen.

5. Da sprach David zu Jonatha: Sihe / morgen ist der Neumonat: und ich pflege nach Gewonheit neben dem König zu Tisch zu sitzen / so laß mir zu/ daß ich mich biß an Abend deß dritten Tags im Feld verbergen mag.

6. Wan nun dein Vatter umsehen / und nach mir fragen wird / so solst du ihm antworten: David hat mich gebetten / daß er eilends gen Bethlehem zu seiner Stadt gehē möchte: dan es ist daselbst ein jährlich Opffer zu thun für sein gantz Geschlecht.

7. Saget er dan: Es ist gut/ so wird Frid seyn deinem Knecht. Wird er aber zornig / so solst du wissen / daß seine Boßheit erfüllet ist.

8. Thue derwegen Barmhertzigkeit an deinem Knecht: dan du hast gemacht / daß ich dein Knecht in den Bund deß HErrn mit dir getretten bin. Ist aber einige Missethat an mir / so erwürge du mich / und bring mich nit hinein zu deinem Vatter.

9. Und Jonathas sprach: Das sey weit von dir: dan wan ich gewißlich befinden solte / daß die Boßheit meines Vatters wider dich erfüllet wäre / so ists nit möglich / daß ich dir solches nit anzeigen solte.

10. Und David antwortet dem Jonatha: Wer sol mirs aber kund thun / wan dir dein Vatter villeicht etwas hart von mir antworten würde?

11. Und Jonathas sprach zu David Komm/ laß uns hinauß gehen auf das Feld: Da sie nun beyde auf das Feld hinauß gangen waren/

12. Sprach Jonathas zum David: HErr/ du GOtt Israel/ im fall ich morgen oder übermorgen die Meynung meines Vatters erkundigen mag und es etwas guts seyn wird über David / wo ich dan nit alsbald zu dir schicken werde / und dir solches zu wissen thun/

14. So thue diß der HErr dem Jonathā und das noch dazu. Wofern aber mein Vatter in sei-

2. Qui dixit ei: Absit, non morieris: neque enim faciet pater meus quidquam grande vel parvum, nisi priùs indicaverit mihi: hunc ergo celavit me pater meus sermonem tantummodò? nequaquam erit istud.

3. Et juravit rursum Davidi. Et ille ait: Scit profectò pater tuus quia inveni gratiam in oculis tuis, & dicet: Nesciat hoc Jonathas, ne fortè tristetur. Quinimmò vivit Dominus, & vivit anima tua, quia uno tantùm (ut ita dicam) gradu, ego mórsque dividimur.

4. Et ait Jonathas ad David: Quodcumq; dixerit mihi anima tua, faciam tibi.

5. Dixit autem David ad Jonathan: Ecce calendæ *b* sunt crastino, & ego ex more sedere soleo juxta regem ad vescendum: dimitte ergo me ut abscondar in agro usque ad vesperam diei tertiæ.

6. Si respiciens requisierit me pater tuus, respondebis ei: Rogavit me David ut iret celeriter in Bethlehem *c* civitatem suam: quia victimæ *d* solemnes ibi sunt universis contribulibus suis.

7. Si dixerit, Benè: pax erit servo tuo. Si autem fuerit iratus, scito quia completa est malitia ejus *e*.

8. Fac ergo misericordiam *f* in servum tuum: quia fœdus Domini *g* me famulum tuum tecum inire fecisti. Si autem est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me.

9. Et ait Jonathas: Absit hoc à te: neque enim fieri potest, ut si certè cognovero completam esse patris mei malitiam contra te, non annuntiem tibi.

10. Respondítque David ad Jonathan: Quis renuntiabit mihi, si quid fortè responderit tibi pater tuus durè de me?

11. Et ait Jonathas ad David: Veni & egrediamur foras in agrum. Cumque exissent ambo in agrum,

12. ait Jonathas ad David: Domine Deus Israel, si investigavero sententiam patris mei crastino vel perendie: & aliquid boni fuerit super David, & non statim misero ad te, & notum tibi fecero,

13. hæc faciat Dominus Jonathæ, & hæc addat. Si autem perseveraverit pa-

b Chald. & 70. initium mensis.

c Luc. 2. 4.

d q. d. convivium ex victimis.

e q. d. decrevit me perdere.

f confer beneficium.

g coram Domino, vel ex Domini voluntate.

tris

tris mei malitia adversum te, revelabo aurem tuam ff, & dimittam te, ut vadas in pace, & sit Dominus tecum, sicut fuit cum patre meo.

14. Et si vixero, facies mihi misericordiam Domini: si verò mortuus fuero,

15. non auferes misericordiam tuam à domo mea usque in sempiternum, quando eradicaverit Dominus inimicos David, unumquemque de terra: auferat Jonathan de domo sua gg, & requirat Dominus de manu inimicorum David.

16. Pepigit ergo Jonathas fœdus cum domo David: & h requisivit i Dominus de manu inimicorum David.

17. Et addidit Jonathas dejerare k David, eò quòd diligeret illum: sicut enim animam suam, ita diligebat eum.

18. Dixitque ad eum Jonathas: Cras calendæ sunt, & requireris:

19. requiretur enim sessio tua usque perendie. Descendens ergo festinus, & venies in locum ubi celandus es in die quâ operari licet, & sedebis juxta lapidem, cui nomen est Ezel.

20. Et ego tres sagittas mittam juxta eum, & jaciam quasi exercens me ad signum.

21. Mittam quoque & puerum, dicens ei: Vade, & affer mihi sagittas.

22. Si dixero puero: Ecce sagittæ intra l te sunt, tolle eas: tu veni ad me, quia pax tibi est, & nihil est mali, vivit Dominus. Si autem sic locutus fuero puero: Ecce sagittæ ultrà te sunt: vade in pace, quia dimisit te Dominus.

23. De verbo autem quod locuti sumus ego & tu, sit Dominus m inter me & te usque in sempiternum.

24. Absconditus est ergo David in agro, & venerunt calendæ, & sedit rex ad comedendum panem.

II. 25. Cumque sedisset rex super cathedram suam (secundùm consuetudinem) quæ erat juxta parietem, surrexit n Jonathas, & sedit Abner ex latere Saul, vacuúsque apparuit locus David.

26. Et non est locutus Saul quidquam in die illa: cogitabat enim quòd fortè evenisset ei, ut non esset mundus, nec purificatus.

ff i. indicabo tibi.
gg q.d. Deus perdat me, ut inimicū David, si fœdus violavero.
h sc. dixit.
i i. requiret.
k sc. juramento firmare.
l i. citra.
m sc. testis.
n i. assurrexit sc. Abner venienti.

ner Boßheit wider dich beharren wird/ so wil ichs dir ins Ohr offenbaren/ und wil dich gehen lassen/ daß du hinziehest im Frid/ und der HErr mit dir sey/ wie er mit meinem Vatter gewesen ist.

14. Und wofern ich leben werde/ so thue die Barmhertzigkeit deß HErrn an mir: wan ich aber todt bin/

15. So nimm dein Barmhertzigkeit von meinem Hauß nit hinweg ewiglich: wan der HErr nun die Feind David außgerottet hat/ einen jeglichen von der Erden/ so nehme er auch den Jonatham auß seinem Hauß/ und der HERR wolle es von der Hand der Feinden Davids fordern.

16. Also machte Jonathas einen Bund mit dem Hauß Davids, und der HErr hats auch von der Hand der Feinden Davids gefordert.

17. Und über das schwur Jonathas dem David abermahl/ dieweil er ihn lieb hatte: dann er hatte ihn so lieb/ als seine eigene Seel.

18. Und Jonathas sprach zu ihm: Morgen ist der Neumonat/ und man wird nach dir fragen:

19. Dan man wird nach deinem Sitz fragen biß übermorgen. Derwegen solst du dich ohn Verzug hinab begeben/ und zu dem Ort kommen/ da du dich verbergen kanst/ an dem Tag wan man arbeitē mag/ u solst bey dē Stein sitzen der Ezel genant wird

20. So wil ich neben demselben drey Pfeil schiessen/ als wan ich mich übete aufs Zihl zu schiessen:

21. Ich wil auch einen Knaben schicken/und ihm sagen: Gehe hin und hole mir die Pfeil.

22. Wan ich dan zu dem Knaben sage: Sihe/ die Pfeil ligen hieher/nimm sie auf: So komm du zu mir/ dan es ist Frid mit dir/ und ist nichts böses vorhanden/ so wahr der HErr lebet. Wan ich aber zum Knaben sagen werde: Sihe/ die Pfeil ligen weiter von dir hinüber: So gehe hin im Frid: dan der HErr hat dich gehen lassen.

23. Aber das Wort belangend/ das ich und du zusammen geredet haben/da sey der HErr zwischen mir und dir biß in Ewigkeit.

24. Also verbarg sich David im Feld/ und da der Neumonat kam/ setzte sich der König zu Tisch/ das Brod zu essen.

II. 25. Als sich aber der König nach Gewonheit auf seinen Stul gesetzt hatte/ der an der Wand stund/ da stund Jonathas auf/ und Abner setzte sich zur Seiten neben Saul/ und Davids Stell blib ledig.

26. Und Saul redete nichts an dem Tag: dan er gedachte/ es möchte ihm villeicht etwas widerfahren seyn/ daß er nit rein/oder außgesöhnet wäre.

27. Und

27. Und da der ander Tag kommen war nach dem Neumonat / sahe man abermahl / daß an Davids Stell niemand saß / und Saul sprach zu Jonatha seinem Sohn / warum ist der Sohn Jsai weder gestern / noch heut zum Essen kommen?

28. Da antwortete Jonathas dem Saul: Er hat mich inständig gebetten / daß er gen Bethlehem reysen möchte /

29. Und sprach: Laß mich gehen / dan es ist ein jährliches Opffer in der Stadt / und hat mich einer von meinen Brüdern geladen: darum wan ich Gnad hab gefunden vor deinen Augen / so wil ich eilends dahin gehen u meine Brüder sehen. Um diser Ursach willen ist er zu deß Königs Tisch nit komen.

30. Da ward Saul zornig wider Jonathan / und sprach zu ihm: Du Sohn eines mannsüchtigen Weibs / weiß ich dan nit / daß du den Sohn Jsai lieb hast / dir selbst / und deiner schandlosen Mutter zur Schmach.

31. Dan alle die Tag / daß der Sohn Jsai leben wird auf Erden / wirst du und dein Königreich nit bestättiget werden. Darum so schicke von Stundan auß / und bringe ihn hieher zu mir: dan er ist ein Kind deß Tods.

32. Jonathas aber antwortet dem Saul / seinem Vatter / und sprach: Warum sol er sterben? Was hat er gethan?

33. Da ergriffe Saul den Spieß / ihn zu erwürgen: und Jonathas verstund / daß sein Vatter gäntzlich entschlossen war / den David zu tödten.

34. Derwegen stund Jonathas im grimmigen Zorn vom Tisch auf / und aß am andern Tag nach dem Neumonat kein Brod: dan er betrübte sich um Davids willen / darum / daß ihm sein Vatter die Schmach angethan hatte.

III. 35. Und da es Morgen ward / kam Jonathas aufs Feld / wie mit David abgeredet war / und ein kleiner Knab mit ihm.

36. Und er sprach zu seinem Knaben: Gehe hin / und hole mir die Pfeil / die ich schiesse. Und da der Knab lieff / schosse er einen andern Pfeil über den Knaben hin.

37. Und als der Knab an das Ort kam / dahin Jonathas den Pfeil geschossen hatte / rieff Jonathas von Hinten dem Knaben zu / und sprach: Sihe / da ligt der Pfeil / weit hin über dich.

38. Und Jonathas rieff abermahl hinter dem Knaben / und sprach: Eile geschwind / und stehe nit still. Aber der Knab lase deß Jonathä Pfeil auf / und brachte sie zu seinem HErrn /

39. Und wuste gar nichts darum / was da ge-

27. Cumque illuxisset dies secunda post calendas, rursus apparuit vacuus locus David. Dixitque Saul ad Jonathan filium suum: Cur non venit filius Isai, nec heri, nec hodie, ad vescendum?

28. Respondítque Jonathas Sauli: Rogavit me obnixè, ut iret in Bethlehem,

29. & ait: Dimitte me, quoniam sacrificium solemne est in civitate, unus de fratribus meis *o* accersivit me: nunc ergo si inveni gratiam in oculis tuis, vadam citò, & videbo fratres meos. Ob hanc causam non venit ad mensam regis.

30. Iratus autem Saul adversum Jonathan, dixit ei: Fili mulieris virum ultro rapientis *p*, numquid ignoro quia diligis filium Isai, in confusionem tuam, & in confusionem ignominiosæ matris tuæ?

31. Omnibus enim diebus, quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilièris tu, neque regnum tuum. Itaq; jam nunc mitte, & adduc eum ad me: quia filius mortis est *q*.

32. Respondens autem Jonathas Sauli patri suo, ait: Quare morietur? quid fecit?

33. Et arripuit Saul lanceam ut percuteret eum. Et intellexit Jonathas quòd definitum esset à patre suo, ut interficeret David.

34. Surrexit ergo Jonathas à mensa in ira furoris, & non comêdit in die calendarum secundâ panem. Contristatus est enim super David, eò quòd confudisset *r* eum *s* pater suus.

III. 35. Cumque illuxisset mane, venit Jonathas in agrum juxta placitum *t* David, & puer parvulus cum eo,

36. & ait ad puerum suum: Vade, & affer mihi sagittas, quas ego jacio. Cúmq; puer cucurrisset, jecit aliam sagittam trans puerum.

37. Venit itaque puer ad locum jaculi, quod miserat Jonathas: & clamavit Jonathas post tergum pueri, & ait: Ecce ibi est sagitta porrò ultrà te.

38. Clamavitque iterùm Jonathas post tergum pueri, dicens: Festina velociter, ne steteris. Collegit autem puer Jonathæ sagittas, & attulit ad dominum suum:

39. & quid ageretur, penitùs ignorabat:

o nota, minores fratres parebant majoribus.

p q. d. adulteræ.

q i. dignus morte.

r i. contumelia affecisset.

s i. Davidē.

t i. tempus constitutum.

bat: tantummodò enim Jonathas & David rem noverant.

40. Dedit ergo Jonathas arma ſua puero, & dixit ei. Vade, & defer in civitatem.

41. Cumque abiiſſet puer, ſurrexit David de loco, qui vergebat ad Auſtrum, & cadens pronus in terram, adoravit tertiò *u*: & oſculantes ſe alterutrum, fleverunt pariter, David autem amplius.

u ter.

42. Dixit ergo Jonathas ad David: Vade in pace: quæcumque juravimus ambo *x* in nomine Domini, dicentes: Dominus ſit inter me & te, & inter ſemen meum & ſemen tuum uſq; in ſempiternum.

x Ellipſis eſt: ſubintellige, firma ſunt.

43. Et ſurrexit David: & abiit: ſed & Jonathas ingreſſus eſt civitatem.

Caput XXI.

I. Profugus David in Nobe, fame compulſus panes ſanctificatos comedit coram Doeg Idumæo; 1.
II. Goliathi gladium accipit, 8.
III. Apud Achis regem Geth dementiam præ timore ſimulat. 11.

1. VEnit *a* autem David in Nobe ad Achimelech ſacerdotē: & obſtupuit Achimelech *b*, eò quòd veniſſet David. Et dixit ei: Quare tu ſolus, & nullus eſt tecum?

2. Et ait David ad Achimelech ſacerdotem: Rex præcepit mihi ſermonem *c*, & dixit: Nemo ſciat rem, propter quam miſſus es à me, & cujuſmodi præcepta tibi dederim: nam & pueris condixi in illum & illum locum.

3. Nunc ergo ſi quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quidquid inveneris.

4. Et reſpondens ſacerdos ad David, ait illi: Non habeo laicos panes ad manum, ſed tantùm panem ſanctum: ſi mundi ſunt pueri, maximè à mulieribus?

5. Et reſpondit David ſacerdoti, & dixit ei: Equidem, ſi de mulieribus agitur: continuimus nos ab heri & nudiuſtertius, quando egrediebamur, & fuerunt vaſa *d* puerorum ſancta. Porrò via hæc polluta eſt *e*, ſed & ipſa hodie ſanctificabitur in vaſis.

6. *f* Dedit ergo ei ſacerdos ſanctificatum panem. Neque enim erat ibi panis, niſi tantùm panes propoſitionis, qui ſub-

a Eodem ann. 2944. *b* aderat & Abiathar filius ejus. *v. Marc.* 2. *c* i. rem ſeu negotium. *d* Corpora eorum ſancta ſunt, nimirum ea ſanctitate, quam ſacrificata requirunt in comedente. *e* Videtur polluta, quòd ad Philiſthiim tendamus, ſed ſanctificabitur in vaſis ſeu talibus perſonis, quæ bona intentione, imò coacti ad Philiſthinos tuendi ſe cauſa confugiunt. *f Matth.* 12. 3. & 4.

ſchahe: Dan Jonathas und David wuſten um die Sach allein.

40. Da gab Jonathas dem Knaben ſeine Waffen / und ſprach zu ihm: Gehe hin / und trage ſie in die Stadt.

41. Als nun der Knab hinweg gangen war / ſtund David auf von dem Ort / das ſich gegen Mittag ſtreckte / und fiel auf ſein Angeſicht zur Erden / und bettete dreymal an: und ſie kuſſeten ſich einander / und weineten zugleich / David aber am meiſten.

42. Und Jonathas ſprach zu David: Gehe hin im Frid: was wir beyd im Namen deß HErrn geſchworen haben / und geſagt: Der HErr ſey zwiſchen mir und dir / und zwiſchen meinem Saamen / und deinem Saamen biß in Ewigkeit.

43. Und David machte ſich auf / und gieng davon: ſo gieng Jonathas auch zu der Stadt hinein.

Das XXI. Capitel.

I. David in der Flucht / wird vom Achimelech mit dem geheiligten Brod geſpeiſt / 1.
II. Mit dem Schwerdt Goliaths bewaffnet / 8.
III. Fliehet zum König Achis / wird erkennt / und / der Gefahr zu entgehen / ſtellt ſich als unſinnig / 11.

1. DAvid aber kam gen Nobe zu Achimelech dem Prieſter: und Achimelech entſetzte ſich / daß David kommen war / und ſprach zu ihm: Warum kommſt du allein / und iſt niemand bey dir.

2. Und David ſprach zu Achimelech dem Prieſter: Der König hat mir ein Wort befohlen / und geſagt: Laß niemand die Sach wiſſen / darum du von mir außgeſandt biſt / und was ich dir für Befehl gegeben hab: ſo hab ich auch die Knecht auf diß und jenes Ort beſchiden.

3. Darum haſt du etwas bey der Hand / ein Brod oder fünff / das gib mir / oder was du findeſt.

4. Und der Prieſter antwortet dem David / und ſprach zu ihm. Ich hab kein gemein Brod bey der Hand / ſondern allein heilig Brod: ſeynd die Knaben auch rein: inſonderheit von Weibern?

5. David antwortet dem Prieſter und ſprach zu ihm: Zwar / was die Weiber angehet / haben wir uns von geſtern und vorgeſtern enthalten / da wir außzogen / und waren die Gefäß der Knaben heilig: aber diſer Weeg iſt unrein: doch wird er heut auch in den Gefäſſen geheiliget werden.

6. Alſo gab ihm der Prieſter das geheiligte Brod / dan es war ſonſt daſelbſt kein Brod ohn die Schaubrod allein / welche vor dem Angeſicht deß HErrn hin-

hinweg genommen waren damit warme Brod widerum dahin gelegt wurden.

7. Es war aber an demselbigen Tag ein Mann von den Knechten Saul allda inwendig in dem Tabernackel deß HErrn / ein Edomiter / mit Namen Doeg / der allmächtigst unter den Hirten Sauls.

II. 8. Und David sprach zu Achimelech: Hast du nit allhie einen Spieß / oder ein Schwerdt bey der Hand: dan ich hab mein Schwerdt und meine Waffen nit mit mir genommen / dan deß Königs Wort trang auf mich.

9. Und der Priester sprach: Sihe / es ist allhie das Schwerdt Goliaths deß Philisthers / den du im Terebinthen Thal erschlagen hast / und ist in ein Tuch gewicklet hinter dem Ephod. Wilst du das hinnehmen / so nimm es: dan ausser dem ist kein anders hie. Und David sprach: Es ist seines gleichen nit / gib mir es.

10. Also machte sich David auf / und flohe vor dem Angesicht Saul an demselbigen Tag. Und er kam zu Achis / dem König zu Geth.

III. 11. Und die Knecht Achis sprachen zu ihm / da sie David sahen: Ist das nit David / der König deß Lands. Sungen sie nit von ihm am Reyen / und sprachen: Saul schlug tausend / und David zehen tausend?

12. Aber David nam dieselbige Wort zu Hertzen / und furchte sich sehr vor dem Angesicht Achis / deß Königs zu Geth.

13. Und er verstellete seinen Mund vor ihnen / und fiel nider unter ihren Händen / und er stieß sich an die Porten deß Thors / und sein Speichel floß ihm herab in den Bart.

14. Und Achis sprach zu seinen Knechten: Ihr habt gesehen / daß der Mensch unsinnig war: warum habt ihr ihn zu mir herein geführet.

15. Haben wir dan Mangel an unsinnigen Leuten / daß ihr disē herein geführet habt / damit er in meiner Gegenwart wütete? sol diser in mein Hauß komen?

Das XXII. Capitel.

I. David fliehet in die Höhl Odollam / wohin sich die Betrangte zu ihm versammlen: und auß Antrib deß Propheten Gads begibt er sich wider in das Land Juda / 1.

II. Doeg verklagt den Priester-Achimelech bey Saul / 6.

III. Hierüber wird Achimelech und alle Priester zu Nobe / erwürgt / außgenommen Abiathar / welcher zu David fliehet / 11.

1. Also zoge David von dannen / und nam seine Flucht in die Höhl Odollam: da das seine Brüder hörten / und das gantze Hauß seines Vatters / kamen sie dahin zu ihm hinab.

lati fuerant à facie Domini, ut ponerentur panes calidi.

7. Erat autem ibi vir quidam de servis Saul, in die illa, intus in tabernaculo *g* Domini; & nomen ejus Doeg Idumæus *h*, potentissimus pastorum Saul.

g i. tentorio.
h sc. origine.

II. 8. Dixit autem David ad Achimelech: Si habes hîc ad manum hastam, aut gladium? quia gladium meum, & arma mea non tuli mecum: sermo *i* enim regis urgebat.

i i. mandatum.

9. Et dixit sacerdos: Ecce hic gladius Goliath Philisthæi, quem percussisti in Valle terebinthi *k*, est involutus pallio *l* post Ephod *m*: si istum vis tollere, tolle. Neque enim hîc est alius absque eo. Et ait David: Non est huic alter similis, da mihi eum.

k alii, quercûs.
l i. tegumento.
m sc. locum, ubi repositum est Ephod.

10. Surrexit itaque David, & fugit in die illa à facie Saul: & venit ad Achis regem Geth:

III. 11. dixeruntque servi Achis ad eum cùm vidissent David: Numquid non iste est David rex terræ *n*? nónne huic cantabant per choros, dicentes: *o* Percussit Saul mille, & David decem millia?

n sc. Judææ.
o *Sup.* 18. 7. *Eccli.* 47. 7.

12. Posuit autem David sermones istos in corde suo, & extimuit valdè à facie Achis regis Geth.

13. Et immutavit os *p* suum coram eis, & collabebatur *q* inter manus eorum, & impingebat in ostia portæ, defluebántque salivæ ejus in barbam.

p i. vultum & sermonem.
q Hebr. finxit se insanum.

14. Et ait Achis ad servos suos: Vidistis hominem insanum: quare adduxistis eum ad me?

15. An desunt nobis furiosi, quòd introduxistis istum, ut fureret me præsente? híccine ingredietur domum meam?

Caput XXII.

I. David cum plurimis ad se in speluncam Odollam susceptis, inde ad regem Moab proficiscitur, unde consilio Gad prophetæ in terram Juda revertitur. 1.

II. Doeg accusat sacerdotem Achimelech. 6.

III. Ergo Saul omnes sacerdotes Nobe, præter Abiathar qui ad David confugit, per eundem Doeg jussit interimi. 11.

1. Abiit ergo David inde, & fugit in speluncam Odollam. Quod cùm audissent fratres ejus, & omnis domus patris ejus descenderunt ad eum illuc.

Eodem anno 2944.

2. Et convenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo: & factus est eorum princeps, fueruntque cum eo quasi quadringenti viri.

3. Et profectus est David inde in Maspha, quæ est Moab: & dixit ad regem Moab: Maneat, oro, pater meus & mater mea vobiscum, donec sciam quid faciat mihi Deus.

4. Et reliquit *a* eos ante faciem regis Moab: manseruntq; apud eum cunctis diebus, quibus David fuit in præsidio *b*.

a i. ut illic manerent.
b sc. suorū militum vel arce.

5. Dixitque Gad propheta ad David: Noli manere in præsidio, proficiscere, & vade in Terram Juda. Et profectus est David, & venit in saltum Haret.

II. 6. Et audivit Saul quòd apparuisset David, & viri qui erant cum eo. Saul autem cùm maneret in Gabaa, & esset in nemore, quod est in Rama, hastam manu tenens, cunctique servi ejus circumstarent eum,

7. ait ad servos suos qui assistebant ei: Audite nunc filii Jemini *c*: numquid omnibus vobis dabit filius Isai agros & vineas, & universos vos faciet tribunos, & centuriones:

c i. de tribu Benjamin.

8. quoniam conjurastis omnes adversum me, & non est qui mihi renuntiet, maximè cùm & filius meus fœdus *d* inierit cum filio Isai? Non est qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annuntiet mihi: eò quòd suscitaverit filius meus servum meum adversum me, insidiantem mihi usque hodie.

d ex suspicione divinavit.

9. Respondens autem Doeg Idumæus, qui assistebat, & erat primus inter servos *e* Saul: Vidi, inquit, filium Isai in Nobe, apud Achimelech filium Achitob sacerdotem.

e 70. super mulos.

10. Qui consuluit pro eo Dominum, & cibaria dedit ei: sed & gladium Goliath Philisthæi dedit illi.

III. 11. Misit ergo rex ad accersendum Achimelech sacerdotem filium Achitob, & omnem domum patris ejus, sacerdotum, qui erant in Nobe, qui universi venerunt ad regem.

12. Et ait Saul ad Achimelech: Audi fili Achitob *f*. Qui respondit: Præstò sum domine.

f contumeliæ causa sic vocat, sicut supra Davidem filium Isai.

2. Und es versammleten sich zu ihm alle / die beängstiget / und mit Schulden beladen und betrübt von Hertzen waren: und er ward ihr Haubtmann / und waren bey ihm ungefähr vier hundert Mann.

3. Und David zoge von dannen gen Maspha / die im Land Moab ist / und sprach zu dem König in Moab: Ich bitte dich / laß doch meinen Vatter / und meine Mutter bey euch bleiben / biß ich wissen mag / was GOtt mit mir thun wird.

4. Und er ließ sie vor dem Angesicht deß Königs in Moab / und sie bliben bey ihm die gantze Zeit / daß David in der Vestung war.

5. Und der Prophet Gad sprach zu David: Bleibe nit in der Vestung: sondern gehe hin / und ziehe in das Land Juda / und David reisete fort / und kam in den Wald Haret.

II. 6. Und Saul hörte / daß David gesehen war / samt den Männern / die bey ihm waren. Als sich nun Saul zu Gabaa aufhielt / und in dem Wald war / der zu Rama ist / hatte er einen Spieß in der Hand / und alle seine Knecht stunden um ihn her:

7. Da sprach er zu seinen Knechten / die bey ihm stunden / höret jetzt ihr Kinder Jemini: Wird der Sohn Isai euch allen Aecker und Weinberg geben / und euch alle zu Haubtleuten und Befehlhabern machen:

8. Dieweil ihr euch alle wider mich zusammen verschworen habt / und keiner ist / der mir etwas zu erkennen gebe: insonderheit dieweil auch mein Sohn einen Bund mit dem Sohn Isai aufgerichtet hat? Es ist keiner unter euch / der Mitleyden mit mir hab / und mir etwas anzeige / darum / daß mein Sohn meinen Knecht wider mich erwecket hat / der mir nachstellet / biß auf den heutigen Tag.

9. Da antwortet Doeg / der Edomiter / der bey ihm stund / und der Vornehmste war unter den Knechten Saul / und sprach: Ich hab den Sohn Isai zu Nobe gesehen bey Achimelech / dem Sohn Achitob / dem Priester /

10. Der den HErrn für ihn fragete / und ihm Speiß gab. Er gab ihm auch das Schwerdt Goliath deß Philisthers.

III. 11. Da schickte der König hin / Achimelech / den Sohn Achitob / den Priester zu fordern / und das gantze Hauß seines Vatters / die Priester / welche zu Nobe waren: und sie kamen alle miteinander zum König.

12. Und Saul sprach zu Achimelech: Höre du Sohn Achitob: der antwortet: Hie bin ich / mein Herr.

13. Und Saul sprach zu ihm: Warum habt ihr euch wider mich zusammen verschworen / du und der Sohn Isai/ u. du hast ihm Brod gegeben/ und ein Schwerdt/ u. hast auch GOtt für ihn gerathfraget / damit er sich wider mich auflehnete/ d' mir beharrlich nachstellet/ biß auf den heutigē Tag?

14. Achimelech antwortet dem König / und sprach: Und wer ist unter allen deinen Knechten so getreu/ als David / der auch deß Königs Tochtermann ist/ und reiset auf deinen Befehl / und ist herrlich in deinem Hauß.

15. Hab ich dan heut erstlich angefangen / den HErrn für ihn Rath zu fragen? das sey weit von mir: der König hab keinen Argwohn wider seinen Knecht von solchem Ding / im gantzen Hauß meines Vatters: dan dein Knecht hat um disen Handel nichts gewust/ weder das Kleine / noch das Grosse.

16. Und der König sprach: Achimelech/ du solst deß Tods sterben/ du/ und das gantze Hauß deines Vatters.

17. Und der König sprach zu den Trabanten / die um ihn her stunden: Wendet euch / und erwürget die Priester deß HErrn: dan ihre Hand ist mit dem David: sie wusten / daß er flüchtig war / und habens mir nit kund gethan. Aber die Diener deß Königs wolten über die Priester deß HErrn ihre Händ nit außstrecken.

18. Da sprach der König zu Doeg: Wende du dich / und greiff die Priester an. Und Doeg / der Edomiter/ wendte sich/ und machte sich an die Priester/ und erwürgete an demselbigen Tag fünff und achtzig Männer die das leinen Ephod trugen.

19. Aber die Stadt der Priester Nobe schlug er mit der Schärpff deß Schwerdts/ Männer und Weiber/ kleine Kinder und Säugling / Ochsen und Esel/ u. Schaaf mit der Schärpf deß Schwerdts.

20. Es kam aber einer davon/ der Sohn Achimelechs deß Sohns Achitob/ deß Nam war Abiathar/ der flohe zu David:

21. Und brachte ihm die Zeitung / daß Saul die Priester deß HErrn getödtet hätte.

22. Und David sprach zu Abiathar: Ich wuste es wohl an dem Tag / da Doeg der Edomiter allda war/ daß der es ohn Zweiffel dem Saul anbringen würde: ich bin schuldig an allen Seelen deines Vatters.

23. Bleibe bey mir / förchte dir nit: wer meine Seel suchet/ der wird auch deine Seel suchen: du solst auch mit mir erhalten werden.

Das XXIII. Capitel.

I. David errettet Ceilam von Philisthern/ 1.

13. Dixítque ad eum Saul: Quare conjurastis adversum me, tu & filius Isai, & dedisti ei panes & gladium, & consuluisti pro eo Deum, ut consurgeret adversum me, insidiator usque hodie permanens?

14. Respondénsque Achimelech regi, ait: Et quis in omnibus servis tuis, sicut David fidelis, & gener regis, & pergens ad imperium tuum, & gloriosus in domo tua?

15. Num hodie cœpi pro eo consulere Deum? absit hoc à me: ne suspicetur rex adversus servum suum rem hujuscemodi, in universa domo patris mei: non enim scivit servus tuus quidquam super hoc negotio, vel modicum vel grande.

16. Dixítque rex: Morte morieris Achimelech, tu, & omnis domus patris tui.

17. Et ait rex emissariis *g*, qui circumstabant eum: Convertimini, & interficite sacerdotes Domini: nam manus eorum cum David est: scientes quòd fugisset, & non indicaverunt mihi. Noluerunt autem servi regis extendere manus suas in sacerdotes Domini.

g satellitibus.

18. Et ait rex ad Doeg: Convertere tu, & irrue in sacerdotes. Conversúsque Doeg Idumæus, irruit in sacerdotes, & trucidavit in die illa octoginta-quinque viros *h* vestitos Ephod lineo.

h sic pro Christo vero Davide cæduntur Martyres velut victimæ.

19. Nobe autem civitatem sacerdotum percussit in ore gladii, viros & mulieres, & parvulos, & lactentes, bovémque & asinum, & ovem in ore gladii.

20. Evadens autem unus filius Achimelech, filii Achitob, cujus nomen erat Abiathar, fugit ad David,

21. & annuntiavit ei quòd occidisset Saul sacerdotes Domini.

22. Et ait David ad Abiathar: Sciebam in die illa, quòd cùm ibi esset Doeg Idumæus, proculdubiò annuntiaret Sauli: ego sum reus omnium animarum patris tui.

23. Mane mecum, ne timeas: si quis quæsierit animam meam *i*, quæret & animam tuam, mecúmque servaberis.

i i. vitam meam.

CAPUT XXIII.

I. David Ceilam à Philisthæis liberat, 1.

II. Ne in manus Saul à viris Ceilæ traderetur, profugit in desertum Ziph. 7.

III. Proditur à Ziphæis: fœdere autem cum Jonatha renovato, ex manibus Saul eum persequentis propter Philisthæorum irruptionem liberatur. 19.

Anno M. 2945. Ant. Chr. 1059.

1. ET annuntiaverunt David, dicentes: Ecce Philisthiim oppugnant Ceilam *a*, & diripiunt areas.

a sc. urbem in tribu Juda.

2. Consuluit ergo David Dominum, dicens: Num vadam, & percutiam Philisthæos istos? Et ait Dominus ad David: Vade, & percuties Philisthæos, & Ceilam salvabis.

3. Et dixerunt viri, qui erant cum David, ad eum: Ecce nos hîc in Judæa consistentes timemus: quantò magis si ierimus in Ceilam adversum agmina Philisthinorum?

4. Rursum ergo David consuluit Dominum. Qui respondens, ait ei: Surge, & vade in Ceilam: ego enim tradam Philisthæos in manu tua.

5. Abiit ergo David, & viri ejus in Ceilam, & pugnavit adversum Philisthæos, & abegit jumenta *b* eorum, & percussit eos plagâ magnâ: & salvavit David habitatores Ceilæ.

b sc. pecora adducta pro alendo milite.

6. Porrò eo tempore, quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ad David in Ceilã, ephod secum habens descenderat.

II. 7. Nuntiatum est autem Sauli quòd venisset David in Ceilam: & ait Saul: Tradidit eum Deus in manus meas, conclususque est, introgressus urbem, in qua portæ & seræ *c* sunt.

c i. vectes.

8. Et præcepit Saul omni populo ut ad pugnam descenderet in Ceilam: & obsideret David, & viros ejus.

9. Quod cùm David resciisset quia præpararet ei Saul clam malum, dixit ad Abiathar sacerdotem: Applica *d* ephod.

d i. indue ut Dominum consulas.

10. Et ait David: Domine Deus Israel, audivit famam servus tuus, quòd disponat Saul venire in Ceilam, ut evertat urbem propter me:

11. Si tradent me viri Ceilæ in manus ejus? & si descendet Saul, sicut audivit servus tuus? Domine Deus Israel, indica servo tuo. Et ait Dominus: Descendet *e*.

e sc. si hîc manseris.

12. Dixitque David: Si tradent me

II. Erfragt vom HErrn / daß die Innwohner zu Ceila ihn würden übergeben / fliehet in die Wüst Ziph / daselbst ihne Jonatha tröstet/ 7.

III. Wird vom Saul umgeben/ aber wegen unversehenen Einfalls der Philisther wunderlich errettet/ 19.

1. UNd sie brachten dem David Zeitung/ und sprachen: Sihe/ die Philisther streiten wider Ceila / und plündern die Tennen.

2. Da rathfragte David den HERRN/ und sprach: Sol ich hinziehen / und dise Philisther schlagen? Und der HErr sprach zu David: Ziehe hin/ du wirst die Philisther schlagen / und Ceila erretten.

3. Aber die Männer/ welche bey David waren sprachen zu ihm: Sihe/ wir förchten uns allhie/ da wir im Land Juda seynd: wie vil mehr / wan wir gen Ceila wider das Heer der Philisther ziehen wurden.

4. Derwegen fragte David abermahl den HErrn: der antwortet/ und sprach zu ihm: Mache dich auf/ und ziehe gen Ceila: dan ich wil die Philisther in deine Hand übergeben.

5. Darauf zoge David mit seinen Männern gen Ceila / und stritte wider die Philisther/ und trib ihr Vieh hinweg / und schlug sie mit einer grossen Niderlag: also errettete David die Innwohner Ceila.

6. Aber zu der Zeit/ als Abiathar der Sohn Achimelech zu David gen Ceila flohe / hatte er das Ephod bey sich / da er hinab kam.

II. 7. Es ward aber dem Saul kund gethan/ daß David gen Ceila kommen wäre: und Saul sprach: GOtt hat ihn in meine Händ übergeben: er ist beschlossen / dieweil er zu einer Stadt hinein gezogen ist / daran Porten und Schlösser seynd.

8. Und Saul gebot allem Volck / daß sie zum Streit gen Ceila hinab ziehen/ und David mit seinen Männern belägern sollen.

9. Da solches nū David iñen ward/ daß Saul heimlich in Bereitschafft war/ ihm Böses zu thun/ sprach er zu Abiathar/ dem Priester: füge das Ephod herzu.

10. Und David sprach: HErr/ du GOtt Israel/ dein Knecht hat ein Geschrey gehöret / daß Saul sich rüsten sol/ gen Ceila zu kommen/ damit er um meinetwillen die Stadt zu Grund verwüste:

11. Werden mich auch die Männer zu Ceila in seine Händ überantworten? und wird Saul auch hinab kommen/ wie dein Knecht gehöret hat? HErr/ du GOtt Israel / gib das deinem Knecht zu erkennen. U. der HErr sprach: Er wird hinab kommen.

12. Und David sprach: Werden auch die Männer

ner zu Ceila mich / und die Männer / so bey mir seynd / in die Hand Saul übergeben ? und der HErr sprach : Sie werden euch übergeben.

13. Da machte sich David auf/u. seine Måñer/ ungefähr sechshundert/u.zogē auß Ceila/u.schwebten hin u.wider/fast unsicher.U es ward dem Saul kund gethan/ daß David von Ceila geflohen / und auß der Gefahr entgangen wäre: derwegen ließ ers unvermercket hingehen / und zoge nit auß.

14. Aber David hielt sich auf in der Wüste / an sehr vesten Orten / und blib auf dem Gebirg der Wüst Ziph / auf einem waldichten tuncklen Berg : gleichwohl suchte ihn Saul die gantze Zeit / aber GOtt übergab ihn nit in seine Hand.

15. Und David sahe / daß Saul außgezogen war / seine Seel zu suchen : David aber war in der Wüst Ziph im Wald.

16. Und Jonathas / der Sohn Saul / machte sich auf und zoge hin zu David in den Wald / und stärckete seine Hand in GOtt: und er sprach zu ihm:

17. Förchte dir nit: dan die Hand Saul meines Vatters wird dich nit finden / und du wirst herrschen über Jsrael/so wil ich der ander nach dir seyn: das weiß aber mein Vatter Saul auch wohl.

18. Also machten sie einen Bund miteinander vor dem HErrn: und David blib im Wald/Jonathas aber kehrete wider in sein Hauß.

III. 19. Aber die Ziphiter zohen hinauf zu Saul gen Gabaa / und sprachen : Sihe / hält sich nit David bey uns verborgen an sehr vesten Orten im Wald / auf dem Bühel Hachila / der zur Rechten ligt an der Wüst ?

20. Darum / so komm jetzt hinab / wie dein Seel begehret hat hinab zu kommen : uns aber wird gebühren / ihn in deß Königs Händ zu übergeben.

21. Da sprach Saul : Gesegnet seyd ihr vom HErrn daß ihr Mitleyden mit mir getragen habt.

22. So bitte ich nun / ihr wollet hingehen/u.die Vorbereitung mit sonderm Fleiß machē/ habt auch ein scharpff Aufmercken/u.nehmet acht auf das Ort/ wo sein Fuß sey/u.wer ihn da gesehē hab/dan er hat v̄ mir das Nachdenckē/daß ich ihm mit List nachstelle

23. Verspehet und besichtiget alle seine Schlupffwinckel/darinn er sich versteckt: und kommet widerum zu mir/ wan ihr der Sachen gewiß seyd : auf daß ich mit euch ziehe. Und wan er sich auch in die Erd verkriechen solte/ so wil ich ihm doch nachforschen/ in allen Tausenden Juda.

24. Sie aber machten sich auf / und giengen gen Ziph vor Saul hin. Aber David und seine Männer waren in der Wüste Maon/im flachen Feld auf der Seiten Jesimon.

viri Ceilæ , & viros qui sunt mecum, in manus Saul ? Et dixit Dominus : Tradent *f*.

13. Surrexit ergo David & viri ejus quasi sexcenti, & egressi de Ceila, huc atque illuc vagabantur incerti : nuntiatúmque est Sauli quòd fugisset David de Ceila, & salvatus esset : quam ob rem dissimulavit exire.

14. Morabatur autem David in deserto in locis firmissimis *g* mansitq; in monte solitudinis Ziph, in monte opaco : quærebat eum tamen Saul cunctis diebus : & non tradidit eum Deus in manus ejus.

15. Et vidit David quòd egressus esset Saul ut quæreret animam ejus. Porrò David erat in deserto Ziph in silva.

16. Et surrexit Jonathas filius Saul, & abiit ad David in silvam, & confortavit manus ejus in Deo *h* dixítque ei :

17. Ne timeas : neque enim inveniet te manus Saul patris mei, & tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus, sed & Saul pater meus scit hoc.

18. Percussit ergo uterque fœdus corā Domino : mansitque David in silva : Jonathas autem reversus est in domū suam.

III. 19. *i* Ascenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes : Nónne ecce David latitat apud nos in locis tutissimis silvæ, in Colle Hachila, quæ est ad dexteram deserti ?

20. Nunc ergo, sicut desideravit anima tua ut descenderes, descende : nostrum autem erit ut tradamus eum in manus regis.

21. Dixítque Saul : Benedicti vos à Domino, quia doluistis vicem meam.

22. Abite ergo, oro, & diligentiùs præparate & curiosiùs agite, & considerate locum ubi sit pes ejus, vel quis viderit eum ibi : recogitat enim de me, quòd callidè insidier ei.

23. Considerate & videte omnia latibula ejus, in quibus absconditur : & revertimini ad me ad rem certam *k*, ut vadam vobiscum. Quòd si etiam in terram se abstruserit, perscrutabor eum in cunctis millibus *l* Juda.

24. At illi surgentes abierunt in Ziph ante Saul : David autem & viri ejus erant in deserto Maon, in campestribus, ad dexteram Jesimon.

25. Ivit

f supple nisi inde excesseris.

g i. munitissimis.

h jussit bono animo esse ob Dei favorem.

i Infr. 26. 1

k i. re bene comperta.

l cum omnibus copiis.

25. Ivit ergo Saul & socii ejus ad quærendum eum: & nuntiatum est David, statimque descendit ad petram, & versabatur in deserto Maon. Quod cùm audisset Saul, persecutus est David in deserto Maon.

26. Et ibat Saul ad latus montis ex parte una: David autem & viri ejus erant in latere montis ex parte altera: porrò David desperabat se posse evadere à facie Saul: itaque Saul & viri ejus, in modum coronæ cingebant David & viros ejus, ut caperent eos.

27. Et nuntius venit ad Saul, dicens: Festina, & veni, quoniam infuderunt se Philisthiim super terram *m*.

m Israel ut omnia populentur.

28. Reversus est ergo Saul desistens persequi David, & perrexit in occursum Philisthinorum. Propter hoc vocaverunt locum illum, Petram dividentem.

25. Also zogen Saul und seine Gesellen hin ihn zu suchen. Und es ward dem David kund gethan/ der alsbald hinab zoge zu dem Felsen/ und hielt sich in der Wüst Maon. Als das Saul hörete/ verfolgete er David in der Wüst Maon.

26. Und Saul zoge auf der einen Seiten deß Bergs: David aber/ und seine Männer waren auf der andern Seiten deß Bergs: und David gab verloren *a*/ daß er von dem Angesicht Saul solte entfliehen können. Derwegen umzohen Saul und seine Männer den David mit seinen Männern/ u. gaben sich rings um sie/ wie ein Kron/ sie zu fangen.

27. Da kam ein Bott zu Saul/ und sprach: Eile und komm geschwind: dan die Philisther seynd ins Land gefallen.

28. Also kehrete Saul wider um/ und hörete auf den David zu verfolgen/ und zoge fort/ den Philisthern entgegen/ darum nennten sie das Ort den scheidenden Felsen.

Caput XXIV.

I. David in spelunca Engaddi latitans, oram chlamydis Saul persequentis abscindens prohibet ne occideretur: 1.

II. Ostensa chlamydis ora suam illi declarat innocentiam 9.

III. Saul culpam agnoscit, & sciens David regnaturum, suscepto ab ipso juramento ei reconciliatur. 17.

Anno M. 2946. Ant. Chr. 1058.

1. Ascendit ergo David inde: & habitavit in locis tutissimis Engaddi.

2. Cumque reversus esset Saul postquam persecutus est Philisthæos: nuntiaverunt ei, dicentes: Ecce, David in deserto est Engaddi.

3. Assumens ergo Saul tria millia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad investigandum David & viros ejus, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus *a* perviæ sunt.

a capris sylvestribus.

4. Et venit ad caulas ovium *b*, quæ se offerebant vianti. Erátque ibi spelunca, quam ingressus est Saul, ut purgaret ventrem: porrò David & viri ejus in interiore parte speluncæ latebant.

b Videntur caulæ istæ fuisse speluncæ, in quas pastores turbida tempestate sua pecora cogebant.

5. Et dixerunt servi David ad eum: Ecce dies, de qua locutus est Dominus ad te: Ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo David, & præcidit oram chlamydis Saul silenter.

Das XXIV. Capitel.

I. David fliehet in die Wüst Engaddi/ wird vom Saul verfolgt/ dem er in der Höhl ein Stuck von seinem Rock abschneidet/ 1.

II. Zeiget das Stuck vom Rock/ und bezeugt seine Unschuld vor Saul/ 9.

III. Saul bekennt seinen Unfug/ und daß David nach ihm werde herrschen; beeydigt ihn/ daß er seinen Saamen nit wolle vertilgen/ 17.

1. David aber zoge von dannen hinauf/ und hielt sich an sehr verwahrten Orten zu Engaddi:

2. Als nun Saul widerum kommen war/ nachdem er die Philisther verfolget hatte/ verkündigten sie ihm/ und sprachen: Sihe/ David ist in der Wüst Engaddi/

3. Da nam Saul dreytausend außerlesene Mañ auß gantz Israel/ und zoge hin/ dem David/ und seinen Männern nachzuforschen/ auch auf den allergehisten Felsen/ welche den Gemsen allein gangbar seynd.

4. Und er kam an die Schaafshütten/ darauf ihn der Weeg führete: daselbst war eine Höl/ und Saul gieng hinein/ seinen Bauch zu reinigen. David aber/ und seine Männer waren im hintersten Theil der Höhl verborgen.

5. Und die Knecht Davids sprachen zu ihm: Sihe/ diß ist der Tag/ davon der HErr zu dir gesagt hat: Ich wil dir deinen Feind übergeben/ daß du ihm thuest/ wie es dir in deinen Augen gefällt. Da machte sich David auf/ und schnitte stillschweigend ein Stuck von dem Mantel Saul.

a verzweifflete

6. Darnach schlug den David sein Hertz / darumb / daß er das Stuck vom Mantel Saul abgeschnitten hatte.

7. Und er sprach zu seinen Männern: Der HErr sey mir gnädig / daß ich meinem Herrn dem Gesalbten deß HErrn solches nit thue / daß ich meine Hand über ihn außstrecken solt: dan er ist der Gesalbte deß HErrn.

8. Und David brach seine Männer mit Worten / und ließ ihnen nit zu / daß sie wider Saul aufstunden: aber Saul stund auf / und gieng auß der Höl seines angefangenen Weegs.

II. 9. Da machte sich auch David auf hinter ihm her / und trat auß der Höhl / und rieff dem Saul auf dem Rucken nach / und sprach: Mein Herr König. Da sahe Saul hinter sich: und David neigete sich mit dem Angesicht zur Erden / und bettete an /

10. Und sprach zu Saul: Warum hörest du die Wort der Leut / die sagen: David suchet dir Böses zu thun?

11. Sihe / es haben heut deine Augen gesehen / daß dich der HErr in der Höl in meine Hand übergeben hat: und ich hab wohl gedacht dich zutödten / aber mein Aug hat deiner geschonet: dan ich sprach: Ich wil meine Hand wider meinen HErrn nit außstrecken / dan er ist ein Gesalbter deß HErrn.

12. Und nun mein Vatter / sihe doch / und erkenne das Stuck von deinem Mantel in meiner Hand: dan als ich das äusserst von deinē Mantel abschnitte da hab ich meine Hand wider dich nit außstrecken wollen. Mercke doch / und sihe / daß nichts Böses / noch einige Ungerechtigkeit in meiner Hand ist: so hab ich auch nichts wider dich gesündiget: und du trachtest mit List nach meiner Seel / daß du sie hinweg nehmest.

13. Der HErr sey Richter zwischen mir und dir: und der HErr räche mich an dir / aber meine Hand sol sich an dich nit legen.

14. Wie man auch sagt im alten Sprichwort: Gottloß Weesen wird vō den Gottlosen außgehen: derwegen sol sich meine Hand an dich nit legen.

15. Wen verfolgest du doch / O König in Israel / wen verfolgest du? Einen todten Hund / und einen Floh verfolgest du.

16. Der HErr sey Richter / und urtheile zwischen mir und dir: Er sehe darein / und richte meine Sach / und rette mich auß deiner Hand.

III. 17. Da nun David solche Red zu Saul vollendet hatte / sprach Saul: Ist das nit deine Stimm / mein Sohn David? Und

6. Post hæc percussit cor suum David, eo quòd abscidisset oram chlamydis Saul.

7. Dixítque ad viros suos: Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem domino meo, Christo Domini, ut mittam manum meam in eum, quia Christus Domini est.

8. Et confregit David viros suos sermonibus *c*, & non permisit eos ut consurgerent in Saul: porrò Saul exurgens de spelunca, pergebat cœpto itinere.

II. 9. Surrexit autem & David post eum: & egressus de spelunca, clamavit post tergum Saul, dicens: Domine mi rex. Et respexit Saul post se: & inclinans se David pronus in terram, adoravit,

10. dixítque ad Saul: Quare audis verba hominum loquentium: David quærit malum adversum te?

11. Ecce hodie viderunt oculi tui, quòd tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca: & cogitavi ut occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus. Dixi enim: Non extendam manum meam in dominum meum, quia Christus Domini est.

12. Quin potiùs pater mi, vide, & cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea: quoniam cùm præscinderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te. Animadverte, & vide, quoniam non est in manu mea malum, neque iniquitas, neque peccavi in te: tu autem insidiaris animæ meæ ut auferas eam.

13. Judicet Dominus inter me & te, & ulciscatur *d* me Dominus ex te: manus autem mea non sit in te.

14. Sicut & in proverbio antiquo dicitur: AB IMPIIS egredietur impietas: manus ergo mea non sit in te.

1. CUmque *a* venissent David & viri ejus in Siceleg die tertiâ, Amalecitæ impetum fecerant ex parte australi in Siceleg, & percusserant Siceleg, & succenderant eam igni.

2. Et captivas duxerant mulieres ex ea, à minimo usque ad magnum: & non interfecerant quemquam, sed secum duxerant, & pergebant itinere suo.

3. Cùm ergo venissent David & viri ejus ad civitatem, & invenissent eam succensam igni, & uxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captivas,

4. levaverunt David & populus qui erat cum eo voces suas, & planxerunt donec deficerent in eis lacrymæ *b*.

5. Siquidem & duæ uxores David captivæ ductæ fuerant, Achinoam Jezrahelites, & Abigail uxor Nabal Carmeli.

6. Et contristatus *c* est David valdè: volebat enim eum populus lapidare, quia amara erat *d* anima uniuscujusque viri super filiis suis, & filiabus: confortatus est autem David in Domino Deo suo.

II. 7. Et ait ad Abiathar sacerdotem filium

g 2. Reg. 14. 17. & 20. Item 19. 27.
h Hebr. manè Chald. sub aurora.
i diluculò.
a 1. Par. 12. 20. Eodem anno 2949.
b 70. robur ad plorandum.
c Hebr. angustiatus.
d exacerbata.

> e i. indue sc. ad consulendum Deum.

lium Achimelech: Applica *e* ad me Ephod. Et applicavit Abiathar ephod ad David,

8. & consuluit David Dominum dicens: Persequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an non? Dixitque ei Dominus: Persequere: absque dubio enim comprehendes eos, & excuties *f* prædam.

> f i. recuperabis.

9. Abiit ergo David ipse, & sexcenti viri qui erant cum eo, & venerunt usque ad Torrentem Besor: & lassi quidam substiterunt.

10. Persecutus est autem David ipse, & quadringenti viri: substiterant enim ducenti, qui lassi transire non poterant Torrentem Besor.

11. Et invenerunt virum Ægyptium in agro, & adduxerunt eum ad David: dederuntque ei panem ut comederet, & biberet aquam,

> g i. frustũ.

12. sed & fragmen *g* massæ caricarum, & duas ligaturas uvæ passæ. Quæ cùm comedisset, reversus est spiritus ejus, & refocillatus est: non enim comederat panem, neque biberat aquam, tribus diebus & tribus noctibus.

13. Dixit itaque ei David: Cujus es tu? vel unde? & quò pergis? Qui ait: Puer Ægyptius ego sum, servus viri Amalecitæ: dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertius.

> h 70. irruimus.

14. Siquidem nos erupimus *h* ad australem plagam Cerethi, & contra Judam, & ad Meridiem Caleb, & Siceleg succendimus igni.

> i Chald. exercitum.

15. Dixitque ei David: Potes me ducere ad cuneum *i* istum? Qui ait: Jura mihi per Deum, quòd non occidas me, & non tradas me in manus domini mei, & ego ducam te ad cuneum istum. Et juravit ei David.

16. Qui cùm duxisset eum, ecce illi discumbebant super faciem universæ terræ, comedentes & bibentes, & quasi festum celebrantes diem, pro cuncta præda, & spoliis quæ ceperant de Terra Philisthiim, & de Terra Juda.

17. Et percussit eos David à vespere usque ad vesperam alterius diei, & non evasit ex eis quisquam, nisi quadringenti viri adolescentes, qui ascenderant camelos, & fugerant.

Sohn Achimelech: Füge mir das Ephod herzu: und Abiathar fügete das Ephod zu David.

8. Und David rathfragte den HErrn/ und sprach: Sol ich dise Rauber verfolgen/ und werde ich sie ergreiffen/ oder nit? Und der HErr sprach zu ihm: Verfolge sie: dan du wirst sie ungezweifelt ergreiffen/ und ihnen den Raub abjagen.

9. Also zoge David selbst hin/ und die sechshundert Mann die bey ihm waren/ und kamen biß an den Bach Besor: und etliche/ die müd waren bliben allda stehen.

10. Aber David selbst/ und vierhundert Mann jageten ihnen nach: dan zweyhundert bliben zuruck/ welche über den Bach Besor nit ziehen kunten/ weil sie müd waren.

11. Und sie funden einen Egyptischen Mann auf dem Feld/ den führeten sie zu David/ und gaben ihm Brod zu essen/ und Wasser zu trincken/

12. Auch einen abgebrochenen Theil Feigen/ und zwey Bündlein Rosinen. Da er nun gessen hatte/ kam sein Geist widerum/ und er ward erquicket: dan er hatte in dreyen Tagen/ und in dreyen Nächten/ weder Brod gessen/ noch Wasser getruncken.

13. Und David sprach zu ihm: Wem gehörest du zu? oder/ von wannen bist du? und wohin geht deine Reiß? Er sprach: Ich bin ein Knab auß Egypten/ eines Amalecitischen Manns Knecht: und mein Herr hat mich verlassen/ dieweil ich vorgestern anfieng kranck zu werden.

14. Dan wir seynd außgefallen gegen Mittag Cerethi/ und gegen Juda/ und auf der Seiten Caleb gegen Mittag/ und haben Siceleg mit Feur verbrandt.

15. Und David sprach zu ihm: Kanst du mich zu dem Hauffen wol führen? Er sprach: Schwöre mir bey GOtt/ daß du mich nit tödten wollest/ noch in die Händ meines Herrn übergeben/ so wil ich dich zu disem Hauffen führen. Und David schwur ihm.

16. Als er ihn nun dahin führete/ sihe/ da sassen sie auf dem gantzen flachen Erdboden/ und assen/ und truncken/ als wan sie einen Festtag hielten/ wegen deß gantzen Raubs/ und der Beut/ die sie auß dem Land der Philisther/ und auß dem Land Juda genommen hatten.

17. Und David schlug sie vom Abend an/ biß auf den Abend deß folgenden Tags/ es kam auch keiner auß ihnen davon/ außgenommen vierhundert junge Männer/ welche sich auf die Cameelen setzten/ und entrunnen.

18. Also errettete David alles / was die Amaleciter genommen hatten / auch errettete er seine beyde Weiber.

19. Und es mangelte nichts vom Kleinen biß zum Grossen / so wohl an den Söhnen / als an den Töchtern / auch an der Beut / und brachte David alles widerum zuruck / was sie geraubt hatten.

20. Und er nam alle Heerden von kleinem und grossem Vieh / und tribe sie vor sich her: und sie sagten: Diß ist Davids Beut.

III. 21. David aber kam zu den zweyhundert Männern / die müd gewesen / und zuruck bliben waren / und hatten dem David nit folgen können / denen er auch befohlen hatte / am Bach Besor zu bleiben. Dise zohen herauß dem David entgegen / und dem Volck / das bey ihm war. Als nun David zu dem Volck kam / grüssete er sie fridlich.

22. Aber alle sehr arge und boßhafftige Männer unter denen / welche mit David gezogen waren / antworteten u. sprachẽ: Dieweil sie nit mit uns gezogen seynd / so wollen wir ihnen auch nichts v' dem Raub geben / den wir errettet haben: sondern ein jeglicher sol sich begnügen lassen an seinem Weib u. Kindern: wan sie die bekommen haben / so sollen sie abweichen.

23. David aber sprach: Meine Brüder / ihr sollet nit also thun mit dem / das uns der HErr geben hat / und hat uns behütet / hat auch die Rauber / so wider uns außgefallen waren / in unsere Händ übergeben.

24. Es wird euch auch niemand hören in diser Red: dan wer zum Streit ziehet / u. wer beym Troß bleibet / deren einer sol so vil haben / als der ander / und sollen gleich theilen.

25. Es ist auch von dem Tag an also gehalten worden und ist hinführo verordnet und beschlossen / auch wie ein Gesatz in Israel bliben / biß auf den heutigen Tag.

26. Also kam David gen Siceleg / und sandte von dem Raub Gaaben den Aeltesten in Juda / seinen Nächsten / und sprach: Nehmet den Seegen an von dem Raub der Feinden deß HErrn /

27. Nemlich / denen zu Bethel / und denen zu Ramoth / gegen Mittag / und denen zu Jether /

28. Und denen zu Aroer / und denen zu Sephamoth / und denen zu Esthamo /

29. Und denen zu Rachal / u. denen in den Städten Jerameel / und denen in den Städten Ceni /

30. Und denen zu Arama / und denen am See Asan / und denen zu Athach /

31. Und denen zu Hebron / und andern / welche an den Oertern wohnen / da David selbst / und seine Männer gewohnet hatten.

18. Eruit ergo David omnia quæ tulerant Amalecitæ, & duas uxores suas eruit.

19. Nec defuit quidquam à parvo usque ad magnum, tam de filiis quàm de filiabus, & de spoliis, & quæcumque rapuerant, omnia reduxit David.

20. Et tulit universos greges & armenta, & minavit ante faciem suam: dixerúntque: Hæc est præda David. *k*

III. 21. Venit autem David ad ducentos viros, qui lassi substiterant, nec sequi potuerant David, & residere eos jusserat in Torrente Besor: qui egressi sunt obviam David & populo qui erat cum eo. Accedens autem David ad populum, salutavit eos pacificè.

22. Respondénsque omnis vir pessimus & iniquus, de viris qui erant cum David, dixit: Quia non venerunt nobiscum, non dabimus eis quidquam de præda, quam eruimus: sed sufficiat unicuique uxor sua & filii: quos cùm acceperint, recedant.

23. Dixit autem David: Non sic facietis fratres mei, de his quæ tradidit nobis Dominus, & custodivit nos, & dedit latrunculos, qui eruperant adversum nos, in manus nostras:

24. Nec audiet vos quisquam super sermone hoc: æqua enim pars erit descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, & similiter divident.

25. Et factum est hoc ex die illa, & deinceps constitutum & præfinitum, & quasi lex in Israel usque in diem hanc.

26. Venit ergo David in Siceleg, & misit dona de præda senioribus Juda proximis suis *l*, dicens: Accipite benedictionem *m* de præda hostium Domini:

27. His qui erant in Bethel, & qui in Ramoth ad Meridiem, & qui in Jether,

28. & qui in Aroer; & qui in Sephamoth, & qui in Esthamo,

29. & qui in Rachal, & qui in urbibus Jerameel, & qui in urbibus Ceni,

30. & qui in Arama *n*, & qui in lacu Asan, & qui in Athach,

31. & qui in Hebron, & reliquis qui erant in his locis, in quibus commoratus fuerat David ipse, & viri ejus.

k Est intercalaris versiculus in epinicio quod Davidi victori canebant.

l i. amicis & sodalibus.

m i. munus.

n Hebr. Chorma.

Caput XXXI.

I. Saul cum filiis in pugna occumbit. 1.

II. Corpus ejus truncato capite in muro Bethsan suspenditur, arma verò in templo Astaroth: 8.

III. Viri Jabes, ablatis Saul ac filiorum ejus corporibus, juxtà Jabes ea sepeliunt. 11.

Eodem anno 2949.

1. PHilisthiim autem pugnabant adversum Israel: & fugerunt viri Israel ante faciem Philisthiim, & ceciderunt interfecti in monte Gelboë. *a*

2. *b* Irrueruntque Philisthiim in Saul, & in filios ejus, & percusserunt Jonathan, & Abinadab & Melchisua, filios Saul,

3. totumque pondus prælii versum est in Saul: & consecuti sunt eum viri sagittarii, & vulneratus est vehementer à sagittariis.

4. *c* Dixitque Saul ad armigerum suum: Evagina gladium tuum, & percute me: ne fortè veniant incircumcisi isti, & interficiant me, illudentes mihi. Et noluit armiger ejus: fuerat enim nimio terrore perterritus. Arripuit itaque Saul gladium, & irruit super eum.

5. Quod cùm vidisset armiger ejus, videlicet quòd mortuus esset Saul, irruit etiam ipse super gladiũ suũ, & mortuus est cũ eo.

6. Mortuus est ergo Saul *d*, & tres filii ejus, & armiger illius, & universi viri *e* ejus in die illa pariter.

7. Videntes autem viri Israel, qui erant trans vallem, & trans Jordanem, quòd fugissent viri Israelitæ, & quòd mortuus esset Saul, & filii ejus, reliquerunt civitates suas, & fugerunt: veneruntque Philisthiim, & habitaverunt ibi.

II. 8. Factâ autem die alterâ, venerunt Philisthiim, ut spoliarent interfectos, & invenerunt Saul & tres filios ejus jacentes in monte Gelboë.

9. Et præciderunt caput Saul, & spoliaverunt eum armis: & miserunt in Terram Philisthinorum per circuitum, ut annunciaretur *f* in templo idolorum *g* & in populis.

10. Et posuerunt arma ejus in templo Astaroth, corpus verò ejus suspenderunt in muro Bethsan.

a qui est in campo magno Esdrelon distans à Thabor duo milliaria.

b 1. Par. 10. 3.

c 1. Par. 10. 4.

d Duobus annis post obitum Samuelis; notat & Clemens Alexandr.

e Domestici & familiares.

f sc. victoria.

g Ad exhilarandum & excitandum populum ut deos suos laudarent de subacto rege Israelitarum.

Das XXXI. Capitel.

I. Israel wird von den Philisthern geschlagen / Sauls drey Söhn werden erschlagen / Saul selbst fallt in sein eigen Schwerdt / und ersticht sich / 1.

II. Ihre Leiber werden zu Bethsan auf der Maur aufgehenckt / 8.

III. Von den Innwohnern zu Jabes Galaad abgenommen / und begraben. 11.

1. ABer die Philisther stritten wider Israel: und die Männer Israel flohen vor dem Angesicht der Philisther: und wurden erlegt / und erschlagen auf dem Berg Gelboe.

2. Und die Philisther trungen starck auf den Saul / und auf seine Söhn / und erschlugen Jonathan / und Abinadab / und Melchisua / die Söhn Saul /

3. Und der gantze Last deß Streits wandte sich auf den Saul: und die Schützen traffen ihn an / und er ward von den Schützen sehr verwundet.

4. Da sprach Saul zu seinem Waffentrager: Ziehe dein Schwerdt auß / und erschlage mich: damit nit etwan dise unbeschnittene kommen und mich erwürgen / und ihren Spott mit mir treiben. Aber sein Waffentrager wolte nit: dan er war über die Maaß erschrocken. Da nam Saul sein Schwerdt / und fiel darein.

5. Als nun sein Waffentrager das sahe / nemlich das Saul tod war / fiel er auch in sein Schwerdt / und starb mit ihm.

6. Also starb Saul / und seine drey Söhn / und sein Waffentrager / und alle seine Männer zugleich an demselben Tag.

7. Aber die Männer Israel / welche über dem Thal / und jenseit deß Jordans waren / da sie sahen / daß die Israeliten geflohen waren / daß auch Saul mit seinen Söhnen tod war / verliessen sie ihre Stãdt / und nahmen die Flucht / und die Philisther kamen / und wohneten darinnen.

II. 8. Als aber der ander Tag aufgangen war / kamen die Philisther / die Erschlagene zu plündern / und funden Saul mit seinen dreyen Söhnen auf dem Berg Gelboe ligen.

9. Und sie hieben dem Saul das Haubt ab / und zohen ihm seine Rüstung auß / und sandten sie in der Philisther Land rings herum / damit es im Tempel der Abgötter / und unter den Leuten außgekündiget wurde.

10. Und sie legten seine Waffen in den Tempel Astaroth: aber seinen Leichnam hiengen sie auf die Mauer zu Bethsan.

III. 11. Da nun die Innwohner zu Jabes Galaad alles höreten / was die Philisther dem Saul gethan hatten /

12. Machten sich auf alle tapffere Männer daselbst / und giengen die gantze Nacht / und namen den Leichnam Saul und die Leichnam seiner Söhn von der Mauren zu Bethsan: und kamen gen Jabes Galaad / und verbrandten sie daselbst.

13. Und namen ihre Gebein / und begruben sie im Wald zu Jabes / und fasteten siben Tag lang.

III. 11. *b* Quod cùm audissent habitatores Jabes Galaad, quæcumque fecerant Philisthiim Saul,

12. surrexerunt omnes viri fortissimi, & ambulaverunt totâ nocte, & tulerunt cadaver Saul, & cadavera filiorum ejus, de muro Bethsan: veneruntque Jabes Galaad, & combusserunt *i* ea ibi:

13. Et tulerunt ossa eorum, & sepelierunt in nemore Jabes, & jejunaverunt *k* septem diebus.

b 2. Reg. 2. 4.
i sc. jam putrida & plena vermibus. *Sà.*
k sc. pro animabus.

Das ander Buch Samuelis /

Welches wir Das andere Buch der Königen nennen.

Das I. Capitel.

I. David befihlt den Amaleciter / so fürgeben / er hab Saul umgebracht / zu tödten / 1.
II. Beweinet mit dem Volck Sauls / Jonathä / und der andern Tod / 17.

UNd es begab sich / nachdem Saul tod bliben war / daß David widerum kam von der Niderlag Amalec / und zu Siceleg zwey Tag sich aufhielt.

2. Aber am dritten Tag ließ sich ein Mensch sehen / der auß dem Lager Saul kam / mit zerrissenen Kleydern / und sein Haubt war mit Staub bestreuet: und als er zu David kam / fiel er auf sein Angesicht / und bettete an.

3. Und David sprach zu ihm: Von wannen kommest du? Und er sprach zu ihm: Ich bin auß dem Heerlager Israel entflohen.

4. David sprach zu ihm: Sage mir / was ists / das sich zugetragen hat? Er sprach: Das Volck hat auß dem Streit die Flucht genommen / und vil vom Volck seynd erlegt / und tod bliben: auch ist Saul und Jonathas sein Sohn umkommen.

5. Und David sprach zu dem Jüngling / der ihm die Bottschafft bracht: Woher weist du / daß Saul tod bliben ist / und sein Sohn Jonathas?

6. Da sprach der Jüngling / der ihm die Bottschafft brachte: Ich kam ungefähr auf den Berg Gelboe / und Saul lehnete sich auf seinen Spieß. Aber die Wägen und Reuter trungen auf ihn an.

LIBER SECUNDUS SAMUELIS,

QUEM NOS SECUNDUM REGUM DICIMUS.

CAPUT I.

I. David occiso nuntio, qui se Saulem occidisse jactabat, 1.
II. Scissis vestibus deflet eum cum cæteris occisis, jejunans ac præcipiens ut filios Juda docerent arcum. 17.

FActum est autem, postquam mortuus est Saul, ut David reverteretur à cæde Amalec, & maneret in Siceleg duos dies.

2. In die autem tertia, apparuit homo veniens de castris Saul veste conscissâ, & pulvere conspersus caput: & ut venit ad David, cecidit super faciem suam, & adoravit.

3. Dixitque ad eum David: Unde venis? Qui ait ad eum: De castris Israel fugi.

4. Et dixit ad eum David: Quod est verbum quod factum est? indica mihi. Qui ait: Fugit populus ex prælio, & multi corruentes è populo mortui sunt: sed & Saul & Jonathas filius ejus interierunt.

5. Dixitque David ad adolescentem, qui nuntiabat ei: Unde scis quia mortuus est Saul, & Jonathas filius ejus?

6. Et ait adolescens, qui nuntiabat ei: Casu veni in montem Gelboë, & Saul incumbebat *a* super hastam suam: porrò currus & equites *b* appropinquabant ei,

Anno M. 2949. Ant. Chr. 1055. Ætatis David ann. 30. *Infr.* 5. 4.

a i. iñitebatur.
b i. persequentes eum.

7. & conversus post tergum suum, vidensque me vocavit. Cui cùm respondissem: Adsum:

8. dixit mihi: Quisnam es tu? Et aio ad eum: Amalecites ego sum.

9. Et locutus est mihi: Sta super me, & interfice me: quoniam tenent me angustiæ, & adhuc tota anima mea in me est.

10. Stánsque super eum, occidi *c* illum: sciebam enim quòd vivere non poterat post ruinam: & tuli diadema quod erat in capite ejus, & armillam de brachio illius, & attuli ad te dominum meum huc.

11. Apprehendens autem David vestimenta sua scidit, omnésque viri qui erant cum eo,

12. & planxerunt, & fleverunt, & jejunaverunt usque ad vesperam, super Saul, & super Jonathan filium ejus, & super populum Domini, & super domum Israel, eò quòd corruissent gladio.

13. Dixítque David ad juvenem qui nuntiaverat ei: Unde es tu? Qui respondit: Filius hominis advenæ *d* Amalecitæ ego sum.

14. Et ait ad eum David: *e* Quare non timuisti mittere manum tuam ut occideres Christum Domini?

15. Vocánsque David unum de pueris suis, ait: Accedens irrue in eum. Qui percussit illum, & mortuus est.

16. Et ait ad eum David: Sanguis tuus super caput tuum *f*: os enim tuum locutum est adversum te, dicens: Ego interfeci Christum Domini.

II. 17. Planxit autem David planctum hujuscemodi super Saul, & super Jonathan filium ejus,

18. (& præcepit ut docerent filios Juda arcum *g*, sicut scriptum est in Libro justorum.) Et ait: Considera Israel, pro his qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati.

19. Inclyti, Israel, super montes tuos interfecti sunt: quo modo ceciderunt fortes?

20. Nolite annuntiare in Geth, neq; annuntietis in compitis Ascalonis: ne fortè lætentur filiæ *h* Philisthiim, ne exultent filiæ incircumcisorum.

21. Montes Gelboë, nec ros, nec plu-

c i. nisum in propriū gladium.

d i. proselyti, ad fidē conversi.

e *Psalm.* 104. 15.

f i. peccatum tuum ob effusum sanguinem revertitur in &c.

g Artem sagittariam seu militarem: & omne genus armorum, significans Hebræis bella imminere. Putant aliqui per *arcum* hìc significari titulum carminis lugubris, quod mox sequitur.

h i. fæminæ, quæ solent cantare victorias

7. Und er wandte sich um / und da er mich sahe / rieff er mir: Ich antwortete ihm: Hie bin ich.

8. Da sagte er zu mir: Was bist du für einer? Ich sprach zu ihm: Ich bin ein Amaleciter.

9. Und er sprach zu mir: Mache dich über mich / und tödte mich: dan ich bin mit Aengsten befangen / und meine Seel ist noch gantz in mir.

10. Und ich machte mich über ihn / und tödtete ihn: dan ich wuste wohl / daß er nach dem Fall nit leben könte: und ich nahm die Cron / die auf seinem Haubt war / und das Armbgeschmeid von seinem Arm / und habs hieher bracht zu dir / meinem HErrn.

11. David aber fassete seine Kleyder / und zerrisse sie / samt allen Männern / die bey ihm waren /

12. Und sie klagten / und weineten / und fasteten biß auf den Abend über Saul, und über Jonathan / seinen Sohn / und über das Volck deß HErrn / und über das Hauß Israel / darum / daß sie im Schwerdt gefallen waren.

13. Und David sprach zu dem Jüngling: der es ihm angezeiget hatte: Wo bist du her? Er antwortet: Ich bin eines Frembdlings / eines Amaleciters Sohn.

14. Und David sprach zu ihm: Warum hastu dich nit geförchtet / deine Hand außzustrecken / und den Gesalbten deß HErrn zu tödten?

15. Und David rieff einem von seinen Knaben / und sprach: Trette herzu / und greiff ihn an: und der erschlug ihn / daß er starb.

16. Und David sprach zu ihm: Dein Blut sey über dein Haubt: dan dein Mund hat wider dich selbst geredet / und gesprochen: Ich hab den Gesalbten deß HErrn getödtet.

II. 17. David aber weinete über Saul / und über Jonathan / seinen Sohn / und machte ein solch Klag-Lied:

18. (Er befahl auch / daß man die Kinder Juda / den Bogen zu brauchen / lehren sol: wie geschriben stehet im Buch der Gerechten) und er sprach: Betrachte es / O Israel / für die jenige / welche tod bliben seynd / und verwundet auf deinen Höhen.

19. Die Herrliche in Israel seynd auf deinen Bergen erschlagen? wie seynd die Starcke zu Boden gefallen?

20. Verkündigets nit zu Geth / und verkündigts auch nit auf den Gassen zu Ascalon: damit sich die Töchter der Philisther villeicht nit freuen / und die Töchter der Unbeschnittenen nit frolocken.

21. Ihr Berg Gelboe / es sol weder Tau / noch

Regen auf euch kommen / und sollen keine Aecker seyn / davon die Erstlingen fallen: dan der Schild der Starcken ist daselbst abgeworffen / der Schild Saul / als wan er nit mit Oel wäre gesalbet wordẽ.

22. Vom Blut der Erschlagenen und vom Fett der Helden / ist der Pfeil Jonathã niemahl zuruck gangen / und das Schwerdt Saul ist niemahl lär widerum kommen.

23. Saul und Jonathas waren lieblich / und schön in ihrem Leben / sie seynd auch im Tod nit gescheiden: schneller waren sie / dan die Adler / und stärcker dan die Löwen.

24. Ihr Töchter Israel / weinet über Saul / der euch mit rothem Purpur in Wollust bekleydete / der euch guldene Kleinodien gab zu eurem Schmuck.

25. Wie seynd die Helden im Streit gefallen? Jonathas ist auf deinen Höhen erschlagen.

26. Ich trage Leyd über dich / mein Bruder Jonatha / der du sehr schön / und lieblich gewesen bist / über Frauen Lieb. Ich hab dich geliebet / wie eine Mutter ihren einigen Sohn liebet.

27. Wie seynd die Starcke gefallen. Und wie seynd die Kriegswaffen zu Grund gangen.

Das II. Capitel.

I. David kommt auß Geheiß GOttes nach Hebron / und wird allda vom Geschlecht Juda zum König erwählet / 1.

II. Abner macht Ißboseth zum König über die andere eylff Geschlecht Israel / hierüber entsteht ein Krieg zwischen dem Hauß Davids / und dem Hauß Ißboseth / 8.

III. Asael verfolgt Abner / und wird von ihm mit einem Spieß durchstochen / Joab / auf Abners Zusprechen / lasset nach / Israel zuverfolgen / 18.

1. NAch disem aber fragte David den HErrn / und sprach sol ich hinauf ziehen in eine von den Städten Juda? und der HErr sprach zu ihm: Ziehe hinauf. Und David sprach: Wohin sol ich hinauf ziehen. Und er antwortet ihm: Gen Hebron.

2. Also zoge David hinauf / und seine beyde Weiber / Achinoam die Jezraelitin / und Abigail / deß Nabals Weib von Carmel:

3. so führete David auch die Mäñer mit sich / die bey ihm waren ein jeglichen mit seinem Haußgesind u. sie hielten sich auf in den kleinen Städten Hebron.

4. Und die Männer Juda kamen / und salbeten David daselbst / daß er über das Hauß Juda herrschẽ solte. U. es ward dẽ David kund gethan / daß die Mäñer zu Jabes Galaad den Saul begrabẽ hätten.

5. Derwegen sandte David Botten an die Männer zu Jabes Galaad / und sprach zu ihnen: Ge-

via veniant super vos, neque sint agri primitiarum: quia ibi abjectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset unctus oleo.

22. A sanguine interfectorum, ab adipe fortium, sagitta Jonathæ numquam rediit retrorsum *i*, & gladius Saul non est reversus inanis.

i i. inanis.

23. Saul & Jonathas amabiles, & decori in vita sua, in morte quoque non sunt divisi: aquilis velociores *k*, leonibus fortiores.

k sc. hostes persequendo.

24. Filiæ Israel super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in deliciis, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro.

25. Quomodo ceciderũt fortes in prælio? Jonathas in excelsis tuis occisus est?

26. Doleo super te frater mi Jonatha decore nimis, & amabilis super amorem mulierum. Sicut mater unicum amat filium suum, ita ego te diligebam.

27. Quomodo ceciderunt robusti, & perierunt arma bellica *l*.

l i. periit cum illis gloria militaris.

CAPUT II.

I. David in Hebron super Juda in regem unctus, viros Jabes Galaad ob Saulis sepulturam commendat: 1.

II. Isboseth in regem super Israel ungitur, quod gravem parit seditionem ac pugnam. 8.

III. Asael aversa hasta percutitur ab Abner & Joab monitus ab Abner cessat persequi Israel. 18.

1. IGitur post hæc consuluit David Dominum, dicens: Num ascendam in unam de civitatibus Juda? Et ait Dominus ad eum: Ascende. Dixitque David: Quò ascendam? Et respondit ei: In Hebron *a*.

Eodem anno 2949.

a distat 22. milliaria ab Jerusalem.

2. Ascendit ergo David, & duæ uxores ejus, Achinoam Jezraelites, & Abigail uxor Nabal Carmeli:

3. sed & viros, qui erant cum eo, duxit David singulos cum domo *b* sua: & manserunt in oppidis Hebron.

b i. familia.

4. *c* Veneruntque viri Juda, & unxerunt ibi David, ut regnaret super domum Juda. Et nuntiatum est David, quòd viri Jabes Galaad sepelissent Saul.

c 1. Mach. 2. 57. Infr. 5. 3.

5. Misit ergo David nuntios ad viros Jabes Galaad, dixitque ad eos: Benedic-

ti vos Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saul, & sepelistis eum.

6. Et nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam & veritatem: sed & ego reddam gratiam, eò quòd fecistis verbum istud.

7. Confortentur manus vestræ, & estote filii fortitudinis: licèt enim mortuus sit dominus vester Saul, tamen me unxit domus Juda in regem sibi.

II. 8. Abner autem filius Ner, princeps exercitûs Saul, tulit Isboseth filium Saul, & circumduxit eum per castra,

9. regémque constituit super Galaad & super Gessuri *d*, & super Jezrael, & super Ephraim, & super Benjamin, & super Israel universum.

d 70. Aseri, Chald. tribum Aser.

10. Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saul, cùm regnare cœpisset super Israel, & duobus annis *e* regnavit: sola autem domus Juda sequebatur David.

e Scilicet in pace ad annum usq; 2951. postea verò orta est illa concertatio quæ hîc habetur à vers. 12. usque ad initium. cap. 5.

11. Et fuit numerus dierum, quos commoratus est David, imperans in Hebron super domum Juda, septem annorum, & sex mensium.

12. Egressusque est Abner filius Ner, & pueri Isboseth filii Saul, de castris in Gabaon.

13. Porrò Joab filius Saruiæ, & pueri David egressi sunt, & occurrerunt eis juxta piscinam Gabaon. Et cùm in unum convenissent, è regione sederunt: hi ex una parte piscinæ, & illi ex altera.

14. Dixitque Abner ad Joab: Surgant pueri, & ludant *f* coram nobis. Et respondit Joab: Surgant.

f Singulare certamen ineant.

15. Surrexerunt ergo, & transierunt numero duodecim de Benjamin, ex parte Isboseth filii Saul, & duodecim de pueris David.

16. Apprehensóque unusquisque capite comparis sui, defixit gladium in latus contrarii, & ceciderunt simul *g*: vocatumque est nomen loci illius: Ager robustorum, in Gabaon.

g mutuis vulneribus confossi.

17. Et ortum est bellum durum satis in die illa: fugatusque est Abner, & viri Israel, à pueris David.

III. 18. Erant autem ibi tres filii Saruiæ,

seegnet seyd ihr dem HErrn / die ihr an Saul eurem Herrn dise Barmhertzigkeit gethan habt / und habt ihn begraben.

6. Und nun wird euch zwar der HErr die Barmhertzigkeit und Treu vergelten. Aber ich wil es auch mit Gnaden vergelten / darum daß ihr solches gethan habt.

7. Eure Händ werden gestärckt / und seyd manhafftige Kinder: dan obwohl Saul euer Herr tod ist / so hat mich doch das Hauß Juda zum König über sich gesalbet.

II. 8. Aber Abner / der Sohn Ner / der Feldoberst über das Kriegsheer Saul nam Jßboseth / den Sohn Saul / und führete ihn herum durchs Lager /

9. Und machte ihn zum König über Galaad / und über Gessuri / und über Jezrael / und über Ephraim / und über Benjamin / und über gantz Jsrael.

10. Und Jßboseth / der Sohn Saul war viertzig Jahr alt da er anfieng über Jsrael zu regieren: und er regierte zwey Jahr lang: aber das Hauß Juda allein hieng dem David an.

11. Und die Zahl der Tagen / daß sich David allda aufhielt / und zu Hebron über das Hauß Juda herrschete / war siben Jahr und sechs Monat.

12. Und Abner / der Sohn Ner / zoge mit den Knechten Jßboseth / deß Sohns Saul / auß dem Lager Gabaon:

13. Aber Joab / der Sohn Saruiä / und die Knecht Davids zogen auch auß / und kamen ihnen entgegen am Teich zu Gabaon. Und als sie zusammen kamen / legten sie sich gegeneinander / dise auf einer Seiten deß Teichs / und jene auf der andern Seiten.

14. Und Abner sprach zu Joab: Laß sich die Knaben aufmachen / und vor uns spilen. Und Joab antwortet: Laß sie sich aufmachen.

15. Da machten sich auf / und giengen hinüber zwölff an der Zahl von Benjamin / auf der Seiten Jßboseth / deß Sohns Saul / und zwölff von den Knaben Davids.

16. Und ein jeglicher ergriffe seinen Gesellen / bey dem Kopff / und stieß seinem Widertheil das Schwerdt in die Seiten und sie fielen alle zugleich: und der Nam dises Orts ward genannt: Der Helden Acker zu Gabaon.

17. U. es erhub sich ein sehr harter Streit an demselbigẽ Tag: u. Abner samt den Mäñern Jsrael wurdẽ v. den Knechtẽ Davids auf die Flucht geschlagen.

III. 18. Es waren aber allda drey Söhn Saruiä / Joab /

Joab und Abisai/ und Asael: aber Asael war ein geschwinder Lauffer wie eines von den Rehen / die sich im Wald aufhalten.

19. Und Asael verfolgte den Abner / und wiche nit von ihm / weder zur Rechten / noch zur Lincken/ daß er unterlassen hätte dem Abner nachzueilen.

20. Und Abner sahe hinter sich / und sprach: Bist du nit Asael? Er antwortet: Ich bins.

21. Und Abner sprach zu ihm: Weich ab zur Rechten oder zur Lincken / und ergreiff einen von den Knaben / und nimm dir seinen Raub hinweg. Aber Asael wolte nit nachlassen auf ihn zu tringen.

22. Und Abner sprach abermahl zu Asael: Weiche ab / und jage mir nit nach / damit ich nit genoträngt werde / dich auf den Erdboden zuerstechen: so wurde ich alsdan gegen deinem Bruder Joab mein Angesicht nit aufheben können.

III. 23. Aber er achtete die Red nit / und wolte nit abweichen. Derwegen wendte Abner seinen Spieß um / traff ihn hinter sich durchs Gemacht / und erstach ihn / und er starb an demselbigen Ort. Und alle / die an dem Ort vorüber giengen/ da Asael nidergefallen/ und gestorben war, bliben stehen.

24. Uber dem aber / daß Joab und Abisai dem flüchtigen Abner nachjagten/ gieng die Sonn unter. Und sie kamen biß an den Bühel der Wasserröhren / der gegen dem Thal über ist / am Weeg zu der Wüst in Gabaon.

25. Da versammleten sich die Kinder Benjamin zum Abner / und sie thäten sich zu einander in einen Hauffen / und stunden auf der Spitz eines Bühels:

26. Da rieff Abner den Joab überlaut an / und sprach. Sol dein Schwerdt dan biß auf den letzten Mann wüten? weist du nit / was die Verzweifflung für ein gefährlich Ding ist? wie lang wilst du dem Volck nit sagen/ daß es aufhöre seine Brüder zuverfolgen.

27. Und Joab sprach: So wahr der HErr lebet / hättest du geredt/ das Volck sol zeitlich zuruck gezogen seyn/ das seine Brüder verfolget.

28. Also ließ Joab die Posaun klingen/ da stund das gantze Heer still/ und sie verfolgeten Israel ferner nit/ und stritten auch nit mehr.

29. Abner aber/ und seine Männer reiseten dieselbige gantze Nacht durchs flache Feld/ und zogen über den Jordan / und nachdem sie gantz Bethhoron durchzogen hatten / kamen sie zum Lager.

30. Aber Joab/ nachdem er von Abner abgelas-

Joab, & Abisai, & Asael: porrò Asael cursor velocissimus fuit, quasi unus de capreis quæ morantur in sylvis.

19. Persequebatur autem Asael Abner, & non declinavit ad dexteram neque ad sinistram omittens persequi Abner.

20. Respexit itaque Abner post tergum suum, & ait: Túne es Asael? Qui respondit: Ego sum.

21. Dixítque ei Abner: Vade ad dexteram sive ad sinistram, & apprehende unum de adolescentibus, & tolle tibi spolia ejus. Noluit autem Asael omittere quin urgeret eum.

22. Rursúmque locutus est Abner ad Asael: Recede, noli me sequi, ne compellar confodere te in terram, & levare non potero faciem meam *gg* ad Joab fratrem tuum.

III. 23. Qui audire contempsit, & noluit declinare: percussit ergo eum Abner aversâ hastâ in inguine *h*, & transfodit, & mortuus est in eodem loco: omnésque qui transibant per locum illum, in quo ceciderat Asael, & mortuus erat, subsistebant.

24. Persequentibus autem Joab & Abisai fugientem Abner, sol occubuit: & venerunt usque ad Collem aquæ ductûs *i*, qui est ex adverso vallis itineris deserti in Gabaon.

25. Congregatíque sunt filii Benjamin ad Abner: & conglobati in unum cuneum, steterunt in summitate tumuli unius.

26. Et exclamavit Abner ad Joab, & ait: Num usque ad internecionem tuus mucro desæviet? an ignoras quòd periculosa sit desperatio *k*? usquequò non dicis populo ut omittat persequi fratres suos?

27. Et ait Joab: Vivit Dominus, si locutus *l* fuisses, manè recessisset populus persequens fratrem suum.

28. Insonuit ergo Joab buccinâ, & stetit omnis exercitus, nec persecuti sunt ultrà Israel, neque iniere certamen.

29. Abner autem & viri ejus abierunt per campestria, totâ nocte illâ: & transierunt Jordanem, & lustratâ omni Bethhoron, venerunt ad castra *m*.

30. Porrò Joab reversus, omisso Abner,

gg i. aspicere.

h Chald. latere femoris.

i Hebr. & 70. Amach; est nomen proprium loci.

k sc. belli.

l i. de pace & non ipse provocasses per illud: ludant pueri.

m sc. ubi erat Isboseth.

ner, congregavit omnem populum: & defuerunt de pueris David decem & novem viri, excepto Asaele.

31. Servi autem David percusserunt de Benjamin, & de viris qui erant cum Abner, trecentos sexaginta, qui & mortui sunt.

32. Tuleruntque Asael, & sepelierunt eum in sepulchro patris sui in Bethlehem: & ambulaverunt totâ nocte Joab & viri qui erant cum eo, & in ipso crepusculo pervenerunt in Hebron.

CAPUT III.

I. Filii David, qui nati sunt in Hebron. 1.

II. Abner iratus regi Isboseth fœdus init cum David, & reducta Michol, dum congregat Israelitas ad David 7.

III. Occiditur à Joab; quem David amarè deflet 23.

1. FActa est ergo longa concertatio [a] inter domum Saul, & inter domum David: David proficiscens, & semper seipso robustior, domus autem Saul decrescens quotidie.

2. [b] Natique sunt filii David in Hebron: fuitque primogenitus ejus Amnon de Achinoam Jezraelitide.

3. Et post eum Cheleab [c] de Abigail uxore Nabal Carmeli: porrò tertius Absalom filius Maacha filiæ Tholmai regis Gessur.

4. Quartus autem Adonias, filius Haggith: & quintus Saphathia, filius Abital.

5. Sextus quoque Jethraam, de Egla uxore David. Hi nati sunt David in Hebron.

6. Cùm ergo esset prælium inter domum Saul & domum David, Abner filius Ner regebat domum Saul.

II. 7. Fuerat autem Sauli concubina nomine Respha, filia Aja. Dixitque Isboseth ad Abner:

8. Quare ingressus es ad concubinam patris mei? Qui iratus nimis propter verba Isboseth, ait: Numquid caput canis [d] ego sum adversum Judam hodie, qui fecerim misericordiam super domum Saul patris tui, & super fratres & proximos ejus, & non tradidi te in manus David, & tu requisisti in me quòd argueres pro muliere hodie?

[a] Quæ per ann. 5. cum dimidio duravit, ab ann. 2951. ad annum 2956.

[b] 1. Par. 3. 1.

[c] ibidem dicitur Daniel, sc. erat binomius.

[d] q. d. vilissimus, quem sic audeas reprehendere.

sen/kam zuruck/und versammlete das gantze Volck: da mangelten an den Knechten Davids/ohn den Asael/ neunzehen Männer.

31. Aber die Knecht Davids haben von Benjamin/ und von den Männern/ welche mit Abner waren/ drey hundert/ und sechtzig Mann erschlagen/ welche tod bliben seynd.

32. Und sie namen Asael/ und begruben ihn in seines Vatters Grab zu Bethlehem. Und Joab/ und die Männer / welche mit ihm waren/ wandelten die gantze Nacht/ daß sie gleich früh/ da der Tag anbrach/ gen Hebron kamen.

Das III. Capitel.

I. Sechs Söhn Davids zu Hebron/ von sechs Weibern gebohren/ 1.

II. Ißboseth verweist Abner die Unzucht mit seines Vatters Kebsweib: Abner hierüber fallt ab von Ißboseth und macht dem David gantz Israel anhängig/ 7.

III. Joab ersticht Abner verrätherischer Weiß; David mit dem Volck beweint ihn bitterlich/ 23.

1. ALso erhub sich ein langwiriger Streit zwischen dem Hauß Saul/ und zwischen dem Hauß Davids: David gieng fort/ und ward immer je länger/ je stärcker: aber das Hauß Saul nam täglich ab.

2. Es wurden auch dem David zu Hebron Söhn gebohren. Und sein erstgeborner Sohn war Amnon von der Achinoam der Jezraelitin.

3. Und nach disem war Cheleab von der Abigail/ die Nabals deß Carmeliten Weib gewesen war: aber der dritt war Absalom der Sohn Maacha/ welche deß Königs zu Gessur Tholmai Tochter war.

4. Der vierdt war Adonias/ ein Sohn Haggith: und der fünfft Saphathia/ ein Sohn Abital.

5. Und der sechst Jethraam von der Egla dem Weib Davids: dise seynd dem David zu Hebron gebohren.

6. Da nun also Krieg war zwischen dem Hauß Saul/ und dem Hauß Davids/ regierte Abner/ der Sohn Ner/ das Hauß Saul.

II. 7. Und Saul hatte ein Kebsweib gehabt mit Namen Respha/ eine Tochter Aja. Und Ißboseth sprach zu Abner:

8. Warum bist du zu meines Vatters Kebsweib eingangen. Der ward sehr zornig wegen der Wort Ißboseth/ und sprach: Bin ich dan heutiges Tags ein Hundskopff wider Juda/ der ich Barmhertzigkeit gethan hab mit dem Hauß deines Vatters/ und mit seinen Brüdern und Freunden/ und hab dich in die Händ Davids nit übergeben/ und du suchest es an mir/ und straffest mich heut um eines Weibs willen?

9. Diß

9. Diß thue GOtt dem Abner/ und das thue er ihm darzu/ wo ichs nit mit David mache/ wie ihm der HErr geschworen hat/

10. Damit das Reich vom Hauß Saul genommen/ und der Thron Davids über Israel/ und über Juda erhöhet werde/ von Dan biß gen Bersabee.

11. Und er kunte ihm nichts antworten/ dan er furchte ihn.

12. Und Abner sandte Botten für sich auß zu David/ daß sie ihm sagten: Wem gehöret das Land zu? Und daß sie also redeten: Mache Freundschafft mit mir/ so sol meine Hand mit dir seyn/ und ich wil dir gantz Israel zuführen.

13. Und David sprach: Sehr gut: ich wil Freundschafft mit dir machen: aber ein Ding begehre ich von dir/ u. sage: Du solst mein Angesicht nit sehen/ es sey dañ/ daß du zuvor die Michol/ deß Sauls Tochter/ zu mir führest. U. also solstu komen/ u. mich sehen.

14. Aber David sandte auch Botten zu Ißboseth dem Sohn Saul/ und sprach/ Gib mir mein Weib Michol widerum/ die ich mir mit hundert Vorhäuten der Philisther vermählet hab.

15. Also schickte Ißboseth auß/ u. ließ sie v' ihrem Mann Phaltiel/ dem Sohn Lais/ hinweg nehmen.

16. Und ihr Mann folgte ihr nach/ und weinete biß gen Bahurim: Und Abner sprach zu ihm: Gehe hin/ und kehre wider um/ und er kehrete wider um.

17. Auch trug Abner den Aeltesten in Israel eine Red vor/ und sprach: Ihr habt so wohl gestern/ als vorgestern nach dem David getrachtet/ daß er über euch herrschen solte.

18. So thuts dan jetzt: dan der HErr hat mit David geredet und gesagt: Durch die Hand meines Knechts David wil ich mein Volck Israel auß der Philisther/ und aller ihrer Feinden Hand erretten.

19. Aber Abner redete auch mit Benjamin. Und er zoge hin/ mit David zu Hebron von allem zu reden/ das Israel und gantz Benjamin ihm hatte gefallen lassen.

20. Und er kam zu David gen Hebron mit zwantzig Männern/ und David richtete dem Abner/ u. den Mäñern/ die bey ihm waren/ ein Gastmahl zu.

21. Und Abner sprach zu David: Ich wil mich aufmachen/ gantz Israel zu dir/ meinem Herrn dem König zuversammlen/ und einen Bund mit dir zu machen/ daß du über sie alle herrschest/ wie dein Hertz begehret. Als nun David den Abner begleitet hatte/ und er im Friden hinweg gezogen war/

22. da kamen zur Stund die Knecht Davids/ und

9. Hæc faciat Deus Abner & hæc addat ei, nisi quomodo juravit *e* Dominus David, sic faciam cum eo,

10. ut transferatur regnum de domo Saul, & elevetur thronus David super Israel, & super Judam, à Dan usque Bersabee.

11. Et non potuit respondere ei quidquam, quia metuebat illum.

12. Misit ergo Abner nuntios *f* ad David pro se dicentes: Cujus est terra? Et ut loquerentur: Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecum, & reducam ad te universum Israel.

13. Qui ait: Optimè: ego faciam tecum amicitias: sed unam rem peto à te, dicens: Non videbis faciem meam, antequam adduxeris Michol filiam Saul, & sic venies, & videbis me.

14. Misit autem David nuntios ad Isboseth filium Saul, dicens: *g* Redde uxorem meam Michol, quam despondi mihi centum præputiis Philisthiim.

15. Misit ergo Isboseth, & tulit eam à viro suo Phaltiel, filio Lais.

16. Sequebaturque eam vir suus, plorans usque Bahurim *h*: & dixit ad eum Abner: Vade, & revertere. Qui reversus est.

17. Sermonem quoque intulit Abner ad seniores Israel, dicens: Tam heri quàm nudiustertius quærebatis David ut regnaret super vos.

18. Nunc ergo facite: quoniam Dominus locutus est *i* ad David, dicens: In manu servi mei David salvabo populum meum Israel de manu Philisthiim, & omnium inimicorum ejus.

19. Locutus est autem Abner etiam ad Benjamin. Et abiit ut loqueretur ad David in Hebron, omnia quæ placuerant Israeli, & universo Benjamin.

20. Venitque ad David in Hebron cum viginti viris: & fecit David Abner, & viris ejus qui venerant cum eo, convivium.

21. Et dixit Abner ad David: Surgam, ut congregem ad te dominum meum regem omnem Israel, & ineam tecum fœdus, & imperes omnibus, sicut desiderat anima tua. Cùm ergo deduxisset *k* David Abner, & ille isset in pace,

22. statim pueri David & Joab venerunt,

e ut docent oracula Samuelis prophetæ; ita Josephus.

f Anno M. 2956. Ant. Chr. 1048.

g 1. Reg. 18. 27.

h oppidum in tribu Benjamin.

i vindictam exercet in Isboseth, sub specie religionis.

k dimittens eum.

runt, cæsis latronibus, cum præda magna nimis: Abner autem non erat cum David in Hebron, quia jam dimiserat eum, & profectus fuerat in pace.

III. 23. Et Joab, & omnis exercitus qui erat cum eo, postea venerunt: nuntiatum est itaque Joab à narrantibus: Venit Abner filius Ner ad regem, & dimisit eum, & abiit in pace.

24. Et ingressus est Joab ad regem, & ait: quid fecisti? Ecce venit Abner ad te: quare dimisisti eum, & abiit & recessit?

25. ignoras Abner filium Ner, quoniam ad hoc venit ad te, ut deciperet te, & sciret exitum tuum, & introitum tuum *l*, & nosset omnia quæ agis?

l i. conversationem & vitæ rationem.

26. Egressus itaque Joab à David, misit nuntios post Abner, & reduxit eum à cisterna Sira, ignorante David.

27. Cumque rediisset *m* Abner in Hebron, seorsum adduxit eum Joab ad medium portæ, ut loqueretur ei, in dolo: & percussit illum ibi in inguine *n*, & mortuus est in ultionem sanguinis Asael fratris ejus.

m 3. Reg. 2. 5.

n Hebr. quinta costa, Chald. latere femoris.

28. Quod cùm audisset David rem jam gestam, ait: Mundus ego sum, & regnum meum, apud Dominum, usq; in sempiternum, à sanguine Abner filii Ner;

29. & veniat super caput Joab, & super omnem domum patris ejus: nec deficiat de domo Joab fluxum seminis sustinens, & leprosus, & tenens fusum *o*, & cadens gladio, & indigens pane.

o q. d. filans ob paupertatem.

30. Igitur Joab & Abisai frater ejus interfecerunt Abner, eò quòd occidisset Asael fratrem eorum in Gabaon, in prælio.

31. Dixit autem David ad Joab, & ad omnem populum, qui erat cum eo: Scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner. Porrò rex David sequebatur feretrum.

32. Cùmque sepelissent Abner in Hebron, levavit rex David vocem suam, & flevit super tumulum Abner: flevit autem & omnis populus.

33. Plangénsque rex & lugens Abner, ait: Nequaquam ut mori solent ignavi, mortuus est Abner.

Joab/welche die Rauber erschlagen hatten u. brachten einē sehr grossen Raub mit sich: Abner aber war nit mehr bey David zu Hebron dā er hatte ihn schon v' sich gelassen/ u. er war mit Friden hinweg gezogen.

III. 23. Und Joab samt dem gantzen Heer/ das bey ihm war/ kam hernach an. Also ward es dem Joab kund gethan/ von denen/ die sprachen: Abner/ der Sohn Ner ist zum König komen/ u. er hat ihn von sich gelassen/ und er ist mit Friden hinweg gezogen.

24. Da gieng Joab zum König hinein/ u. sprach: Was hast du gethan? Sihe/ Abner ist zu dir kommen: warum hast ihn von dir gelassen/ daß er hinweg gangen/ und davon gezogen ist?

25. Kennest du Abner den Sohn Ner nit? dan er ist darum zu dir kommen/ daß er dich betriegen möchte auch deinen Auß- und Eingang erkundigen/ und alles wissen/ was du thust?

26. Nachdem nun Joab von David hinauß gangē war/ schickte er dem Abner Botten nach/ u. brachte ihn widerum zuruck von der Cistern Sira/ ohn Davids wissen.

27. Und als Abner widerum gen Hebron kommen war/ führete ihn Joab allein mitten unterm Thor/ daß er in Betrug mit ihm redete: und er stach ihn daselbst durch sein Gemächt/ daß er starb/ zur Rach deß Bluts seines Bruders Asael.

28. Als David nun solches hörete/ wie es ergangen war/ sprach er: Ich bin rein/ und mein Königreich ist rein bey dem HERRN in Ewigkeit von dem Blut Abner/ deß Sohns Ner;

29. Das komme auf das Haubt Joabs/ und auf das gantze Hauß seines Vatters: u. sol nit manglen im Hauß Joabs/ der den Fluß deß Saamens leyde/ u. der Aussätzig sey/ u. der die Spindel halte/ u. der durchs Schwerdt falle/ u. der Brods bedürfftig sey.

30. Also erwürgete Joab und Abisai sein Bruder Abner/ darum daß er ihren Bruder Asael im Streit zu Gabaon erschlagen hatte.

31. Und David sprach zu Joab/ und zu allem Volck/ das bey ihm war: Zerreisset eure Kleyder/ und umgürtet euch mit Säcken/ und weinet vor der Leich Abner: aber der König David gieng hinter der Todtenbahr.

32. Und als sie Abner zu Hebron begraben hatten/ hube der König David seine Stimm auf/ und weinete über dem Grab Abner: und das gantze Volck weinete auch.

33. Und der König beklagte den Abner mit Trauren/ und sprach: Abner ist nit gestorben/ wie die Zaghaffte pflegen zu sterben.

34. Deine

34. Deine Händ waren nit gebunden / und deine Füß waren nit mit Fesseln beladen: sondern du bist gefallen / wie man pflegt zu fallen vor den Kindern der Ungerechtigkeit: und alles Volck weinete abermahl über ihn.

35. Und als das gantze Volck hinein kam / mit David Speiß zunehmen / da es noch heller Tag war / schwur David und sprach: Diß thue mir GOtt / und das noch darzu / wo ich vor der Sonnen Nidergang Brod / oder etwas anders kosten werde.

36. Und alles Volck hörets / und es gefiel ihnen alles wohl / was der König vor dem Angesicht deß gantzen Volcks thäte.

37. Und alles gemeine Volck / und gantz Israel erkennte an demselben Tag / daß es vom König nit ins Werck gerichtet war / daß Abner / der Sohn Ner / erschlagen wurde.

38. Auch sprach der König zu seinen Knechten: Wisset ihr nit / daß auf disem Tag ein Fürst / und der grösseste in Israel gefallen ist?

39. Ich aber bin noch ein zarter und gesalbter König: aber dise Männer / die Söhn Saruiä seynd mir sehr hart: der HErr vergelte demnach seiner Boßheit / der Böses thut.

Das IV. Capitel.

I. Ißboseth / Sauls Sohn / wird von zweyen Haubtleuten im Schlaff erstochen / 1.

II. David last die Thäter / so Ißboseth Haubt zu ihm gebracht / erwürgen / 9.

1. ABer Ißboseth / der Sohn Saul hörete / daß Abner zu Hebron erschlagen war: und seine Händ wurden krafftloß / und gantz Israel ward bestürtzt.

2. Aber der Sohn Saul hatte zween Männer / die Haubtleut waren über die Trabanten / deß einen Nam war Baana / und deß andern Nam war Rechab / und waren Kinder Remmon / deß Berothiters / von den Kindern Benjamin: dan der Beroth ward auch unter Benjamin gerechnet.

3. Und die Berothiter waren geflohen auf Gethaim / und waren allda Frembdling biß auf dise Zeit.

4. Es hatte aber auch Jonathas der Sohn Saul einen Sohn / der lahm war an den Füssen: dan er war fünff Jahr alt / da die Zeitung auß Jezrael kam vom Saul und Jonatha: da hub ihn seine Amme auf / und flohe. Und indem sie auf die Flucht eilete / fiel er / und ward lahm: und sein Nam war Miphiboseth.

5. Und die Söhn Remmon deß Berothiters / Rechab und Baana kamen / und giengen in das

34. Manus tuæ ligatæ non sunt *p*, & pedes tui non sunt compedibus aggravati *q*: sed sicut solent cadere coram filiis iniquitatis, sic corruisti. Congeminánsque *r* omnis populus flevit super eum.

35. Cúmque venisset universa multitudo cibum capere cum David, clarâ adhuc die juravit David, dicens: Hæc faciat mihi Deus & hæc addat, si ante occasum solis gustavero panem vel aliud quidquam.

36. Omnísque populus audivit, & placuerunt eis cuncta quæ fecit rex in conspectu totius populi.

37. Et cognovit omne vulgus & universus Israel in die illa, quoniam non actum fuisset à rege ut occideretur Abner filius Ner.

38. Dixit quoque rex ad servos suos: Num ignoratis quoniam princeps, & maximus cecidit hodie in Israel?

39. Ego autem adhuc delicatus *s*, & unctus rex: porrò viri isti filii Saruiæ duri sunt mihi: retribuat Dominus facienti malum juxta malitiam suam.

Caput IV.

I. Baana & Rechab caput Isboseth, quem dormientem occiderant, ad David afferunt, 1.

II. Quos pro mercede jubet interimi. 9.

1. AUdivit *a* autem Isboseth filius Saul, quòd cecidisset Abner in Hebron: & dissolutæ sunt manus ejus *b*, omnísque Israel perturbatus est.

2. Duo autem viri principes latronum *c* erant filio Saul, nomen uni Baana, & nomen alteri Rechab, filii Remmon Berothitæ de filiis Benjamin: siquidem & Beroth reputata est in Benjamin.

3. Et fugerunt Berothitæ in Gethaim, fuerúntque ibi advenæ usque ad tempus illud.

4. Erat autem Jonathæ filio Saul filius debilis pedibus: quinquennis enim fuit, quando venit nuntius de Saul & Jonatha ex Jezrael. Tollens itaque eum nutrix sua, fugit: cúmque festinaret ut fugeret, cecidit *d*, & claudus effectus est: habuítque vocabulum Miphiboseth *e*.

5. Venientes igitur filii Remmon Berothitæ, Rechab & Baana, ingressi sunt er-

p i. poteras defendere.
q sc. impediti, sc. poteras fugere.
r i. repetens planctum.
s i. tenellus & recens factus rex, sc. non habeo vires ut possim istos punire.
a Anno M. 2956. Ant. Chr. 1048.
b i. despondit animũ.
3. Miſit ergo rex, & requiſivit quæ eſſet mulier. Nuntiatúmque eſt ei, quòd ipſa eſſet Bethſabee filia Eliam, uxor Uriæ Hethæi *b*.

b Oriundi ex Heth, ſed religione Hebræi.

4. Miſſis itaque David nuntiis, tulit eam. Quæ cùm ingreſſa eſſet ad illum, dormivit cum ea: *c* ſtatímque ſanctificata *d* eſt ab immunditia ſua.

c Lev. 15. 18.

d i. purificata eſt à menſtruo: hoc enim non patiuntur quæ concipiunt: q. d. concepit.

5. & reverſa eſt in domum ſuam concepto fœtu. Mitténſque nuntiavit David, & ait: Concepi.

6. Miſit autem David ad Joab, dicens: Mitte ad me Uriam Hethæum. Miſitque Joab Uriam ad David.

7. Et venit Urias ad David. Quæſivítque David quàm rectè ageret Joab, & populus, & quomodo adminiſtraretur bellum.

8. Et dixit David ad Uriam: Vade in domum tuam, & lava pedes tuos. Et egreſſus eſt Urias de domo regis, ſecutúſque eſt eum cibus regius.

9. Dormivit autem Urias ante portam domûs regiæ cum aliis ſervis domini ſui, & non deſcendit ad domum ſuam.

10. Nuntiatúmque eſt David à dicentibus: Non ivit Urias in domum ſuam. Et ait David ad Uriam: Numquid non de via veniſti? quare non deſcendiſti in domum tuam?

11. Et ait Urias ad David: Arca Dei *e* & Iſraël & Juda habitant in papilionibus, & dominus meus Joab, & ſervi Domini mei ſuper faciem terræ manent: & ego ingrediar domum meam, ut comedam & bibam, & dormiam cum uxore mea? per ſalutem tuam, & per ſalutem animæ tuæ *f*, non faciam rem hanc.

e in caſtra delata.

f repetitio, q. d. per ſalutem corporis & animæ.

12. Ait ergo David ad Uriam: Mane hîc etiam hodie, & cras dimittam te. Manſit Urias in Jeruſalem in die illa & altera:

13. & vocavit eum David ut comederet coram ſe & biberet, & inebriavit eum *g*:

g ut jurisjurandi immemor domum & uxorem adiret.

und belagerten Rabba: David aber blibe zu Jeruſalem.

2 Jmmittelſt/ weil diß verlieff/ trug ſich zu / daß David auf den Nachmittag von ſeinem Lager aufſtund/ und auf dem Obern Gemach deß Königlichen Hauß/ herum gieng/ und er ſahe von ſeinem Gemach gegen über ein Weib ſich baden: aber das Weib war ſehr ſchön.

3. Und der König ſandte hin/ und ließ fragen / was diß für ein Weib wäre? Und ihm ward angezeigt/ daß ſie Bethſabee/ die Tochter Eliam und Uriä deß Hethiters Weib wäre.

4. Da ſchickte David Botten aus/ und ließ ſie holen: nachdem ſie zu ihm hinein kommen war / ſchlieff er bey ihr: und alsbald ward ſie gereiniget / von ihrer Unſauberkeit.

5. Und ſie kehrete widerum in ihr Hauß / nachdem ſie eine Frucht empfangẽ hatte: u. ſie ſchickte hin/ gab dem David zuerkeñen u. ſprach: ich hab empfangen.

6. Da ſandte David zu Joab/ und ſprach: Sende zu mir Uriam den Hethiter. Und Joab ſandte Uriam zum David.

7. Und Urias kam zu David/ und David fragte ihn: Ob es mit Joab/ und mit dem Volck noch wol ſtunde? Und wie der Krieg geführet wurde.

8. Und David ſprach zum Uria: Gehe in dein Hauß/ und waſche deine Füß. Und Urias gieng aus deß Königs Hauß/ und die Speiß deß Königs folgete ihm.

9. Aber Urias ſchlieff vor der Thür am Hauß deß Königs mit den andern Knechten ſeines Herrn/ und gieng nit hinab in ſein Hauß.

10. Das ward David kund gethan/ durch etliche/ die ſprachen: Urias iſt nit in ſein Hauß gangen. Und David ſprach zu Uria: Biſt du nit von der Reiß kommen? Warum biſt du dan nit in dein Hauß hinab gangen?

11. Und Urias ſprach zu David: die Arch GOttes / und Jſrael / und Juda wohnen in Zelten/ und mein Herr Joab / und die Knecht meines Herrn ligen auf dem Erdboden: und ich ſolt in mein Hauß gehen / ſoll eſſen / und trincken / und bey meinem Weib ſchlaffen? Bey deinem Heyl / und bey dem Heyl deiner Seel / ich will ſolches nit thun.

12. Da ſprach David zu Uriam: bleibe diſen Tag noch hie / ſo will ich dich morgen ziehen laſſen. Alſo blib Urias zu Jeruſalem den Tag über / und den folgenden Tag darzu.

13. Und David lude ihn / daß er vor ihm aß und tranck / und machte ihn truncken: und er gieng deß

Abends

Abends hinauß / und schlieff auf seinem Lager / mit den Knechten seines Herrn / und gieng nit hinab in sein Hauß.

II. 14. Da es nun morgen ward / schribe David einen Sendbrieff an Joab / und schickte ihn durch die Hand Uriä.

15. Er schrib aber in dem Sendbrieff also: stellet Uriam im Streit recht gegen über da der Streit am stärckesten ist: und verlasset ihn / daß er erschlagen werde / und todt bleibe.

16. Als nun Joab umb die Stadt herlag / stellete er Uriam an ein Ort / da er wuste / daß die allerstärckeste Männer waren.

17. Da fielen die Männer zur Stadt hinauß / und stritten wider Joab: Und es wurden etliche auß dem Volck von den Knechten Davids erlegt / auch blieb todt Urias der Hethiter.

18. Und Joab schickte hin / und thäte dem David alles zuwissen / wie es mit dē Treffen zugangen wäre.

19. Und er befahl dem Botten / und sprach: wan du alle Wort vom Streit zum König außgeredet hast /

20. Sihest du dan / daß er zornig wird / und spricht: Warumb seyd ihr so nah zu der Mauer kommen zu streiten? Habt ihr nit gewust / daß von der Mauer vil Pfeil herunter geschossen werden?

21. Wer hat Abimelech erschlagen / den Sohn Jerobaal? hat nit ein Weib ein Stuck vom Mühlstein von der Mauer auf ihn geworffen / und hat ihn umbs Leben bracht zu Thebes? Warumb habt ihr euch so nah zu der Mauer gethā? so solst du sagē: auch ist dein Knecht Urias der Hethiter / todt bliben.

22. Also gieng der Bott hin / und kam / und erzehlete dem David alles / was ihm Joab befohlen hatte.

23. Und der Bott sprach zu David: Die Männer nahmen überhand wider uns / und fielen auf uns herauß ins Feld: wir aber machten uns mit Gewalt an sie / und verfolgeten sie biß an der Stadt Thor:

24. Und die Schützen richteten ihre Pfeil von der Mauer auf deine Knecht / von oben herab: da bliben etliche todt von den Knechten deß Königs / so ist auch dein Knecht Urias der Hethiter / todt bliben.

25. Und David sprach zum Botten: diß solst du Joab sagen: Laß das Ding deinen Muth nit brechen: dan im Krieg tragen sich allerhand Fäll zu: und das Schwert frisset jetzt disen bald jenen: stärcke deine Kriegs Leut wider die Stadt / damit du sie zerstörest / und ermahne sie.

III. 26. Aber das Weib Uriä hörete / daß ihr Mann

qui egressus vesperè, dormivit in strato suo cum servis domini sui, & in domum suam non descendit.

II. 14. Factum est ergo manè, & scripsit David epistolam ad Joab: misitque per manum Uriæ:

15. scribens in epistola: Ponite Uriam ex adverso belli, ubi fortissimum est prælium: & derelinquite eum, ut percussus intereat.

16. Igitur cùm Joab obsideret Urbem, posuit Uriam in loco ubi sciebat viros esse fortissimos.

17. Egressique viri de civitate, bellabant adversum Joab, & ceciderunt de populo servorum David, & mortuus est etiam Urias Hethæus.

18. Misit itaque Joab, & nuntiavit David omnia verba prælii:

19. præcepitque nuntio, dicens: Cùm compleveris universos sermones belli ad regem.

20. si eum videris indignari, & dixerit: Quare accessistis ad murum *h*, ut præliaremini? an ignorabatis quòd multa desuper ex muro tela mittantur? *h* sc. Rabba.

21. Quis percussit Abimelech filium Jerobaal *i*? nonne mulier misit super eum *k* fragmen molæ de muro, & interfecit eum in Thebes? quare juxta murum accessistis? dices: Etiam servus tuus Urias Hethæus occubuit. *i* alii legunt Jerobeseth. *k* Judic. 9. 53.

22. Abiit ergo nuntius, & venit, & narravit David omnia quæ ei præceperat Joab.

23. Et dixit nuntius ad David: Prævaluerunt adversum nos viri, & egressi sunt ad nos in agrum: nos autem facto impetu persecuti eos sumus usque ad portam civitatis.

24. Et direxerunt jacula sagittarii ad servos tuos ex muro desuper: mortuique sunt de servis regis, quin etiam servus tuus Urias Hethæus mortuus est.

25. Et dixit David ad nuntium: Hæc dices Joab: Non te frangat ista res: varius enim eventus est belli; nunc hunc, & nunc illum consumit gladius: conforta bellatores tuos adversus urbem, ut destruas eam, & exhortare eos.

III. 26. Audivit autem uxor Uriæ, quòd mor-

l per septem dies, more Hebræorum Eccli. 22. 3. & ad occultandum adulterium.

mortuus esset Urias vir suus, & planxit *l* eum.

27. Transacto autem luctu, misit David, & introduxit eam in domum suam, & facta est ei uxor, peperítque ei filium, & displicuit verbum hoc, quod fecerat David, coram Domino.

Caput XII.

I. David sub parabola à Nathan proposita, in seipsum tulit sententiam: unde Nathan multa illi minatur incommoda; 1.

II. Compuncto culpa condonatur, manente pœnâ: 13.

III. Mortuo puero illo, nascitur Salomon; 20.

IV. Civitas Rabba cum magna ultione diruitur, accepto diademate pretiosissimo regis. 26.

Anno M. 2970. ant. Chr. 1034.

1. Misit ergo Dominus Nathan ad David: qui cùm venisset ad eum, dixit ei: Duo viri erant in civitate una, unus dives, & alter pauper:

2. Dives habebat oves, & boves plurimos valde.

3. Pauper autem nihil habebat omnino, præter ovem unam parvulam, quam emerat & nutrierat, & quæ creverat apud eum cum filiis ejus simul, de pane illius comedens, & de calice ejus bibens, & in sinu illius dormiens: erátque illi sicut filia.

a Peregrinus hospes est libido seu intemperans & pruriens concupiscentiæ appetitus.

4. Cùm autem peregrinus quidam *a* venisset ad divitem, parcens ille sumere de ovibus & de bobus suis, ut exhiberet convivium peregrino illi qui venerat ad se, tulit ovem viri pauperis, & præparavit cibos homini qui venerat ad se.

5. Iratus autem indignatione David adversus hominem illum nimis, dixit ad Nathan: Vivit Dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc.

b Exod. 22. 1.
c i abstinuerit.

6. *b* Ovem reddet in quadruplum, eò quòd fecerit verbum istud, & non pepercerit *c*.

7. Dixit autem Nathan ad David: Tu es ille vir: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Ego unxi te in regem super Israël, & ego erui te de manu Saul,

d sc. poterat ducere si vellet

8. & dedi tibi domum domini tui, & uxores domini tui *d* in sinu tuo, dedíque tibi domum Israël & Juda: & si parva sunt ista, adjiciam tibi multò majora.

Urias todt bliben war / und sie beweinete ihn.

27. Als aber das Trauren vollendet war / sandte David hin / und führete sie in sein Hauß / und sie ward sein Weib / und gebahr ihm einen Sohn: und das Werck / das David gethan hat / mißfiel dem HErrn vor seinen Augen.

Das XII. Capitel.

I. Nathan verweißt David seine Sünd durch Gleichnuß / und verkündigt ihm GOttes Straff / 1.

II. David erkennt seine Sünd / erlangt Verzeyhung: 13.

III. Tröstet sich und Bethsabee: welche ihm den Salomon gebehret / 20.

IV. Rabba wird von David eingenommen / und hart gestrafft / 26.

1. Und der HErr sandte Nathan zu David: da der nun zu ihm kam / sprach er zu ihm. Es waren zween Männer in einer Stadt / der eine war reich / und der ander war arm.

2. Der Reiche hatte sehr vil Schaf und Rinder.

3. Aber der Arm hatte nichts mehr / dan nur ein eintziges Schäflein / das er gekaufft und aufferzogen hatte / das auch bey ihm mit seinen Kindern zugleich aufgewachsen war: es hatte von seinem Brod gessen / und auß seinem Becher getruncken / und in seiner Schoß geschlaffen: und es war ihm / als wäre es seine Tochter gewesen.

4. Als aber ein Frembder zu dem Reichen kam / schonte er zu nehmen von seinen Schafen / und Rindern damit er dem Frembden ein Gastmahl zurichtete / der zu ihm kommen war / sondern nam das Schäflein deß armen Manns / und bereitete davon Speiß für den Menschen / der zu ihm kom̃en war.

5. Da ward David über die Maß zornig / und ergrimmete wider den Menschen / und sprach zu Nathan. So wahr der HERR lebet / der Mann ist ein Kind deß Todts / der das gethan hat.

6. Das Schaf soll er auch vierfach widerumb geben / weil er das gethan hat / und nit geschonet hat.

7. Da sprach Nathan zu David: Du bist derselbig Mann. Diß sagt der HERR der GOtt Israel / ich hab dich zum König gesalbet über Israel / und ich hab dich auß der Hand Saul errettet /

8. Ich hab dir auch das Hauß deines Herrn gegeben / und die Weiber deines Herrn in deine Schoß / darzu hab ich dir das Hauß Israel und Juda gegeben: und wo diß zu gering / so will ich dir vil grössere Ding darzu thun.

9. Wa-

9. Warumb hast du dann das Wort deß HErrn verachtet/ daß du Böses thätest vor meinem Angesicht? Uriam den Hethiter hast du mit dem Schwert erschlagen/ und hast sein Weib dir zum Weib genommen/ aber ihn hast du mit dem Schwert der Kinder Ammon getödtet.

10. Darumb soll das Schwert von deinem Hauß nit weichen in Ewigkeit/ weil du mich verachtet hast/ und das Weib Uriä deß Hethiters genommen/ daß sie dein Weib seyn soll.

11. Derowegen sagt diß der HErr: Sihe/ ich will ein Unglück über dich erwecken/ auß deinem Hauß/ und will deine Weiber nehmen auß deinen Augen/ und sie geben deinem Nächsten/ und der soll bey deinen Weibern schlaffen/ vor dem Angesicht diser Sonnen.

12. Dan du hasts heimblich gethan: ich aber will diß Werck thun vor dem Angesicht deß gantzen Israels/ und vor dem Angesicht diser Sonnen.

II. 13. Da sprach David zu Nathan: ich hab dem HErrn gesündiget. Und Nathan sprach zu David: der HErr hat auch deine Sünd hinweg genommen/ du wirst nit sterben.

14. Gleichwohl/ dieweil du gemacht hast/ daß die Feind deß HErrn gelästert haben/ darumb soll der Sohn deß Todts sterben/ der dir gebohren ist.

15. Und Nathan kehrete widerumb in sein Hauß. Und der HErr schlug das Kind/ das Uriä Weib dem David gebohren hatte/ daß keine Hoffnung an ihm war.

16. Und David bat den HErrn für das Kind: er enthielte sich auch von Speiß und fastete/ und gieng absonderlich an ein Orth/ und lag auf der Erden.

17. Da kamen die Elteste seines Hauß/ und nöthigten ihn/ daß er von der Erden auffstünde/ und er wolte nicht/ und nahm auch keine Speiß mit ihnen.

18. Und es trug sich zu am sibenden Tag/ daß das Kind starb. Und die Knecht Davids förchteten sich ihm anzusagen/ daß das Kind gestorben wäre/ dan sie sprachen: Sihe/ wir haben mit ihm geredet/ da das Kind noch im Leben war/ und er hörete unsere Stimm nicht: wievil mehr wird er sich bekümmern/ wan wir sagen: Das Kind ist gestorben?

19. Da nun David sahe/ daß seine Knecht heimlich mit einander redeten/ vermerckte er/ daß das Kindlein gestorbē wär: uñ er sprach zu seinen Knechten: Ist das Kind gestorben? Sie antworteten ihm: Es ist gestorben.

9. Quare ergo contempsisti verbum Domini, ut faceres malum in conspectu meo? Uriam Hethæum percussisti *e* gladio, & uxorem illius accepisti in uxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon.

10. Quam ob rem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum, eò quòd despexeris me, & tuleris uxorem Uriæ Hethæi, ut esset uxor tua.

11. Itaque hæc dicit Dominus: Ecce, ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & *f* dabo proximo tuo, & dormiet cum uxoribus tuis in oculis Solis hujus.

12. Tu enim fecisti abscondité: ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israël, & in conspectu Solis.

II. 13. Et dixit David ad Nathan: Peccavi Domino *g*. Dixitque Nathan ad David: *h* Dominus quoque transtulit *i* peccatum tuum: non morieris.

14. Verumtamen, quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius, qui natus est tibi, morte morietur.

15. Et reversus est Nathan in domum suam. Percussit quoque Dominus parvulum *k*, quem pepererat uxor Uriæ David, & desperatus est.

16. Deprecatúsque est David Dominum pro parvulo: & jejunavit David jejunio, & ingressus seorsum *l*, jacuit super terram.

17. Venerunt autem seniores domûs ejus, cogentes eum ut surgeret de terra: qui noluit, nec comedit cum eis cibum.

18. Accidit autem die septimâ ut moreretur infans: timuerúntque servi David nuntiare ei quòd mortuus esset parvulus. Dixerunt enim: Ecce cùm parvulus adhuc viveret, loquebamur ad eum, & non audiebat vocem nostram: Quantò magis si dixerimus mortuus est puer, se affliget?

19. Cùm ergò David vidisset servos suos mussitantes, intellexit quòd mortuus esset infantulus: dixítque ad servos suos: Num mortuus est puer? Qui responderunt ei: Mortuus est.

e i. curasti occidendum.

f infr. 16. 21.

g q. d. peccavi in Uriam & socios ejus, in Bethsabee quam ad fœdum adulterium pellexi, in populum, propter malum exemplum, insuper quod maximè doleo, Domino. *Tirin.*

h Eccli. 47. 13.

i sustulit dimittendo.

k corporis languore.

l sc. pernoctavit, ut habet Chald.

III. 20. Surrexit ergò David de terra, & lotus unctúsq; est: cumque mutasset vestem, ingressus est domum Domini: & adoravit, & venit in domum suam, petivitque ut ponerent ei panem, & comedit.

m i. res.

21. Dixerunt autem ei servi sui: Quis est sermo *m*, quem fecisti? Propter infantem, cùm adhuc viveret, jejunasti & flebas: mortuo autem puero, surrexisti, & comedisti panem.

22. Qui ait: Propter infantem, dum adhuc viveret, jejunavi & flevi: dicebam enim: Quis scit si fortè donet eum mihi Dominus, & vivat infans?

23. Nunc autem quia mortuus est, quare jejunem? Numquid potero revocare eum ampliùs? ego vadam magis ad eum: ille verò non revertetur ad me.

n An. M. 2971. Ant. Chr. 1033.

24. Et consolatus est David Bethsabee uxorem suam, ingressúsque ad eam, dormivit cum ea: quæ genuit filium *n*, & vocavit nomen ejus SALOMON, & Dominus dilexit eum.

o sc. Dominus.

25. Misítque *o* in manu Nathan prophetæ, & vocavit nomen ejus, AMABILIS DOMINO, eò quòd diligeret eum Dominus.

p. 1. *Par.* 20. 1.

IV. 26. *p* Igitur pugnabat Joab contra Rabbath filiorum Ammon, & expugnabat urbem regiam.

27. Misitque Joab nuntios ad David, dicens: Dimicavi adversum Rabbath, & capienda est Urbs aquarum.

28 Nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obside civitatem, & cape eam: ne, cùm à me vastata fuerit urbs, nomini meo adscribatur victoria.

q idoli, nam & Melchom interpretatur rex eorum.

29. Congregavit itaque David omnem populum, & profectus est adversum Rabbath: cumque dimicasset, cepit eam.

30. Et tulit diadema regis *q* eorum de capite ejus, pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas, & impositum est super caput David. Sed & prædam civitatis asportavit multam valdè:

r i ferris secuit. *s* 70. securibus.

31. populum quoque ejus adducens serravit *r*, & circumegit super eos ferrata carpenta: divisitque cultris *s*, & traduxit in typo laterum: sic fecit universis civitatibus filiorum Ammon: & reversus est

III. 20. Da stund David auf von der Erden/ und wusche sich/ und salbete sich/ und nachdem er ein anders Kleyd angethan/ gieng er in das Hauß deß HERRN/ und bettete an/ und er kam in sein Hauß/ und begehrte/ daß sie ihm Brod vorlegten/ und er aß.

21. Und seine Knecht sprachen zu ihm: Was ist diß für ein Ding/ das du gethan hast? Du hast um deß Kinds willen gefastet und geweinet/ da es noch im Leben war: aber nachdem das Kind gestorben ist/ bist du aufgestanden und hast Brod gessen.

22. Und er sprach: Umb deß Kinds willen hab ich gefastet/ und geweinet/ da es noch lebte/ dan ich sprach: Wer weißt/ ob mir es villeicht der HErr schencket/ und das Kind leben möchte?

23. Nun aber/ warum soll ich fasten/ dieweil es gestorben ist? Kan ichs auch nunmehr widerum zuruck fordern: Ich werde vil mehr zu ihm fahren/ aber es wird nit widerum zu mir kommen.

24. Und David tröstete die Bethsabee/ sein Weib/ und gieng zu ihr hinein/ und schlieff bey ihr: und sie gebahr ihm einen Sohn/ und er nennete seinen Namen/ Salomon/ und der HErr hatte denselben lieb.

25. Und er sandte durch die Hand deß Propheten Nathan/ und nennete seinen Namen: Der Geliebte deß HErrn/ darum daß ihn der HErr lieb hatte.

IV. 26. Joab aber stritte wider Rabbath der Kinder Ammon/ und bestürmete die Königliche Stadt.

27. Und Joab schickte Botten zu David/ und sprach: Ich hab wider Rabbath gestritten/ und die Wasserstadt soll nun eingenommen werden:

28. Derwegen bringe das übrige Volck zusammen/ und lagere dich vor die Stadt/ und nim sie ein: damit der Sig meinem Namen nit zugeschriben werde/ wan die Statt von mir sol verwüstet werdē?

29. Also brachte David alles Volck zusammen/ und zoge hin wider Rabbath: und da er wider sie stritte/ eroberte er sie.

30. Und er nahm die Cron ihres Königs von seinem Haupt/ die am Gewicht ein Centner Golds hielt und waren sehr köstliche Edelstein daran: und sie ward dem David auf sein Haupt gesetzt: auch führete er einen sehr grossen Raub aus der Stadt:

31. Aber das Volck/ das darinnen war/ führete er heraus/ und zersägete sie/ und ließ eyserne Wagen über sie herum fahren/ und zerschnitte sie mit Messern/ und zoge sie herdurch/ wie man die Ziegelstein formiret: also thät er allen Städten der Kin-

Kinder Ammon: darnach zoge David / und das gantze Heer widerum gen Jerusalem.

David, & omnis exercitus in Jerusalem.

Das XIII. Capitel.

I. Amnon/ der erstgebohrne Sohn David / schändet seine Schwester Thamar/ 1.
II. Wird wegen diser Blutschand von Absalom erwürgt/ 23.
III. Absalom nimmt die Flucht zu Tholomai/ dem König zu Gessur: David aber beweinet Amnon/ 34.

Caput XIII.

I. Amnon opprimit sororem. 1.
II. Absalom propter incestum cum sorore Thamar eum occidit: 23.
III. Ab irato patre profugus ad regem Gessur, tribus annis ibi permanet. 34.

1. Es begab sich aber hernach/ daß Amnon/ der Sohn Davids/ sich verliebte in die Schwester Absaloms/ deß Sohns Davids/ welche überaus schön war/ Thamar genant

2. Und er war so sehr auf sie verliebet/ daß er auch kranck ward um ihrer Lieb willen: dan dieweil sie eine Jungfrau war / danckte ihn schwer seyn/ etwas unehrlichs mit ihr zu begehen.

3. Aber Amnon hatte einen Freund/ mit Namen Jonadab/ der deß Semmaa/ Davids Bruders Sohn war/ ein sehr weiser Mann.

4. Diser sprach zu ihm: Warum wirst du/ O Sohn deß Königs/ von Tag zu Tag so mager? warum gibst du mirs nit zuerkennen ? Und Amnon sprach zu ihm: Ich hab die Thamar/ meines Bruders Absaloms Schwester Lieb gewonnen.

5. Jonadab antwortet ihm: Lege dich auf dein Beth/ und nimm dich an/ als wan du kranck wärest: und wan dein Vatter kommt/ dich zubesuchen/ so sprich zu ihm: Ich bitte/ laß doch Thamar meine Schwester kommen/ daß sie mich speise/ und ein Gemüß bereite/ daß ich von ihrer Hand essen möge.

6. Also legte sich Amnon nider/ und nam sich an/ als wan er kranck wäre: da nun der König kam ihn zubesuchen/ sprach Amnon zum König: Ich bitte/ laß meine Schwester Thamar kommen/ daß sie mir zwey Süplein in meinem Ansehen mache/ und daß ich die Speiß von ihrer Hand nehmen möge.

7. Also sandte David nach Thamar ins Hauß/ und sprach: Komm in das Hauß deines Bruders Amnon/ und mache ihm ein Gemüß.

8. Und Thamar kam in das Hauß ihres Bruders Amnon: er aber lag zu Beth: und sie nahm Mehl und mischte es/ und machte es dünn/ und kochte die Süplein vor seinen Augen.

9. Und sie nahm dasselbig/ was sie gekocht hatte/ und schüttete es aus/ und setzte es ihm vor: und er wolte nit essen: und Amnon sprach: Heisset jederman von mir hinauß gehen. Und als sie jederman ausgewisen hatten.

10. Sprach Amnon zu Thamar: Bringe die Speiß in die Kammer herein/ daß ich sie von deiner Hand esse. Da nam Thamar die Süplein /

1. Factum est autem post hæc, ut Absalom filii David sororem *a* speciosissimam, vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius David, Anno M. 2972. Ant Chr. 1032.

a soror dicitur Absalonis, quia eadem matre genita.

2. & deperiret eam valdè, ita ut propter amorem ejus ægrotaret: quia cùm esset virgo, difficile ei videbatur ut quippiam inhonestè ageret cum ea.

3. Erat autem Amnon amicus, nomine Jonadab, filius Semmaa fratris David, vir prudens valde *b*.

b prudentia carnis, quæ astutia est.

4. Qui dixit ad eum: Quare sic attenuaris macie fili regis per singulos dies, cur non indicas mihi? Dixitque ei Amnon: Thamar sororem fratris mei Absalom amo.

5. Cui respondit Jonadab: Cuba super lectum tuum, & languorem simula: cumque venerit pater tuus ut visitet te, dic ei: Veniat, oro, Thamar soror mea, ut det mihi cibum, & faciat pulmentum ut comedam de manu ejus.

6. Accubuit itaque Amnon, & quasi ægrotare cœpit: cumque venisset rex ad visitandum eum, ait Amnon ad regem: Veniat, obsecro, Thamar soror mea, ut faciat in oculis meis duas sorbitiunculas *c*, & cibum capiam de manu ejus.

c 70. placentas.

7. Misit ergo David ad Thamar domum, dicens: Veni in domum Amnon fratris tui, & fac ei pulmentum.

8. Venitque Thamar in domum Amnon fratris sui: ille autem jacebat: quæ tollens farinam commiscuit: & liquefaciens, in oculis ejus coxit sorbitiunculas.

9. Tollensque quod coxerat, effudit, & posuit coram eo, & noluit comedere: dixitque Amnon: Eijcite universos à me. Cumque ejecissent omnes,

10. dixit Amnon ad Thamar: Infer cibum in conclave *d*, ut vescar de manu tua. Tulit ergo Thamar sorbitiunculas, quas fece-

d i. secretum cubiculum.

fecerat,& intulit ad Amnon fratrem suum e in conclave.

e sc. ex eodem patre, sed alia matre.

11. Cumque obtulisset ei cibum, apprehendit eam, & ait: Veni, cuba mecum soror mea.

12. Quæ respondit ei: Noli frater mi, noli opprimere me, neque enim hoc fas est in Israel *f*; noli facere stultitiam hanc.

f contra legem Lev. 18. v. 9.

13. Ego enim ferre non potero opprobrium meum, & tu eris quasi unus de insipientibus *g* in Israel: quin potiùs loquere ad regem, & non negabit me tibi.

g sceleratis divinæ legis violatoribus.

14. Noluit autem acquiescere precibus ejus, sed prævalens viribus oppressit eam, & cubavit cum ea.

15. Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis: ita ut majus esset odium quo oderat eam, amore quo ante dilexerat. Dixitque ei Amnon: Surge, & vade.

16. Quæ respondit ei: Majus est hoc malum, quod nunc agis adversum me, quàm quod antè fecisti, expellens me. Et noluit audire eam.

17. Sed vocato puero, qui ministrabat ei, dixit: Ejice hanc à me foras, & claude ostium post eam.

18. Quæ induta erat talari *h* tunicâ: hujuscemodi enim filiæ regis virgines vestibus utebantur. Ejecit itaque eam minister illius foras: clausitque fores post eam.

h Chald. polymita.

19. Quæ aspergens cinerem capiti suo, scissâ talari tunicâ, impositisque manibus super caput suum, ibat ingrediens, & clamans.

20. Dixit autem ei Absalom frater suus: Numquid Amnon frater tuus concubuit tecum? sed nunc soror tace, frater tuus est: neque affligas cor tuum pro hac re. Mansit itaque Thamar contabescens *i* in domo Absalom fratris sui.

i Chald. desolata, 70. animo deficiens.

21. Cùm autem audisset rex David verba hæc, contristatus est valdè, & noluit contristare spiritum Amnon filii sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei.

22. Porrò non est locutus Absalom ad Amnon, nec malum, nec bonum: oderat enim Absalom Amnon, eò quòd violasset Thamar sororem suam.

II. 23. Factum est autem post tempus

die sie gemacht hatte/ und trug sie zu ihrem Bruder Amnon in die Kammer.

11. Und als sie ihm die Speiß darreichte/ griff er sie an/ und sprach: Komm/ meine Schwester/ und lege dich zu mir.

12. Sie antwortet ihm: Nit mein Bruder / vergewältige mich nit : dan das gezümt sich nit in Israel: begehe doch solche Thorheit nit.

13. Dan ich werde meine Schmach nit tragen können so wirst du auch seyn/ als einer von den unwitzigen in Israel: rede vil mehr mit dem König / der wird mich dir nit versagen.

14 Aber er wolte ihrer Bitt nit statt geben/ sondern ward ihr zu mächtig/und verkräfftige sie/ und schlieff bey ihr.

15. Und Amnon ward ihr zuwider/ und hassete sie über die Maß: also daß der Haß/ den er wider sie hatte/ vil grösser war / dan die Lieb/ damit er sie zuvor geliebt hatte. Und Amnon sprach zu ihr: Stehe auf/ und mache dich hinweg.

16. Und sie antwortet ihm: diß Böß/das du jetzt an mir begehest/ da du mich außstossest/ist vil ärger/ dan das du zuvor gethan hast. Und er wolte sie nit hören.

17. Sondern rieff dem Knaben/ der ihm dienete/ und sprach: Treibe dise von mir hinaus/ und schließ die Thür hinter ihr zu.

18. Und sie hatte einen langen Rock an biß auf die Füß / dan solche Kleidung brauchten der Königen Töchter im Jungfrauen Stand: Also tribe sie sein Diener hinaus/ und schloß die Thür hinter ihr zu.

19. Und sie streute Aschen auf ihr Haupt/ und zerrisse ihren langen Rock / und legte ihre Händ auf ihr Haupt / und gieng daher und schrye:

20. Aber Absalom ihr Bruder sprach zu ihr: Ist Amnon dein Bruder bey dir gelegen? Nun Wolan meine Schwester/ schweige still/ es ist dein Bruder: und bekümmere dein Hertz nit um dises Dings willen. Also blib Thamar/ und vergieng von Traurigkeit/in ihres Bruders Absaloms Hauß.

21. Da nun David dise Wort hörete / ward er sehr traurig / und wolte den Geist seines Sohns Amnon nit betrüben / dan er hatte ihn lieb / weil er sein erstgebohrner Sohn war.

22. Absalom aber redete weder böses/ noch gutes mit Amnon: Dan Absalom hassete Amnon/ darum daß er die Thamar seine Schwester geschändet hatte.

II. 23. Es begab sich aber über zwey Jahr hernach/ daß

daß Absaloms Schaaf geschoren wurden zu Baalhasor / so bey Ephraim ligt: und Absalom lude alle Kinder deß Königs.

24. Und er kam zum König/ und sprach zu ihm: Sihe/ man scheret die Schaaf deines Knechts: ich bitte/ der König wolle mit seinen Knechten zu seinem Diener kommen.

25. Und der König sprach zu Absalom: Thue das nit/mein Sohn/ begehre nit/ daß wir alle kommen/ und dich beschweren. Als er ihn aber nöthigte/ und er gleichwol nit kommen wolte/ seegnete er ihn.

26. Und Absalom sprach: Wilst du selbst nit kommē so bitte ich/du wollest doch meinen Bruder Amnon mit uns gehen lassen. Und der König sprach zu ihm: Es ist nit noth daß er mit dir gehe.

27. Da nöthigte ihn Absalom/ und also ließ er Amnon und alle Kinder deß Königs mit ihm ziehen Absalom aber hatte ein Gastmahl angerichtet/ wie eines Königs Gastmahl.

28. Und Absalom hatte seinen Knechten befohlen/ und gesagt: Habt acht darauf/ wan Amnon truncken wird vom Wein und ich euch sage: Schlaget ihn/ und tödtet ihn: so förchtet euch nit: dan ich bins/ der ich euch befehle: Fasset ein Hertz/ und seyd tapffere Männer.

29. Also thäten die Knaben Absalom wider Amnon/ wie ihnen Absalom befohlen hatte. Da stunden alle Kinder deß Königs auf/ und ein jeglicher setzte sich auf seinen Maulesel/ und sie gaben sich auf die Flucht.

30. Als sie nun noch auf dem Weeg waren/ kam die Zeitung zu David/ und ward gesagt: Absalom hat alle Söhn deß Königs erschlagen/ und ist auch nit ein eintziger von ihnen übrig bliben.

31. Da stund der König auf/ und zerrisse seine Kleyder: und er fiel nider zur Erden und alle seine Knecht/ die bey ihm stunden/ zerrissen auch ihre Kleyder.

32. Aber Jonadab/ der Sohn Semmaa/ deß Bruders Davids/ antwortet und sprach: Mein Herr der König halte es nit dafür/ daß alle Knaben deß Königs Söhn erschlagen seyn: sondern Amnon ist allein todt bliben: dan er war dem Absalom im Mund/ von dem Tag an/ daß er seine Schwester Thamar verkräfftiget hat.

33. Darum nehme mein Herr König das Wort nit zu Hertzen/ und sage: Alle Söhn deß Königs seynd erschlagen: dan Amnon ist allein todt bliben.

III. 34. Absalom aber nahm die Flucht. Und der Knab der auf der Hut ware/ hub seine Augen auf/ und schaute: und sihe/ es kam vil Volcks durch einen Nebenweeg auf der Seiten deß Bergs.

biennii *k*, ut tonderentur oves Absalom in Baalhasor, quæ est juxta Ephraim: & vocavit Absalom omnes filios regis, *k An. M. 2974. Ant. Ch. 1030.*

24. venitque ad regem, & ait ad eum: Ecce tondentur oves servi tui: veniat, oro, rex cum servis suis ad servum suum.

25. Dixitque rex ad Absalom: Noli fili, mi, noli rogare ut veniamus omnes, & gravemus te. Cùm autem cogeret eum, & noluisset ire, benedixit *l* ei. *l i. bene precando.*

26. Et ait Absalom: Si non vis venire, veniat, obsecro, nobiscum saltem Amnon frater meus. Dixitque ad eum rex: Non est necesse ut vadat tecum.

27. Coegit itaque Absalom eum, & dimisit cum eo Amnon & universos filios regis. Fecerátque Absalom convivium quasi convivium regis.

28. Præceperat autem Absalom pueris suis, dicens: Observate cùm temulentus fuerit Amnon vino, & dixero vobis: Percutite eum, & interficite, nolite timere: ego enim sum qui præcipio vobis *m*: roboramini, & estote viri fortes. *m omne periculum in me recipio.*

29. Fecerunt ergo pueri Absalom adversum Amnon, sicut præceperat eis Absalom. Surgentésque omnes filii regis ascenderunt singuli mulas suas, & fugerunt.

30. Cumque adhuc pergerent in itinere, fama pervenit ad David, dicens: Percussit Absalom omnes filios regis, & non remansit ex eis saltem unus.

31. Surrexit itaque rex, & scidit vestimenta sua: & cecidit super terram, & omnes servi illius, qui assistebant ei, sciderunt vestimenta sua.

32. Respondens autem Jonadab filius Semmaa fratris David, dixit: Ne æstimet dominus meus rex quòd omnes pueri filii regis occisi sint: Amnon solus mortuus est, quoniam in ore *n* Absalom erat positus *o*, ex die quâ oppressit Thamar sororem ejus. *n decreto & sententia. o sc. occidendus.*

33. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suum verbum istud, dicens: Omnes filii regis occisi sunt: quoniam Amnon solus mortuus est.

III. 34. Fugit autem Absalom: & elevavit puer speculator oculos suos, & aspexit: & ecce populus multus veniebat per iter devium ex latere montis.

35. Dixit autem Jonadab ad regem: Ecce filii regis adsunt: juxta verbum servi tui sic factum est.

36. Cumque cessasset loqui, apparuerunt & filii regis, & intrantes levaverunt vocem suam, & fleverunt: sed & rex & omnes servi ejus fleverunt ploratu magno nimis.

37. Porrò Absalom fugiens, abiit ad Tholomai *p* filium Ammiud regem Gessur. Luxit ergo David filium suum cunctis diebus.

p avum suum maternum.

38. Absalom autem cùm fugisset, & venisset in Gessur, fuit ibi tribus annis.

39. Cessavítque rex David persequi Absalom, eò quòd consolatus esset super Amnon interitu.

Caput XIV.

I. Joab curat mulieris Thecuitæ solertiâ revocari Absalom à Gessur in Jerusalem: 1.

II. De pulchritudine & filiis Absalom, 25.

III. Qui biennio post reditum faciem patris non vidit, donec messem Joab incendi jussit. 28.

Anno M. 2977. Ant. Chr. 1027.

1. INtelligens autem Joab filius Saruiæ, quòd cor regis versum esset ad Absalom

2. misit Thecuam *a*, & tulit inde mulierem sapientem: dixítque ad eam: Lugere te simula, & induere veste lugubri, & ne ungaris oleo, ut sis quasi mulier jam plurimo tempore lugens mortuum:

a distat à Jerusalem novem milliaria, sed v. Amos 1.

3. & ingrediêris ad regem, & loquêris ad eum sermones hujuscemodi. Posuit autem Joab verba in ore ejus.

4. Itaque cùm ingressa fuisset mulier Thecuitis ad regem, cecidit coram eo super terram, & adoravit, & dixit: Serva me rex *b*.

b Hæc familiaris erat supplicantium formula.

5. Et ait ad eam rex: Quid causæ habes? Quæ respondit: Heu, mulier vidua ego sum: mortuus est enim vir meus.

6. Et ancillæ tuæ erant duo filii: qui rixati sunt adversum se in agro, nullusque erat, qui eos prohibere posset: & percussit alter alterum, & interfecit eum.

7. Et ecce consurgens universa cognatio adversum ancillam tuam, dicit: Trade eum, qui percussit fratrem suum, ut occidamus eum pro anima fra-

35. Und Jonadab sprach zum König: Sihe die Söhn deß Königs seynd vorhanden: wie dein Knecht gesagt hat / also ists ergangen.

36. Und da er aufhörte zu reden / liessen sich die Söhn deß Königs auch sehen: und da sie hinein kamen / huben sie ihre Stimm auf / und weineten: so weinte auch der König / und alle seine Knecht mit einem sehr grossen Geschrey.

37. Absalom aber flohe davon / und zoge zu Tholomai / dem Sohn Ammiud / dem König zu Gessur. Und David trug alle die Tag Leyd über seinen Sohn.

39. Nachdem nun Absalom geflohen war / und gen Gessur kommen war er daselbst drey Jahr lang.

39. Und der König David hörete auf den Absalom zuverfolgen / darum / daß er sich wegen deß Tods Amnon getröstet hatte.

Das XIV. Capitel.

I. Ein kluges Weib von Thecua / auß Anstifftung Joabs / überredt David / daß er seinen flüchtigen Sohn Absalom wider zu Gnaden aufnimmt / 1.

II. Von Schönheit und den Kindern Absalom / 25.

III. Nach zweyen Jahren eröffnet Joab dem Absalom den Zugang zu David / 28.

1. ALs aber Joab / der Sohn Saruiá merckte / daß sich deß Königs Hertz zum Absalom gewendet hatte.

2. Sandte er gen Thecua und ließ ein vernünfftig Weib von dannen holen / und sprach zu ihr: Nimm dich an / als wan du Leyd trugest / und ziehe Trauerkleyder an / und salbe dich nit mit Oel / damit du seyest / wie ein Weib / das lange Zeit über einen Todten Leyd getragen hat.

3. Und du solst zum König hinein gehen / und diese Wort mit ihm reden: und Joab legte ihr die Wort in ihren Mund.

4. Da nun das Weib von Thecua zum König hinein kam / fiel sie vor ihm nider auf die Erden / und bettete an / und sprach: Hilff mir / O König.

5. Und der König sprach zu ihr: Was hast du für eine Sach? Sie antwortete: Ich bin / ach leyder / eine Wittfrau: dan mein Mann ist gestorben.

6. Und deine Magd hatte zween Söhn / die zanckten sich mit einander auf dem Feld / u. war niemand da / der ihnen kunte wehren / und einer schlug den andern / und tödtete ihn.

7. Und sihe / die gantze Freundschafft stehet auf wider deine Magd / und spricht: Gib den her / der seinen Bruder erschlagen hat / daß wir ihn tödten für die Seel seines Bruders / den er umgebracht hat

hat / und daß wir den Erben vertilgen: also trachten sie darnach/ daß sie meinen Funcken außlöschen/ der übrig bliben ist/ damit der Nam meines Mañs/ und seine Nachkömmling nit übrig bleiben auf Erden.

8. Und der König sprach zu dem Weib: Gehe hin in dein Hauß/ ich wil für dich Befehl geben.

9. Und das Weib von Thecua sprach zum König: Mein Herr König / die Missethat sey auf mir/ und auf dem Hauß meines Vatters: aber der König und sein Thron sey unschuldig.

10 Und der König sprach: Wer dir widerspricht/ den führe hieher zu mir / so wird er dich hinführo nit mehr anrühren.

11. Sie sprach: Der König gedencke an den HErrn seinen GOtt / daß der nächsten Bluts-Freunden nit zu vil werden / die Rach zu fordern / u. daß sie ja keines Wegs meinen Sohn tödten. Der König sprach: So wahr der Herr lebet es sol keins von den Haaren deines Sohns auf die Erden fallen.

12. Und das Weib sprach: Laß deine Magd zu meinem Herrn dem König ein Wort reden: Er sprach: Sage her.

13. Und das Weib sprach: Warum hast du ein solch Ding gedacht wider das Volck GOttes/ und warum hat der König das Wort geredet / daß er sich versündigen wolle / und seinen außgetribenen nit widerum zu Hauß führen?

14. Wir sterben alle/ u. zerfliessen in die Erden/ wie Wasser das nit wider kommt: So wil GOtt nit/ daß die Seel verlohren werde: sondern er entsinnet sich/ und richtet seine Gedancken dahin / daß der nit gar zu Grund gehe / der verworffen ist.

15. Und nun/ ich bin kommen diß Wort zu meinem Herrn dem König in Gegenwart deß Volcks zu reden / dan deine Magd sprach: Ich wil mit dem König reden/ ob villeicht der König das Wort seiner Magd einiger massen ins Werck richte.

16. Nun hat der König gehöret / daß er seine Magd errette von der Hand aller der jenigen / die mich/ und meinen Sohn zu gleich auß dem Erbtheil GOttes vertilgen wolten.

17. Darum laß nun deine Magd sagen / daß meines Herrn deß Königs Wort sey wie ein Opffer / dan mein Herr der König ist wie ein Engel GOttes / daß er sich weder mit Seegen / noch mit Fluch bewegen lasset: darum auch der HErr dein GOtt bey dir ist.

18. Und der König antwortet und sprach zu dem Weib: Verbirge das Wort nit vor mir / das ich dich frage/ und das Weib sprach zu ihm: Rede, mein Herr König.

tris sui, quem interfecit, & deleamus heredem: & quærunt extinguere scintillam meam, quæ relicta est, ut non supersit viro meo nomen, & reliquiæ super terram.

8. Et ait rex ad mulierem: Vade in domum tuam, & ego jubebo *c* pro te.

9. Dixítque mulier Thecuitis ad regem: In me, domine mi rex, sit iniquitas, & in domum patris mei: rex autem & thronus ejus sit innocens.

10. Et ait rex: Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me, & ultrà non addet ut tangat te.

11. Quæ ait: Recordetur rex Domini Dei sui *d*, ut non multiplicentur proximi sanguinis ad ulciscendum, & nequaquam interficiant filium meum. Qui ait: Vivit Dominus, quia non cadet de capillis filii tui super terram.

12. Dixit ergo mulier: Loquatur ancilla tua ad dominum meum regem verbum. Et ait: Loquere.

13. Dixítque mulier: Quare cogitasti hujuscemodi rem contra populum Dei *e*, & locutus est rex verbum istud, ut peccet, & non reducat ejectum suum?

14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur: *f* nec vult Deus perire animam, sed retractat cogitans ne penitus pereat qui abjectus est.

15. Nunc igitur veni, ut loquar ad dominum meum regem verbum hoc, præsente populo. Et dixit ancilla tua: Loquar ad regem, si quo modo faciat rex verbum ancillæ suæ.

16. Et audivit rex *g*, ut liberaret ancillam suam de manu omnium, qui volebant de hereditate Dei delere me, & filium meum simul.

17. Dicat ergo ancilla tua, ut fiat verbum domini mei regis sicut sacrificium *h*. Sicut enim Angelus Dei *i*, sic est dominus meus rex, ut nec benedictione, nec maledictione moveatur *k*: unde & Dominus Deus tuus est tecum.

18. Et respondens rex, dixit ad mulierem: Ne abscondas à me verbum, quod te interrogo. Dixítque ei mulier: Loquere domine mi rex.

c sc. ne cognati quærant filii tui mortē.

d i. decernat firmiter quasi cum juramento.

e Contra omnium vota & totius regni bonum.

f 1. Reg. 7. 6 Ezech. 18. 32. & 33. 11.

g q. d. audiet me in figura, multo magis in refigurata.

h placationis, sc. ut placetur exuli Absaloni.

i 1. Reg. 29. 9.

k sc. à recto.

19. Et

19. Et ait rex: Numquid manus *l* Joab tecum est in omnibus istis? Respondit mulier, & ait: Per salutem animæ tuæ, domine mi rex, nec ad sinistram, nec ad dexteram est *m*, ex omnibus his, quæ locutus est dominus meus rex: servus enim tuus Joab, ipse præcepit mihi, & ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc.

l i. opera.

m q. d. non aberras sed veritatem attigisti.

20. Ut verterem figuram sermonis hujus, servus tuus Joab præcepit istud: tu autem domine mi rex, sapiens es, sicut habet sapientiam Angelus Dei, ut intelligas omnia super terram.

21. Et ait rex ad Joab: Ecce placatus feci verbum tuum: vade ergo, & revoca puerum Absalom.

22. Cadensque Joab super faciem suam in terram, adoravit, & benedixit regi: & dixit Joab: Hodie intellexit servus tuus, quia inveni gratiam in oculis tuis, domine mi rex: fecisti enim sermonem servi tui.

23. Surrexit ergo Joab & abiit in Gessur, & adduxit Absalom in Jerusalem.

24. Dixit autem rex: Revertatur in domum suam, & faciem meam non videat. Reversus est itaque Absalom in domum suam, & faciem regis non vidit.

II. 25. Porrò sicut Absalom, vir non erat pulcher in omni Israel, & decorus nimis: à vestigio pedis usque ad verticem non erat in eo ulla macula.

26. Et quando tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur, quia gravabat eum cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis, pondere publico.

27. Nati sunt autem Absalom filii tres: & filia una nomine Thamar, elegantis formæ.

III. 28. Mansitq; Absalom in Jerusalem duobus annis, & faciem regis non vidit.

29. Misit *n* itaque ad Joab, ut mitteret eum ad regem: qui noluit venire ad eum. Cumque secundò misisset, & ille noluisset venire ad eum,

n Anno M. 2979. Ant. Chr. 1025.

30. dixit servis suis: Scitis agrum Joab juxta agrum meum, habentem messem hordei: ite igitur, & succendite eum igni. Succenderunt ergo servi Absalom segetē igni. Et venientes servi Joab, scissis vesti-

19. Und der König sprach: Ist nit die Hand Joabs mit dir in disem allem? Das Weib antwortet und sprach: Bey dem Heyl deiner Seel/ mein Herr König/ es ist weder zur Lincken/ noch zur Rechten von allem dem/ was mein Herr der König geredet hat: dan dein Knecht Joab der hat mirs befohlen: und er hat alle dise Wort in den Mund deiner Magd gelegt.

20. Daß ich die Gestalt diser Red also wenden solte/ das hat dein Knecht Joab befohlen: aber du mein Herr König bist weiß/ wie ein Engel GOttes Weißheit hat/ daß du alle Ding auf Erden verstehest.

21. Da sprach der König zu Joab: sihe/ ich bin versönet/ u. hab gethan/ was du geredet hast: derwegen ziehe hin/ und beruff den Knaben Absalom widerum

22. Da fiel Joab auf sein Angesicht zur Erden/ bettete an/ und seegnete den König: und Joab sprach: Heutiges Tags hat dein Knecht verstanden/ mein Herr König/ daß ich Gnad gefunden hab vor deinen Augen: dan du hast gethan/ was dein Knecht geredet hat.

23. Also machte sich Joab auf/ und zoge hin gen Gessur. Und führete Absalom gen Jerusalem.

24. Aber der König sprach: Er sol widerum gehen in sein Hauß/ und mein Angesicht nit sehen. Also gieng Absalom widerum in sein Hauß/ und sahe deß Königs Angesicht nit.

II. 25. Es war aber in gantz Israel kein Mann so wohl gestalt/ als Absalom/ der über die Maß schön war: von seinen Fußsolen an biß zum Haubtschedel war kein Mackel an ihm.

26. Wan er sein Haar abscheeren ließ (er ließ es aber einmahl im Jahr abscheeren/ weil ihn das Haar beschwerte) so woge das Haar seines Haubts zwey hundert Sickel/ nach dem gemeinen Gewicht.

27. Es seynd aber dem Absalom drey Söhn gebohren/ und eine Tochter mit Namen Thamar/ die schön von Gestalt war.

III. 28. Und Absalom blib zwey Jahr zu Jerusalem/ und sahe deß Königs Angesicht nit.

29. Derwegen sandte er nach Joab/ daß er ihn zum König schickte: und er wolte nit zu ihm kommen. Als er auch zum andernmahl sandte/ und er wolte nit zu ihm kommen/

30. sprach er zu seinen Knechten: Ihr wisset den Acker Joab neben meinem Acker/ und er hat Gersten darauf: so gehet hin/ und zündet ihn mit Feuer an. Also zündeten die Knecht Absalom die Frücht mit Feuer an. Da kamen die Knecht Joabs mit zerrissenen

senen Kleydern/u. sprachen: die Knecht Absalom haben ein Theil deß Ackers mit Feuer verbrant.

31. Da machte sich Joab auf / und kam zu Absalom in sein Hauß / und sprach: Warum haben deine Knecht meine Frücht mit Feuer angezündet?

32. Und Absalom antwortet dem Joab: Ich hab zu dir gesandt/u. gebetten/du wöllest zu mir kommen/ damit ich dich zum König schickte/ ihm anzusagen: Warum bin ich von Gessur kommen? es wäre mir besser / daß ich noch da wäre: darum bitte ich / daß ich deß Königs Angesicht sehen möge: gedencket er aber noch an meine Missethat so lasse er mich tödtě.

33. Da gieng Joab zum König hinein und vermeldete ihm diß alles: und Absalom ward berufen/ und kam zum König hinein/ und bettete an vor ihm biß auf den Erdboden / und der König kussete den Absalom.

Das XV. Capitel.

I. Absalom wird aufrührisch wider David / und ziehet das Volck an sich / 1.
II. David fliehet mit den seinigen auß Jerusalem/ 14.
III. Schickt die Arch deß Bunds durch Sadoc und Abiathar zuruck nach Jerusalem/ 24.
IV. Befihlt Chusai / daß er zuruck kehre / und Achitophels Rath zerstöre/ 32.

1. UNd nach disem machte ihm Absalom Wagen und Reuter/ und fünfftzig Mann / die vor ihm hergiengen.

2. Und Absalom machte sich morgens früh auf/ und stund am Thor / da man hinein gieng / und jederman / der eine Sach hatte / darum er zum Gericht deß Königs kam / rieff der Absalom zu sich / und sprach: Auß welcher Stadt bist du? Der antwortet alsdann / und sprach: Ich dein Knecht bin auß einem von den Stämmen Israel.

3. So antwortet ihm Absalom: Mich duncket / daß deine Red gut und gerecht sey: aber es ist niemand vom König verordnet / der dich anhöre: Und Absalom sprach:

4. Wer setzt mich zum Richter über das Land / daß alle zu mir kommen / die einige Sach hätten / damit ich urtheilen möchte / wie recht ist?

5. Wan auch ein Mensch zu ihm kam / ihn zubegrüssen / so streckete er seine Hand auß / und griff ihn an / und kussete ihn.

6. Und das thäte er dem gantzen Israel / wer zum Gericht kam / daß er vom König gehöret wurde / und zohe die Hertzen der Männer Israel an sich.

7. Aber nach viertzig Jahren sprach Absalom zum König David: Ich wil hingehen / und mein Gelübd außrichten zu Hebron / das ich dem HErrn gelobt hab.

bus suis, dixerunt: Succenderunt servi Absalom partem agri igni.

31. Surrexítque Joab, & venit ad Absalom in domum ejus, & dixit: Quare succenderunt servi tui segetem meam igni?

32. Et respondit Absalom ad Joab: Misi ad te obsecrans ut venires ad me, & mitterem te ad regem, & diceres ei: Quare veni de Gessur? meliùs mihi erat ibi esse: obsecro ergo ut videam faciem regis: quòd si memor est iniquitatis meæ, interficiat me.

33. Ingressus itaque Joab ad regem, nuntiavit ei omnia: vocatusque est Absalom, & intravit ad regem, & adoravit super faciem terræ coram eo: osculatúsque est *o* rex Absalom.

Caput XV.

I. Absalom conciliato sibi populi favore, adversus patrem conjurat in Hebron, 1.
II. Quem pater fugit, 14.
III. Paucis cum Arca remissis, 24.
IV. Inter alios Chusai remittitur, dissipaturus consilium Achitophel. 32.

1. IGitur post hæc fecit sibi Absalom currus, & equites, & quinquaginta viros, qui præcederent eum.

2. Et mane consurgens Absalom, stabat juxta introitum portæ *a*, & omnem virum, qui habebat negotium ut veniret ad regis judicium, vocabat Absalom ad se, & dicebat: De qua civitate es tu? Qui respondens ajebat: Ex una tribu Israel ego sum servus tuus.

3. Respondebátque ei Absalom: Videntur mihi sermones tui boni & justi. Sed non est qui te audiat constitutus à rege. Dicebátque Absalom:

4. Quis me constituat judicem super terram, ut ad me veniant omnes, qui habent negotium, & justè judicem?

5. Sed & cùm accederet ad eum homo ut salutaret illum, extendebat manum suam, & apprehendens, osculabatur eum.

6. Faciebátque hoc omni Israel venienti ad judicium, ut audiretur à rege, & sollicitabat *b* corda virorum Israel.

7. Post *c* quadraginta autem annos, dixit Absalom ad regem David: Vadam, & reddam vota mea quæ vovi Domino in Hebron.

Mm mm 8.

o more Hebræo, in reconciliationis signum, *Luc.* 15 20.

Anno M. 2980. Ant. Chr. 1024.

a i. regiæ.

b i. sibi conciliabat.

c legendum est juxta Correctiones Romanas & emendatissimos Codices sc. post 40 annos æræ vulgatæ regum in Israel, quæ cœpit ab electione Saul: & post quartum annum à reditu Absalonis: quatuor enim annos intercessisse notat & Josephus, ut sit mundi 2981. ante Christum 1023.

8. Vovens enim vovit servus tuus, cùm esset in Gessur Syriæ, dicens: Si reduxerit me Dominus in Jerusalem, sacrificabo Domino.

9. Dixitque ei rex David: Vade in pace. Et surrexit, & abiit in Hebron.

10. Misit autem Absalom exploratores in universas tribus Israel, dicens: Statim ut audieritis clangorem buccinæ, dicite: Regnavit Absalom in Hebron.

11. Porrò cum Absalom ierunt ducenti viri de Jerusalem vocati, euntes simplici corde, & causam penitùs ignorantes.

12. Accersivit quoque Absalom Achitophel Gilonitem consiliarium David, de civitate sua Gilo. Cumque immolaret victimas, facta est conjuratio valida, populusque concurrens augebatur cum Absalom.

13. Venit igitur nuntius ad David, dicens: Toto corde universus Israel sequitur Absalom.

II. 14. Et ait David servis suis, qui erant cum eo in Jerusalem: Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium à facie Absalom: festinate egredi, ne forte veniens occupet nos, & impellat super nos ruinam, & percutiat civitatem in ore gladii.

15. Dixeruntque servi regis ad eum: Omnia quæcumque præceperit dominus noster rex, libenter exequemur servi tui.

16. Egressus est ergo rex *d*, & universa domus ejus pedibus suis: & dereliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum.

d Eodem anno 2981. ætatis David 62.

17. Egressusque rex & omnis Israel pedibus suis, stetit procul à domo:

18. & universi servi ejus ambulabant juxta eum, & legiones Cerethi & Phelethi, & omnes Gethæi, pugnatores validi, sexcenti viri qui secuti eum fuerant de Geth pedites, præcedebant regem.

19. Dixit autem rex ad Ethai Gethæū *e*: Cur venis nobiscum? revertere, & habita cum rege, quia peregrinus es, & egressus es de loco tuo.

e iste è Geth Philisthinorum transfuga nuper venit ad David, & nunc eidem fidus fugæ comes est. v. *infrà c.* 18.

20. Heri venisti, & hodie compelleris nobiscum egredi? ego autem vadam

8. Dan dein Knecht thäte ein Gelübd / da er zu Gessur in Syrien war / und sprach: Wan mich der HErr widerum gen Jerusalem führen wird / so wil ich dem HErrn ein Opffer thun.

9. Und der König David sprach zu ihm: Gehe hin im Friden. Und er machte sich auf / und zoge gen Hebron.

10. Aber Absalom schickte Kundschaffter auß unter alle Stämm Jsrael / und ließ sagen: Sobald ihr hören werdet den Schall der Posaunen / so sprechet: Absalom regieret zu Hebron.

11. Es zogen aber mit Absalom zweyhundert Männer von Jerusalem / die beruffen waren / und giengen dahin in Einfalt ihres Hertzen / und wusten durchauß nichts von dem Handel.

12. Auch forderte Absalom Achitophel den Giloniter / Davids Rath / zu sich von seiner Stadt Gilo. Und als er die Schlachtopffer opfferte / ward eine starcke Verbündnuß mit Eydspflicht gemacht: und das Volck lieff zusammen / und mehrete sich bey Absalom.

13. Da kam ein Bott zu David / der sprach: Gantz Jsrael folget dem Absalom von gantzem Hertzen.

II. 14. Und David sprach zu seinen Knechten / die zu Jerusalem bey ihm waren: Machet euch auf / und lasset uns fliehen: Dan wir werden vor dem Angesicht Absalom keine Außflucht haben: eilet / und ziehet geschwind hinauß / damit er villeicht nit komme / und uns überfalle / u. ein Unglück auf uns treibe / u schlage die Stadt mit d' Schärpff deß Schwerds

15. Und die Knecht deß Königs sprachen zu ihm: Alles / was unser HErr der König gebieten wird / das wollen wir deine Knecht gern ins Werck richten.

16. Da gieng der König zu Fuß hinauß / mit seinem gantzen Hauß / er ließ aber allda zehen Kebsweiber das Hauß zubewahren.

17. Und der König gieng zu Fuß hinauß / und gantz Jsrael / und stund weit vom Hauß:

18. Und alle seine Knecht giengen neben ihm: dazu die Schaaren Cerethi und Phelethi / und alle Gethiter / behertzte Kriegsleut / sechshundert Mann / welche ihm von Geth zu Fuß gefolget waren / die giengen vor dem König her.

19. Aber der König sprach zu Ethai dem Gethiter: Warum ziehest du mit uns? kehre wider um / und bleibe bey dem König: dan du bist ein Frembdling / und bist von deinem Ort außgezogen.

20. Gestern bist du ankommen / und soltest heut gezwungen werden mit uns außzuziehen / ich aber wil

wil gehen / wohin ich kommen mag: kehre du wider um und führe deine Brüder mit dir und der HErr wird Barmhertzigkeit und Warheit mit dir thun / dieweil du Gnad und Treu bewisen hast.

21. Und Ethai antwortete dem König und sprach: So wahr der HErr lebet / und so wahr mein Herr der König lebet: an welchem Ort du seyn wirst / mein Herr König / es sey im Tod / oder im Leben / da wird dein Knecht auch seyn.

22. Da sprach David zu Ethai: So komm / und ziehe mit hinüber. Und Ethai der Gethiter zoge mit hinüber und alle Männer / die bey ihm waren / samt dem übrigen Hauffen.

23. Und sie weineten alle miteinander mit lauter Stimm und alles Volck zoge hinüber: auch gieng der König über den Bach Cedron / und das gantze Volck gab sich gegen den Weeg / der zur Wüst hinauß sihet.

III. 24. Es kam aber auch Sadoc der Priester / und mit ihm alle Leviten / welche die Arch deß Bunds GOttes trugen / und sie setzten die Arch GOttes nider: und Abiathar trat hinauf / biß daß alles Volck beyeinander war / das aus der Stadt kommen war.

25. Und der König sprach zu Sadoc: Trage die Arch GOttes widerum in die Stadt: werde ich Gnad finden vor den Augen deß HErrn / so wird er mich widerum hieher führen / und wird mir sie / samt seinem Tabernackel zu sehen geben.

26. Spricht er aber zu mir: Ich hab an dir kein Gefallen / so bin ich hie bereit: Er thue / was vor ihm gut ist.

27. Und der König sprach zu Sadoc dem Priester: O Seher / kehre wider um in die Stadt mit Friden: lasset auch den Achimaas deinen Sohn / und Jonathan / den Sohn Abiathar / eure beyde Söhn / bey euch seyn.

28. Sihe / ich wil mich verborgen halten auf dem flachen Feld an der Wüst / biß von euch Bottschafft komme / mir etwas anzuzeigen.

29. Also trugen Sadoc und Abiathar die Arch GOttes widerum gen Jerusalem / und bliben daselbst.

30. David aber gieng den Oelberg hinan: er stig immer hinauf / und weinete / und gieng mit blossen Füssen / und mit bedecktem Haubt / auch alles Volck / das bey ihm war / gieng hinauf mit bedecktem Haubt / und weinend.

31. Es ward aber dem David angezeiget / daß Achitophel auch im Bund mit Absalom wäre: Da sprach David: Ich bitte / O HErr / bethöre den Rath Achitophels.

quò iturus sum: revertere, & reduc tecum fratres tuos, & Dominus faciet tecum misericordiam, & veritatem, quia ostendisti gratiam & fidem.

21. Et respondit Ethai regi, dicens: Vivit Dominus, & vivit dominus meus rex: quoniam in quocumque loco fueris domine mi rex, sive in morte, sive in vita, ibi erit servus tuus.

22. Et ait David Ethai: Veni, & transi. Et transivit Ethai Gethæus, & omnes viri qui cum eo erant, & reliqua multitudo.

23. Omnésque flebant voce magnâ, & universus populus transibat: rex quoque transgrediebatur Torrentem Cedron *f*, & cunctus populus incedebat contra viam, quæ respicit ad desertum.

f Sic dictus est à loci obscuritate quasi umbrosus, quia Cedron Hebr. significat nigrum, obscurum.

III. 24. Venit autem & Sadoc sacerdos, & universi Levitæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei, & deposuerunt arcam Dei: & ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis populus, qui egressus fuerat de civitate.

25. Et dixit rex ad Sadoc: Reporta arcam Dei in urbem: si invenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum.

26. Si autem dixerit mihi: Non places: præstò sum, faciat quod bonum est coram se.

27. Et dixit rex ad Sadoc sacerdotem: O videns *g* revertere in civitatem in pace: & Achimaas filius tuus, & Jonathas filius Abiathar, duo filii vestri, sint vobiscum.

g sacerdos qui vides & prophetas per Urim & Tummim. Exod. c. 28. 5.

28. Ecce ego abscondar in campestribus deserti, donec veniat sermo à vobis indicans mihi.

29. Reportaverunt ergo Sadoc, & Abiathar arcam Dei in Jerusalem: & manserunt ibi.

30. Porrò David ascendebat Clivum olivarum, scandens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite *h*, sed & omnis populus, qui erat cum eo, operto capite ascendebat plorans.

h sc. more lugentium.

31. Nuntiatum est autem David, quòd & Achitophel esset in conjuratione cum Absalom, dixítque David: Infatua, quæso, Domine consilium Achitophel.

IV. 32. Cumque ascenderet David summitatem montis, in quo adoraturus erat Dominum *i*, ecce occurrit ei Chusai Arachites *k*, scissâ veste, & terrâ pleno capite.

i convertendo se versus montem Sion ubi sedes erat arcæ.
k ex civitate Arach, aliàs Edessa.

33. Et dixit ei David: Si veneris mecum, eris mihi oneri:

34. si autem in civitatem revertaris, & dixeris Absalom: Servus tuus sum, rex: sicut fui servus patris tui, sic ero servus tuus: dissipabis consilium Achitophel.

35. Habes autem tecum Sadoc, & Abiathar sacerdotes: & omne verbum quodcumque audieris de domo regis, indicabis Sadoc, & Abiathar sacerdotibus.

36. Sunt autem cum eis duo filii eorum, Achimaas filius Sadoc, & Jonathas filius Abiathar: & mittetis per eos ad me omne verbum quod audieritis.

37. Veniente ergo Chusai amico David in civitatem. Absalom quoque ingressus est Jerusalem.

Caput XVI.

I. David Sibæ cibaria afferenti confert bona Miphiboseth, 1.
II. Semei maledicentem occidi vetat. 5.
III. Absalom Jerusalem ingressus, consilio Achitophel ad concubinas patris sui publicè ingreditur. 16.

Eodem anno 2981. Ant. Chr. 1023.

1. CUmque David transisset paululùm montis verticem, apparuit Siba puer Miphiboseth in occursum ejus, cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis uvæ passæ, & centum massis palatharum *a*, & utre vini.

a Chaldæus habet caricarum seu ficuum aridarum.

2. Et dixit rex Sibæ. Quid sibi volunt hæc? Respondítque Siba: Asini, domesticis regis ut sedeant: panes & palathæ, ad vescendum pueris tuis: vinum autem, ut bibat si quis defecerit in deserto.

3. Et ait rex: Ubi est filius domini tui? *b* Respondítque Siba regi: Remansit in Jerusalem, dicens: Hodie restituet mihi domus Israel regnum patris mei.

b Infr. 19. 27.

4. Et ait rex Sibæ: Tua sint omnia quæ fuerunt Miphiboseth. Dixítque Siba: Oro, ut inveniam gratiam coram te, domine mi rex.

IV. 32. Und als David auf die Höh deß Bergs kam / da er den HErrn anbetten wolte / sihe / da begegnete ihm Chusai / der Arachiter / mit zerrissenen Kleydern / und war sein Haubt mit Erden bedecket.

33. Und David sprach zu ihm: Wan du mit mir ziehest / so wirst du mir ein Last seyn.

34. Wan du aber widerum in die Stadt gehest / und sprichst zu Absalom: Ich bin / O König / dein Knecht: wie ich deines Vatters Knecht gewesen bin / so wil ich dein Knecht auch seyn: so wirst du den Rath Achitophels zu nicht machen.

35. Du hast aber Sadoc / und Abiathar / die Priester bey dir: alles was du hören wirst von deß Königs Hauß / das solst du Sadoc und Abiathar / den Priestern / anzeigen.

36. Es seynd aber ihre beyde Söhn mit ihnen / Achimaas / der Sohn Sadoc / und Jonathas / der Sohn Abiathar: durch dieselbe sollet ihr mir alles zu wissen thun / was ihr hören werdet.

37. Als nun Chusai / der Freund Davids / in die Stadt kam / zoge Absalom auch zu Jerusalem hinein.

Das XVI. Capitel.

I. David wird von Siba mit Speiß und Tranck versehen / und schencket ihm seines Herrn Miphiboseths Güter / 1.
II. Wird von Semei geschmähet / leydet die Schmach mit Gedult / und verbietet ihn um zubringen / 5.
III. Absalom kommt gen Jerusalem / und beschlaffet / auß Achitophels Rath / die Kebsweiber seines Vatters / 16.

1. DA nun David ein wenig über die Höh deß Bergs kommen war / ließ sich Siba / der Knecht Miphiboseths sehen / und kam ihm entgegen mit zweyen Eslen / welche mit zweyhundert Brod beladen waren / und mit hundert Bündlein Rosin / und hundert Stuck Feigen / und mit einem Schlauch Weins.

2. Da sprach der König zu Siba: Wofür ist diß? Und Siba antwortet: Die Esel sollen für das Gesind deß Königs seyn / daß sie darauf reiten: die Brod und Feigen für deine Knecht zu essen / der Wein aber zu trincken / wan jemand krafftloß würde in der Wüst.

3. Und der König sprach: Wo ist der Sohn deines Herrn? Siba antwortet dem König: Er ist zu Jerusalem bliben / dan er sprach: Heut wird mir das Hauß Israel meines Vattes Reich widerum geben.

4. Da sprach der König zu Siba: Alles was Miphiboseth hat / sol dein seyn. Und Siba sprach: Ich bitt / mein Herr König / daß ich Gnad vor dir finden möge.

5.

II. 5. Also kam der König David biß gen Bahurim.
Und sihe da gieng ein Mann herauß von der Ver-
wandtschafft deß Hauß Saul / mit Namen / Se-
mei / der Sohn Gera/ der tratt hervor / gieng und
fluchte /
6. Und warff mit Steinen auf David / und auf
alle Knecht deß König Davids: aber das gantze
Volck / und alle streitbare Männer giengen neben
dem König zur rechten / und zur lincken Sei-
ten.
7 Semei aber sprach also / da er dem König
fluchte: Gehe herauß / gehe herauß / du blutgiri-
ger Mann / und du Mann Belial.
8. Der HErr hat dir alles Blut deß Hauß Saul
vergolten / dieweil du dich an seine statt zum König-
reich mit Gewalt hast eingetrungen: nun hat der
HErr das Reich in die Hand deines Sohns Absa-
lom übergeben / und sihe / es trucken dich deine böse
Stuck: dan du bist ein blutgiriger Mann.
9. Da sprach Abisai / der Sohn Saruia / zum
König: Warum sol diser todte Hund meinem
Herrn / dem König fluchen? ich wil hingehen/und
wil ihm den Kopff abhauen.
10. Und David sprach: Was hab ich mit euch
zu schaffen/ ihr Kinder Saruiä? lasset ihn bleiben/
daß er fluche: dan der HErr hat ihm befohlen/ daß
er dem David fluchen solte. Und wer ist / der sagen
dörffe / warum er solches gethan hab.
11. Und der König sprach zu Abisai / und zu al-
len seinen Knechten: Sihe / mein Sohn / der von
meinem Leib herkommen ist/suchet mein Seel: Wie
vilmehr dan jetzt der Sohn Jemini? lasset ihn blei-
ben / daß er fluche / nach dem Befehl deß
HErrn:
12. Ob villeicht der HErr mein Elend ansehe/
und mir für disen heutigen Fluch Guts ver-
gelte.
13. Also gieng David durch den Weeg fort /
und seine Gesellschafft mit ihm. Aber Semei
trat gegen ihm daher auf der Höh deß
Bergs / an der Seiten / und fluchte / und
warff gegen ihm mit Steinen: und sprengete die
Erden.
14. Und der König kam dahin/samt allem Volck/
das bey ihm war / und waren fast müd / und er-
quicketen sich daselbst.
15. Absalom aber/ und all sein Volck zogen hin-
ein zu Jerusalem / und Achitophel auch mit
ihm.
III. 16. Als aber Chusai / der Arachiter / Davids
Freund/zu Absalom kam/sprach er zu ihm: Sey ge-
grüsset König / sey gegrüsset König.

II. 5. Venit ergo rex David usque Bahu-
rim: & ecce egrediebatur inde vir de
cognatione domûs Saul, nomine Semei,
filius Gera, procedebâtque egrediens, &
c maledicebat, — c 3. Reg. 2. 8.
6. mittebâtque lapides contra David,
& contra universos servos regis David:
omnis autem populus, & universi bel-
latores à dextro, & à sinistro latere regis
incedebant.
7. ita autem loquebatur Semei cùm male-
diceret regi: Egredere, egredere vir san-
guinum d, & vir Belial e. — d i. homicida. e seu improbe.
8. Reddidit tibi Dominus universum
sanguinem domûs Saul: quoniam inva-
sisti regnum pro eo, & dedit Dominus
regnum in manu Absalom filii tui: & ec-
ce premunt te mala tua, quoniam vir san-
guinum es.
9. Dixit autem Abisai filius Saruiæ, re-
gi: Quare maledicit canis hic mortuus f — f i. vilissimus.
domino meo regi? vadam, & amputabo
caput ejus.
10. Et ait rex: Quid mihi & vobis est filii
Saruiæ? dimittite eum, ut maledicat:
Dominus enim præcepit g ei ut maledice- — g Permisit, eoque velut instrumento utitur.
ret David: & quis est qui audeat dicere,
quare sic fecerit?
11. Et ait rex Abisai, & universis servis
suis: Ecce filius meus, qui egressus est de
utero meo, quærit animam meam: quan-
tò magis nunc filius Jemini h? dimittite — h i. de tribu Benjamin.
eum, ut maledicat juxta præceptum Do-
mini:
12. si fortè respiciat Dominus afflictio-
nem meam, & reddat mihi Dominus bo-
num pro maledictione hac hodierna.
13. Ambulabat itaque David & socii
ejus per viam cum eo. Semei autem
per jugum montis ex latere, contra il-
lum i gradiebatur, maledicens, & mit- — i i. ex adverso.
tens lapides adversum eum, terrámque
spargens.
14. Venit itaque rex, & universus
populus cum eo lassus, & refocillati
sunt ibi k. — k in oppido Bahurim
15. Absalom autem & omnis populus e-
jus l ingressi sunt Jerusalem, sed & Achi- — l alii leg. Israel.
tophel cum eo.
III. 16. Cùm autem venisset Chusai A-
rachites amicus David ad Absalom, locu-
tus est ad eum: Salve rex, salve rex.

17. Ad quem Absalom, hæc est, inquit, gratia tua ad amicum tuum? quare non ivisti cum amico tuo?

18. Respondítque Chusai ad Absalom: Nequaquam: quia illius ero, quem elegit Dominus, & omnis hic populus, & universus Israel, & cum eo manebo.

19. Sed ut & hoc inferam, cui ego serviturus sum? nónne filio regis? sicut parui patri tuo, ita parebo & tibi.

20. Dixit autem Absalom ad Achitophel: Inite consiliũ quid agere debeamus.

21. Et ait Achitophel ad Absalom: Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum: ut cùm audierit omnis Israel quòd fœdaveris *m* patrem tuum, roborentur tecum manus eorum.

m 70. confuderis seu dehonestaveris.

22. *n* Tetenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario, ingressúsque est ad concubinas patris sui coram universo Israel.

n Sup. 12. 11.

23. Consilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum: sic *o* erat omne consilium Achitophel, & cùm esset cum David, & cum esset cum Absalom.

o sc. ad modum divini oraculi.

17. Und Absalom sprach zu ihm: Ist diß deine Gnad gegen deinem Freund? Warum bist du mit deinem Freund nit fort gezogen?

18. Und Chusai antwortete dem Absalom: mit nichten: sondern ich will deß seyn/ den der HErr erwöhlet hat/ und all diß Volck/ und gantz Israel: und bey dem will ich bleiben.

19. Und damit ich das auch anziehe/ wem werde ich dienen? werde ich nit dem Sohn deß Königs dienen? wie ich deinem Vatter gehorsam gewesen bin/ also will ich dir auch gehorsam seyn.

20. Absalom aber sprach zu Achitophel: Berathschlaget/ was wir thun sollen.

21. Und Achitophel sprach zu Absalom: Gehe hinein zu den Kebsweibern deines Vatters/ die er gelassen hat das Hauß zubewahren: damit gantz Israel/ wan sie hören werden/ daß du deinen Vatter geschändet hast/ ihre Händ starck bey dir halten.

22. Da schlug man dem Absalom eine Hütten auf an dem obern Gemach: und er gieng zu seines Vatters Kebsweibern hinein/ vor den Augen deß gantzen Israels.

23. In den Tagen war der Rath Achitophels/ den er gab/ als wan jemand GOtt gerathfraget hätte. Also waren alle Rathschläg deß Achitophels so wohl/ da er bey David war/ als da er auch bey Absalom war.

Caput XVII.

I. Achitophel vult, ut Absalom impetu irruat in patrem. 1.
II. Chusai dissipat consilium Achitophel, 5.
III. Id per nuntios indicat David, 15.
IV. Qui consilio Chusai transit Jordanem, quare se suspendit Achitophel: 22.
V. Tres amici David munera adferunt, ne ejus populus necessariis egens deficeret. 27

Das XVII. Capitel.

I. Achitophel rath dem Absalom/ daß er seinen Vatter alsbald überfalle/ 1.
II. Chusai hindertreibt disen Rath/ und wahrnet David durch Kundschaffter/ 5.
III. Die Kundschaffter kommen in Gefahr/ 18.
IV. David gehet eylends mit dem Volck über den Jordan: Achitophel erhenckt sich: Absalom ziehet wider seinen Vatter zu Feld/ 22.
V. David wird von guten Freunden gespeiset/ 27.

Eodem anno 2981. Ant. Ch. 1023.

1. Dixit ergo Achitophel ad Absalom: Eligam mihi duodecim millia virorum, & consurgens persequar David hac nocte.

2. Et irruens super eum (quippe qui lassus est, & solutis manibus) percutiam eum: cumque fugerit omnis populus, qui cum eo est, percutiam regem desolatum *a*.

a & desertum ab aliis.

3. Et reducam universum populum, quomodo unus homo reverti solet: unum enim virum tu quæris: & omnis populus erit in pace.

1. Und Achitophel sprach zu Absalom: Ich will mir zwölff tausend Mann außerwöhlen/ und will mich aufmachen/ und dise Nacht dem David nachjagen/

2. Und will ihn überfallen (dieweil er müd und krafftloß ist) und will ihn schlagen: Wan sich dan alles Volck auf die Flucht begeben wird/ daß bey ihm ist/ so will ich den verlassenen König erschlagen.

3. Und will also das gantze Volck widerum bringen/ wie ein eintziger Mensch pflegt wider zu kommen: dan du suchest nur einen Mann/ darnach wird alles Volck im Friden seyn.

4. Di-

4. Dise seine Red gefiel dem Absalom/ und allen Eltesten in Israel.

II. 5. Aber Absalom sprach: Fordert Chusai den Arachiten/ und lasset uns auch hören/ was er sage.

6. Als nun Chusai zu Absalom kam / sprach Absalom zu ihm: Solche Wort hat Achitophel geredet: Sollen wirs thun/ oder nit: Was gibst du für einen Rath?

7. Und Chusai sprach zu Absalom: Der Rath ist nit gut / den Achitophel für dißmahl gegeben hat.

8. Und abermahl sprach Chusai: Du kennest deinen Vatter/ und die Männer/ die bey ihm seynd/ daß sie gar tapffer und erbittert von Gemüth seynd/ wie eine Beerin im Wald wütet/ wan ihr die Junge seynd abgenommen: so ist dein Vatter auch ein Kriegsmañ/ uñ wird sich mit dem Volck nit saumẽ.

9 Er hat sich jetzt villeicht in einer Gruben verborgen/ oder an einem Ort/ das ihm gefällig gewesen ist: und wan einer und der ander im Anfang erlegt wurde/ das wird alsdan hören/ wem es vorkommt/ und sagen: Es ist eine Niderlag geschehen unter dem Volck/ das dem Absalom gefolget ist.

10. So wird ein jeglicher/ auch von den allertapffersten/ der sonst ein Hertz hat/ wie ein Löw/ zaghafft werden: dan das gantze Volck Israel weißt wol/ daß dein Vatter gehertzt ist/ daß auch alle/ die sich bey ihm finden hertzhaffte Leuth seynd.

11. Aber das wäre meines Beduunckens ein guter Rath: Laß gantz Israel zu dir samentlich kommen/ von Dan biß gen Bersabee: wie der Sand am Meer/ der unzahlbar ist: und du solst mitten unter ihnen seyn:

13. So wollen wir ihn überfallen/ an welchem Ort man ihn finden wird/ und wollen ihn bedecken/ wie der Thau pflegt auf die Erden zufallen: wir wollen auch von den Männern/ die bey ihm seynd nit einen eintzigen überbleiben lassen.

13. Wan er auch zu einiger Stadt hinein ziehen wird/ so soll gantz Israel dieselbige Stadt mit Seilen umbgeben/ und wir wollen sie in den Bach reissen/ daß man auch nit einen Stein von ihr finden soll.

24. Da sprach Absalom/ und alle Männer Israel: der Rath Chusai deß Arachiters/ ist besser dan der Rath Achitophels. Aber der gute Vorschlag Achitophels ward durch Schickung deß HErrn verhindert/ damit der HErr ein Unglück über Absalom führete.

15. Und Chusai sprach zu Sadoc/ und Abiathar den Priestern: Auf dise und dise Weiß hat Achito-

4. Placuítque sermo ejus Absalom, & cunctis majoribus natu Israel.

II. 5. Ait autem Absalom: Vocate Chusai Arachitem, & audiamnus quid etiam ipse dicat.

6. Cumque venisset Chusai ad Absalom, ait Absalom ad eum: Hujuscemodi sermonem locutus est Achitophel: facere debemus an non? quod das consilium?

7. Et dixit Chusai ab Absalom: Non est bonum consilium, quod dedit Achitophel hac vice.

8. Et rursum intulit Chusai: Tu nosti patrem tuum, & viros qui cum eo sunt, esse fortissimos & amaro animo, veluti si ursa raptis catulis in saltu sæviat: sed & pater tuus vir bellator est, nec morabitur cum populo.

9. Forsitan nunc latitat in foveis, aut in uno, quo voluerit, loco: & cùm ceciderit unus quilibet in principio, audiet quicumque audierit, & dicet: Facta est plaga in populo qui sequebatur Absalom.

10. Et fortissimus quisque, cujus cor est quasi leonis, pavore solvetur: scit enim omnis populus Israël, fortem esse patrem tuum, & robustos omnes qui cum eo sunt.

11. Sed hoc mihi videtur rectum [b] esse consilium: Congregetur ad te universus Israël, à Dan usque Bersabee, quasi arena maris innumerabilis: & tu eris in medio eorum.

12. Et irruemus super eum in quocumque loco inventus fuerit: & operiemus eum, sicut cadere solet ros super terram: & non relinquemus de viris, qui cum eo sunt, ne unum quidem.

13. Quòd si urbem aliquam fuerit ingressus, circumdabit omnis Israël civitati illi funes, & trahemus eam in torrentem, ut non reperiatur ne calculus [c] quidem ex ea.

14. Dixítque Absalom, & omnes viri Israël: Melius est consilium Chusai Arachitæ, consilio Achitophel: Domini autem nutu [d] dissipatum est consilium Achitophel utile, ut induceret Dominus super Absalom malum.

15. Et ait Chusai Sadoc, & Abiathar sacerdotibus: Hoc & hoc modo consilium de-

[b] bonum & utile, subaudiens in Davidis commodum.

[c] lapis.

[d] Hebr. præcepto.

dedit Achitophel Abſalom, & ſenioribus
Iſrael: & ego tale & tale dedi conſili-
um.
16. Nunc ergo mittite citò, & nuntia-
te David, dicentes: Ne moreris nocte
hac in campeſtribus deſerti, ſed abſque di-
latione transgredere: ne fortè abſorbea-
tur rex, & omnis populus qui cum eo
eſt.
17. Jonathas autem & Achimaas ſta-
bant juxta Fontem Rogel *e*: abiit ancilla *f*
& nuntiavit eis: & illi profecti ſunt, ut re-
ferrent ad regem David nuntium: non
enim poterant videri, aut introire civita-
tem.
III. 18. Vidit autem eos quidam puer, &
indicavit Abſalom: illi verò concito gra-
du ingreſſi ſunt domum cujuſdam viri in
Bahurim, qui habebat puteum in veſtibu-
lo ſuo, & deſcenderunt in eum.
19. Tulit autem mulier, & expan-
dit velamen ſuper os putei, quaſi
ſiccans ptiſanas *g* & ſic latuit
res.
20. Cumque veniſſent ſervi Abſalom in
domum, ad mulierem dixerunt: Ubi eſt
Achimaas & Jonathas? Et reſpondit eis
mulier: Tranſierunt feſtinanter, guſta-
tâ paululum aquâ. At hi qui quære-
bant, cùm non reperiſſent, reverſi ſunt
in Jeruſalem.
21. Cumque abiiſſent, aſcenderunt illi
de puteo, & pergentes nuntiaverunt regi
David, & dixerunt: Surgite, & tranſi-
te citò fluvium *h*: quoniam hujuſcemodi
dedit conſilium contra vos Achito-
phel.
IV. 22. Surrexit ergo David, & omnis po-
pulus qui cum eo erat, & tranſierunt Jor-
danem, donec diluceſceret: & ne unus
quidem reſiduus fuit, qui non tranſiſſet
fluvium.
23. Porrò Achitophel videns quòd
non fuiſſet factum conſilium ſuum, ſtra-
vit aſinum ſuum, ſurrexitque & abiit in
domum ſuam & in civitatem ſuam: & diſ-
poſitâ domo ſuâ, ſuſpendio interiit, & ſe-
pultus in ſepulchro patris ſui.
24. David autem venit in Caſtra *i*, &
Abſalom tranſivit Jordanem, ipſe & om-
nes viri Iſrael cum eo.
25. Amaſam verò conſtituit Abſalom

e i fullonis. *f* ſc. ſpecie lavandi pannos.

g Grana hordei decorticata vel alia ad polentam inde conficiendam.

h Jordanem.

i nomen loci de quo *Gen.* 32. v. 2.

phel dem Abſalom/ und den Elteſten in Iſrael ge-
rathen: und ich hab ſolchen und ſolchen Rath ge-
geben.
16. Derwegen ſchicket eylends hin / und thuts
dem David zu wiſſen/ und ſaget: Bleibe diſe Nacht
über nit auf dem flachen Feld der Wüſt / ſondern
mache dich ohn einigen Verzug hinüber/ damit der
König nit etwan verſchlungen werde / und alles
Volck/ das bey ihm iſt.
17. Jonathas aber/ und Achimaas/ ſtun-
den bey dem Brunnen Rogel. Und es gieng eine
Magd dahin/ und gab es ihnen zuerkennen: und
ſie zogen hin dem König David die Bottſchafft zu
bringen: dan ſie durfften ſich nit ſehen laſſen/ oder
in die Stadt kommen.
III. 18. Es ſahe ſie aber ein Knab / und zeigte es
dem Abſalom an. Aber ſie giengen geſchwind fort/
und kamen in eines Manns Hauß zu Bahurim/ der
in ſeinem Vorhoff einen Brunnen hatte / und ſie
ſtigen da hinein.
19. Das Weib aber nahm eine Deck/ und brei-
tete ſie aus über den Mund deß Brunnen/ als wan
ſie geſchelte Gerſten trucknete. Und alsbald blib
das Ding verborgen.
20. Und als die Knecht Abſaloms in das Hauß
kamen/ ſprachen ſie zum Weib: Wo iſt Achimaas
und Jonathas? Und das Weib antwortet ihnen:
Sie ſeynd eylend vorüber gangen/ nachdem ſie ein
wenig Waſſers getruncken. Aber die ſie ſuchten/
da ſie nichts funden/ kehreten wider umb gen Je-
ruſalem.
21. Da ſie nun hinweg gangen waren / kamen
jene aus dem Brunnen herauf und zogen hin/ und
und brachten dem König David die Bottſchafft /
und ſprachen: Machet euch auf/ und ziehet eylends
über den Fluß: dan ſolchen Rath hat Achitophel
wider euch gegeben.
IV. 22. Alſo machte ſich David auf / und alles
Volck/ das bey ihm war/ und zogen über den Jor-
dan/ bis an den liechten Morgen: es war auch nit
einer mehr dahinden/ der nit über den Fluß gezo-
gen wäre.
23. Da nun Achitophel ſahe daß man nit nach ſei-
nem Rath gethan hätte/ ſattelt er ſeinen Eſel/ und
machte ſich auf/ und zoge in ſein Hauß/ und in ſeine
Stadt/ und nach dem er über ſein Hauß Ordnung
gemacht/ henckte er ſich und ſtarb und ward in ſeines
Vatters Grab begraben.
24. David aber kam ins Lager: und Abſalom
zoge über den Jordan/ er/ und alle Männer Iſ-
rael mit ihm.
25. Abſalom aber hatte den Amaſa/ an Joabs
ſtatt/

statt über das Kriegsheer gesetzet: Amasa aber war eines Manns Sohn von Jesraeli der Jetra genannt ward: der hinein gangen war zu der Abigail/ der Tochter Naas/ der Schwester Saruiä/ die Joabs Mutter war.

26. Und Israel lagerte sich mit Absalom im Land Galaad.

V. 27. Nachdem nun David im Lager ankommen war/ da brachten ihm Sobi/ der Sohn Naas/ von Rabbath der Kinder Ammon/ und Machir/ der Sohn Ammihel/ von Lodabar/ und Berzellai/ der Galaaditer/ von Rogelim/

28. Bethwerck/ Tapeten/ erdene Geschirr/ auch Weitzen/ und Gersten/ und Mehl/ und geschelte Gersten/ und Bonen/ und Linsen/ und Gemüß mit Oel gekocht/

29. Und Hönig und Butter/ Schaaf und fette Kälber: und schenckten es David/ und dem Volck/ das bey ihm war/ zu essen: dan sie hatten das Vermuthen/ das Volck wäre in der Wüst vom Hunger und Durst außgemattet.

Das XVIII. Capitel.

I. Absalom mit seinem Volck wird von Davids Kriegs-Heer geschlagen/ 1.
II. Bleibt auf der Flucht an einer Eichen hangen/ 9.
III. Wird von Joab mit dreyen Spiessen durchstochen/ und unter einen Steinhauffen begraben/ 14.
IV. Zween Botten/ Chusi und Achimaas/ bringen dem David die Zeitung/ welcher Absalom bitterlich beklagt/ 19.

1. Und David übersahe sein Volck/ und setzte über sie Befehlhaber/ und Haubtleut:

2. Und er gab ein Drittentheil deß Volcks unter die Hand Joabs/ und ein Drittentheil unter die Hand Abisai/ deß Sohns Saruiä/ deß Bruders Joabs: und ein Drittentheil/ unter die Hand Ethai/ der von Geth war: und der König sprach zum Volck: Ich will auch mit euch außziehen.

3. Und das Volck antwortet: Du solst nit außziehen: dan ob wir uns gleich auf die Flucht geben/ so würden sie das mit uns so hoch nit achten: oder ob der halbe Theil von uns erlegt würde/ darnach würden sie so vil nit fragen: dan du allein bist für zehen tausend gerechnet: darum ist besser/ daß du uns zum Beystand in der Stadt bleibest.

4. Und der König sprach zu ihnen: Ich will thun/ was ihr für gut ansehet. Also stund der König am Thor: und das Volck zoge nach ihren Schaaren heraus/ mit hunderten/ und mit tausenden.

5. Und der König befahl dem Joab/ und dem Abisai/ und Ethai/ und sprach: Erhaltet mir den Knaben Absalom/ und alles Volck hörete/ daß

pro Joab super exercitum: Amasa autem erat filius viri, qui vocabatur Jetra de Jesraeli, qui ingressus est ad Abigail filiam Naas *k*, sororem Saruiæ, quæ fuit mater Joab.

26. Et castrametatus est Israel cum Absalom in terra Galaad.

V. 27. Cumque venisset David in Castra, Sobi filius Naas *l* de Rabbath filiorum Ammon, & Machir filius Ammihel de Lodabar, & Berzellai Galaadites de Rogelim,

28. obtulerunt ei stratoria, & tapetia, & vasa fictilia, frumentum, & hordeum, & farinam, & polentam, & fabam, & lentem, & frixum cicer,

29. & mel, & butyrum, oves, & pingues vitulos: dederúntque David, & populo qui cum eo erat, ad vescendum: suspicati enim sunt, populum fame, & siti fatigari in deserto.

k seu Jesse, v. 1. Par. 2. v. 13.

l quem David loco Hanon fratris regem constituerat, S. Hieronym.

CAPUT XVIII.

I. Absalom victus prælio, 1.
II. Quercu pendens 9.
III. Ab Joab transfoditur; 14.
IV. Quod audiens David, amarè eum deflet. 19.

1. Igitur considerato David populo suo, constituit super eos tribunos & centuriones, Eod. an. 2981. ante Chr. 1023.

2. & dedit populi tertiam partem sub manu Joab, & tertiam partem sub manu Abisai filii Saruiæ fratris Joab, & tertiam partem sub manu Ethai, qui erat de Geth: dixitque rex ad populum: Egrediar & ego vobiscum.

3. Et respondit populus: Non exibis: sive enim fugerimus, non magnopere ad eos de nobis pertinebit *a*, sive media pars ceciderit è nobis, non satis curabunt: quia tu unus pro decem millibus computaris: melius est igitur ut sis nobis in urbe præsidio *b*.

a i. curabunt.

b sc. oratione & consilio.

4. Ad quos rex ait: Quod vobis videtur rectum, hoc faciam. Stetit ergo rex juxta portam: egrediebatúrque populus per turmas suas centeni, & milleni.

5. Et præcepit rex Joab, & Abisai, & Ethai, dicens: Servate mihi puerum Absalom. Et omnis populus audiebat præcipien-

pientem regem cunctis principibus pro Absalom.

6. Itaque egressus est populus in campum contra Israel, & factum est prælium in saltu Ephraim c.

7. Et cæsus est ibi populus Israel ab exercitu David, factáque est plaga magna in die illa, viginti millium.

8. Fuit autem ibi prælium dispersum super faciem omnis terræ, & multò plures erant, quos saltus d consumpserat de populo, quàm hi, quos voraverat gladius in die illa.

II. 9. Accidit autem ut occurreret Absalom servis David, sedens mulo: cumque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum & magnam, adhæsit caput ejus quercui: & illo suspenso inter cælum & terram e, mulus, cui insederat, pertransivit.

10. Vidit autem hoc quispiam, & nuntiavit Joab, dicens: Vidi Absalom pendere de quercu.

11. Et ait Joab viro, qui nuntiaverat ei: Si vidisti, quare non confodisti eum cum terra, & ego dedissem tibi decem argenti siclos, & unum balteum?

12. Qui dixit ad Joab: Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium regis: audientibus enim nobis præcepit rex tibi: & Abisai, & Ethai, dicens: Custodite mihi puerum Absalom.

13. Sed & si fecissem contra animam f meam audacter, nequaquam hoc regem latere potuisset, & tu stares ex adverso.

III. 14. Et ait Joab: non sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te. Tulit ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde g Absalom: cumque adhuc palpitaret hærens in quercu,

15. cucurrerunt decem juvenes armigeri Joab, & percutientes interfecerunt eum.

16. Cecinit autem Joab buccinâ, & retinuit populum, ne persequeretur fugientem Israel, volens parcere multitudini.

17. Et tulerunt Absalom, & projecerunt eum in saltu, in foveam grandem,

c Sic dictum ab insigni clade quam Ephraimitæ ibi acceperant. v. Judic. 12.

d Chald. fera sylvæ.

e i. ex cæsarie. sic multi pilis i. bonis terrenis adhærent & triplici lancea i. cupiditate, ac correspondente supplicio transfiguntur.

f sc. conscientiam.

g i. pectore.

der König allen Haubtleuten für Absalom Befehl gab.

6. Also zoge das Volck heraus ins Feld wider Israel/ und es geschahe im Wald Ephraim ein Treffen.

7. Da ward das Volck Israel von dem Heer Davids geschlagen: und es geschahe eine grosse Niderlag an demselben Tag/ von zwantzig tausend Mañ.

8. Und der Streit ward daselbst zerstreuet über den gantzen Erdboden / und waren derselben vilmehr vom Volck / die der Wald am selben Tag verschlung / dan die das Schwerdt fraß.

II. 9. Es trug sich aber zu/daß Absalom/den Knechten Davids entgegen kam/und saß auf einem Maul-Esel: und als der Maul-Esel unter einem grossen dicken Eichbaum daher lieff/ blib sein Haubt am Eichbaum hafften: und da er also hieng zwischen Himmel und Erden/ lieff der Maulesel hindurch/ darauf er saß:

10. Das sahe nun einer / und zeigte es dem Joab an/ und sprach: Ich hab Absalom gesehen an einem Eichbaum hangen.

11. Und Joab sprach zu dem Mann/der ihm die Bottschafft brachte: Hast du ihn gesehen/ warumb hast du ihn nit bis zum Erdboden hinein erstochen? So wolte ich dir zehen Sickel Silbers gegeben haben/ und eine Gürtel.

12. Und er sprach zu Joab: Wan du mir auch tausend Silberling mit dem Gewicht in meine Hand gebest/ so wolte ich doch keines wegs an den Sohn deß Königs meine Hand legen. Dan der König hat dir und Abisai/und Ethai in unserm Anhören befohlē/u. gesagt: Verwahret mir den Knaben Absalom.

13. Ja wan ichs wider meine Seel künlich gethan hätte / so hätte das doch vor dem König nit können verborgen bleiben/und du wurdest auch wider mich stehen.

III. 14. Und Joab sprach: nit also / wie du wilst: Sondern ich will ihn vor deinen Augen angreiffen. Also nahm er drey Spieß in seine Hand/ und stieß sie dem Absalom ins Hertz. Da er sich aber noch bewegete/ weil er am Eichbaum hieng/

15. Lieffen zehen junge Gesellen / Joabs Waffen-Trager herzu / und schlugen ihn zu todt.

16. Da bließ Joab die Posaunen/ und hielt das Volck auf/ daß sie Israel auf der Flucht nit verfolgeten/ dan er wolte deß gemeinen Volcks verschonen.

17. Und sie nahmen Absalom / und wurffen ihn im Wald in eine grosse Gruben / und trugen ei-

einen sehr grossen Hauffen Stein über ihn zusammen: und gantz Israel flohe zu seinen Hütten.

18. Aber Absalom hatte ihm einen Titel aufgerichtet / da er noch lebte / welcher im Thal deß Königs stehet: dan er sprach: Ich hab keinen Sohn / so soll das ein Gedenckmahl meines Namens seyn. Und er nente den Titel nach seinem Namen / daß er genannt ward: Die Hand Absalom / biß auf den heutigen Tag.

IV. 19. Achimaas aber / der Sohn Sadoc / sprach: Ich will hinlauffen / und dem König die Bottschafft bringen / daß der HErr ihm Recht geschaffet hab von den Händen seiner Feinden.

20. Und Joab sprach zu ihm: an disem Tag solt du der Bott nit seyn: sondern du solsts auf einen andern Tag verkünden: ich will nit / daß du heut die Bottschafft bringest: dan deß Königs Sohn ist todt blibē.

21. Und Joab sprach zu Chusi: Gehe du hin / und verkündige dem König / was du gesehen hast. Chusi bettete Joab an / und lieff hin.

22. Da sprach Achimaas / der Sohn Sadoc / abermal zu Joab: Was möchte es hindern / ob ich auch nach dem Chusi lieffe? Und Joab sprach zu ihm: Was wilst du lauffen / mein Sohn? du wirst keine gute Bottschafft bringen.

23. Er antwortet: Wie dan / wan ich auch lieffe? Da sprach er zu ihm: So lauff hin: Also lieff Achimaas durch einen kürtzern Weeg / und kam vor Chusi:

24. David aber saß zwischen zwey Thor: und der Wächter / der oben auf der Porten war auf der Maur / hub seine Augen auf / und sahe einen Menschen allein lauffen.

25. Und er rieff / und zeigt es dem König an: Da sprach der König: ist er allein / so ist ein gute Bottschafft in seinem Mund. In dem nun der selbig eylete / und näher heran kam.

26. Sahe der Wächter noch einen andern Menschen lauffen / und er rieff oben in der Höh / und sprach: Ich sehe ein andern Mann allein lauffen. Und der König sprach: Der ist auch ein guter Bott.

27. Aber der Wächter sprach: Ich sehe den Lauff deß ersten an / als wan es Achimaas / deß Sohns Sadoc / Lauff wäre. Und der König sprach: Das ist ein guter Mann / der kommt / und bringet eine gute Bottschafft.

28. Achimaas aber rieff / und sprach zum König: Sey gegrüsset König: und er bettete den König an / und fiel vor ihm auf sein Angesicht zur Erden / und sprach: Gelobet sey der HErr dein GOtt /

& comportaverunt super eum acervum lapidum magnum nimis: omnis autem Israel fugit in tabernacula sua.

18. Porrò Absalom erexerat sibi, cùm adhuc viveret, titulum *h* qui est in Valle regis: dixerat enim: non habeo filium *i*, & hoc erit monimentum nominis mei. Vocavítque titulum nomine suo, & appellatur Manus *k* Absalom, usque ad hanc diem.

IV. 19. Achimaas autem filius Sadoc, ait: Curram, & nuntiabo regi, quia judicium *l* fecerit ei Dominus de manu inimicorum ejus.

20. Ad quem Joab dixit: non eris nuntius in hac die, sed nuntiabis in alia: hodie nolo te nuntiare, filius enim regis est mortuus.

21. Et ait Joab Chusi *m*: Vade, & nuntia regi quæ vidisti. Adoravit Chusi Joab, & cucurrit.

22. Rursus autem Achimaas filius Sadoc dixit ad Joab: quid impedit si etiam ego curram post Chusi? Dixítque ei Joab: Quid vis currere fili mi? non eris boni nuntii bajulus.

23. Qui respondit: quid enim si cucurrero? Et ait ei: Curre. Currens ergo Achimaas per viam compendii, transivit Chusi.

24. David autem sedebat inter duas portas: speculator verò, qui erat in fastigio portæ super murum, elevans oculos vidit hominem currentem solum.

25. Et exclamans indicavit regi, dixítque rex: Si solus est, bonus est nuntius in ore ejus. Properante autem illo, & accedente propiùs,

26. vidit speculator hominem alterum currentem, & vociferans in culmine, ait: Apparet mihi alter homo currens solus. Dixítque rex: Et iste bonus est nuntius.

27. Speculator autem, Contemplor, ait, cursum prioris, quasi cursum Achimaas filii Sadoc. Et ait rex: Vir bonus est: & nuntium portans bonum, venit.

28. Clamans autem Achimaas, dixit ad regem: Salve rex. Et adorans regem coram eo pronus in terram, ait: Benedictus Dominus Deus tuus, qui conclusit *n* ho-

h i. columnam vel arcum triumphalem.
i hinc patet, mortuos fuisse filios de quibus suprà.
k i. opus seu locus.
l i. ultionem, quasi jus dicens.
m i. Æthiopi cuidam, & servo, vel est nomen proprium.
n perdidit & punivit.

homines qui levaverunt manus suas contra dominum meum regem.

29. Et ait rex: estne pax puero Absalom? Dixitque Achimaas. Vidi tumultum magnum, cùm mitteret Joab servus tuus, ô rex, me servum tuum: nescio aliud.

30. Ad quem rex: Transi, ait, & sta hic. Cumque ille transisset, & staret,

31. apparuit Chusi: & veniens ait: Bonum apporto nuntium, domine mi rex; judicavit enim pro te Dominus hodie de manu omnium qui surrexerunt contra te.

o i filius Absalom.

32. Dixit autem rex ad Chusi: Estne pax puero Absalom? Cui respondens Chusi, Fiant, inquit, sicut puer o, inimici domini mei regis, & universi qui consurgunt adversus eum in malum.

p Infr. 19. 4.

33. Contristatus itaque rex, ascendit cœnaculum portæ, & flevit. Et sic loquebatur vadens, p Fili mi Absalom, Absalom fili mi: quis mihi tribuat ut ego moriar pro te, Absalom fili mi, fili mi Absalom!

der die Leut beschlossen hat/ die ihre Händ wider meinen Herrn den König aufhuben.

29. Da sprach der König: Ists auch gut mit dem Knaben Absalom? Und Achimaas sprach: Ich sahe ein groß Getümmel/ O König/ da Joab/ dein Knecht mich deinen Knecht aussandte: anders weiß ich nit.

30. Der König sprach zu ihm: Trette hindurch/ und stehe allhie. Als er nun hindurch getretten war/ und allda stund.

31. Da ließ sich Chusi sehen/ der kam/ und sprach: Ich bringe eine gute Bottschafft/ mein Herr König: Dan der HErr hat dir heut Recht geschaffet vor der Hand aller/ die sich wider dich aufgelehnet haben.

32. Der König aber sprach zu Chusi: ists auch gut mit dem Knaben Absalom? Chusi antwortet ihm/ und sprach: Wie es mit dem Knaben ist/ also solle es mit allē Feindē meines Herrn deß Königs werdē/ auch mit allē die sich wider ihn zum bösen auflehnē.

33. Da ward der König traurig/ und gieng hinauf auf das Gemach am Thor und weinete. Und im Gehen sprach er also: Mein Sohn Absalom/ Absalom mein Sohn: wer gibt mir/ daß ich für dich sterben möge? Absalom mein Sohn/ mein Sohn Absalom!

CAPUT XIX.

I. David Joab verbis commotus, 1.

II. Suos conspiratores sibi reconciliat, & à viris Juda in Jerusalem reducitur, 9.

III. Semei veniam precanti ignoscit, 16.

IV. Miphiboseth recipit, jubens ut agros cum Siba dividat: 24.

V. Berzellai ipsi valedicit mittens cum ipso Chamaam. 31.

VI. Israel cum Juda pro David contendit. 40.

Eodem an. 2981.

1. NUntiatum est autem Joab quòd rex fleret & lugeret filium suum:

2. & versa est victoria in luctum in die illa omni populo: audivit enim populus in die illa dici: Dolet rex super filio suo.

a Chald. furatus est ingredi, i. furtim intravit.

3. Et declinavit a populus in die illa ingredi civitatem, quomodo declinare solet populus versus & fugiens de prælio.

b sc. more lugentium

4. Porrò rex operuit caput suum b, & clamabat voce magnâ: Fili mi Absalom, Absalom fili mi, fili mi.

Das XIX. Capitel.

I. Joab redet David scharpff zu wegen seines Traurens über Absalom/ und daß er sich dem Volck zeige/ 1.

II. David wird von Israel und Juda widerumb eingesetzt/ 9.

III. Semei erlangt von David Verzeyhung/ 16.

IV. Miphiboseth entschuldigt sich bey David wider die falsche Anklag Siba/ 24.

V. Berzellai führt den König über den Jordan/ entschuldigt sich/ wegen seines hohen Alters/ mit ihm nach Jerusalem zu ziehen/ 31.

VI. Israel zanckt mit Juda über die Heimführung deß Königs/ 40.

1. ES ward aber dem Joab kund gethan/ daß der König seinen Sohn beweinete/ und über ihn Leyd truge:

2. Also ward der Sig an dem Tag dem gantzen Volck in Trauren verwandelt: dan das Volck hörete an demselbigen Tag/ daß gesagt ward: Der König traget Leyd über seinen Sohn.

3. Und das Volck äusserte sich am selben Tag in die Stadt zu ziehen/ gleich wie ein Volck pflegt abzuziehen/ das den Rucken gewandt hat/ und aus dem Streit geflohen ist.

4. Der König aber verdeckte sein Haubt/ und rieff überlaut: Mein Sohn Absalom/ Absalom mein Sohn/ mein Sohn.

5. Da gieng Joab zum König ins Hauß/ und sprach: Du hast heut schamroth gemacht das Angesicht aller deiner Knechten / die deine Seel / und die Seel deiner Söhn / und deiner Töchter/ auch die Seel deiner Weiber/ und die Seel deiner Kebs-Weiber errettet haben.

6. Du hast lieb/die dich hassen und hassest/die dich lieb haben: und hast heutiges Tags zuerkeñen geben/ daß du nach deinen Haubtleuten/ und nach deinen Knechten nichts fragest: ich spüre jetzt auch in der Warheit/wan Absalom nur im Leben wäre/und wir alle wären todt bliben/ alsdan würde es dir gefallē.

7. Darum mache dich auf/und gehe hervor/und rede deinen Knechten zu und thue ihnen genug: dan ich schwöre dir bey dem HErrn/wirst du nit heraus gehen/ daß nit ein eintziger Mann dise Nacht über bey dir wird bleiben. Und solches wird dir vil ärger seyn/ dan alles Unglück/ das von deinen jungen Tagen bis auf dise jetzige Zeit über dich ist komen.

8. Also stund der König auf / und setzte sich in das Thor: und es ward allem Volck kund gethan/ daß sich der König in das Thor gesetzt hätte: und die gantze Schaar kam vor den König: aber Israel flohe in seine Hütten.

II. 9. Und das gantze Volck zanckte unter sich in allen Stämmen Israel/ und sprach: Der König hat uns errettet von der Hand unsrer Feinden/ er hat uns aus der Philisther Hand erlöset: und jetzt ist er umb Absaloms willen aus dem Land geflohen.

10. Absalom aber/den wir über uns gesalbet hatten ist im Streit todt bliben. Wie lang seyd ihr still/ und führet den König nit widerum zu Hauß.

11. Aber der König David sandte zu Sadoc / und Abiathar/ den Priestern/ und sprach: Redet mit den Eltesten in Juda und saget: Warum seyd ihr die letzte die da kommen/ den König widerum in sein Hauß zu führen? (aber die Red deß gantzen Israel war vor den König kommen in seinem Hauß)

12. Ihr seyd ja meine Brüder/ mein Bein und mein Fleisch seyd ihr: warum seyd ihr dan die letzte/ die den König heimführen?

13. Saget auch dem Amasa: Bist du nit mein Bein/ und mein Fleisch? Diß thue mir GOtt/ und das darzu/wo du nit an Joabs statt mein Feldobrister die gantze Zeit vor mir seyn wirst.

14. Und er neigete das Hertz aller Männer Juda/ gleich wie eines Manns: und sie sandten zum König/ und sprachen: komm widerumb/ du/ und alle deine Knecht.

5. Ingressus ergo Joab ad regem in domum, dixit: Confudisti *c* hodie vultus omnium servorum tuorum, qui salvam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum, & filiarum tuarum, & animam uxorum tuarum, & animam concubinarum tuarum.

c i. pudefecisti.

6. Diligis odientes te, & odio habes diligentes te: & ostendisti hodie, quia non curas de ducibus tuis, & de servis tuis: & verè cognovi modò, quia si Absalom viveret, & omnes nos occubuissemus, tunc placeret tibi.

7. Nunc igitur surge *d*, & procede *e*, & alloquens satisfac servis tuis: juro enim tibi per Dominum, quod si non exieris, ne unus quidem remansurus sit tecum nocte hac: & pejus erit hoc tibi, quàm omnia mala, quæ venerunt super te ab adolescentia tua usque in præsens.

d à luctu. *e* sc. in publicum.

8. Surrexit ergo rex & sedit in porta: & omni populo nuntiatum est, quòd rex sederet in porta: venitque universa multitudo coram rege: Israel autem fugit *f* in tabernacula sua.

f Absalonis asseclæ.

II. 9. Omnis quoque populus certabat *g* in cunctis tribubus Israel, dicens: Rex liberavit nos de manu inimicorum nostrorum, ipse salvavit nos de manu Philisthinorum: & nunc fugit *h* de terra propter Absalom.

g i. contendebat, sc. volens reducere David. *h* i. coactus est fugere.

10. Absalom autem, quem unximus super nos, mortuus est in bello: usquequo siletis, & non reducitis regem?

11. Rex verò David misit ad Sadoc & Abiathar sacerdotes, dicens: Loquimini ad majores natu Juda, dicentes: Cur venitis novissimi ad reducendum regem in domum suam? (sermo autem omnis Israel pervenerat ad regem in domo ejus)

12. Fratres mei vos, os meum, & caro mea *i* vos, quare novissimi reducitis regem?

i consanguinei.

13. Et Amasæ dicite: Nonne os meum, & caro mea es? Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si non magister militiæ fueris coram me omni tempore pro Joab.

14. Et inclinavit cor omnium virorum Juda, quasi viri unius: miseruntque ad regem dicentes: Revertere tu, & omnes servi tui.

15. Et reversus est rex: & venit usque ad Jordanem, & omnis Juda venit usque in Galgalam, ut occurreret regi, & traduceret *k* eum Jordanem.

k comitaretur transeuntem.

III. 16. *l* festinavit autem Semei filius Gera filii Jemini de Bahurim, & descendit cum viris Juda in occursum regis David,

l 3. Reg. 2. 8.

17. cum mille viris de Benjamin, & Siba puer de domo Saul: & quindecim filii ejus, ac viginti servi erant cum eo: & irrumpentes Jordanem, ante regem:

18. transierunt vada, ut traducerent domum regis, & facerent juxta jussionem ejus: Semei autem filius Gera prostratus coram rege, cùm jam transisset *m* Jordanem,

m i. se pararet ad transeundum.

19. dixit ad eum: Ne reputes mihi domine mi iniquitatem, neque memineris injuriarum servi tui in die quâ egressus es domine mi rex de Jerusalem, neque ponas rex in corde tuo.

20. Agnosco enim servus tuus peccatum meum: & idcircò hodie primus veni de omni domo Joseph, descendíque in occursum domini mei regis.

21. Respondens verò Abisai filius Saruiæ, dixit: Numquid pro his verbis non occidetur Semei, quia maledixit Christo Domini?

22. Et ait David: Quid mihi, & vobis filii Saruiæ? cur efficimini mihi hodie in satan *n*? ergóne hodie interficietur vir in Israel? an ignoro hodie me factum regem super Israel?

n i. adversarium.

23. Et ait rex Semei: Non morieris. Juravitque ei.

ihm:
17. Die eine sprach: Ach mein HErr / ich
und diß Weib wohneten in einem Hauß: und
ich gebahr bey ihr in der Schlaffkammer:
18. Und am dritten Tag hernach / als ich geboh-
ren hatte / gebahr sie auch: und wir waren beyein-
ander / und war niemand anders mit uns im Hauß /
dan wir beyde.

19. Und

19. Und dises Weibs Sohn starb in der Nacht: Dan sie hatte ihn im Schlaff ertrucket.

20. Und sie stund umb die Mitternacht auf in der Still/ und nahm meinen Sohn von deiner Magd Seiten/ da ich schlieff/ und legte ihn in ihre Schoß: aber ihren Sohn/ der todt war/ legte sie in meine Schooß.

21. Als ich nun deß Morgens auffstund/ meinem Sohn die Brust zugeben/ da war er todt: und da ich ihn am hellen Tag mit Fleiß besahe/ befand ich/ daß es mein Sohn nit war/ den ich gebohren hatte.

22. Und das andere Weib antwortet: Es ist nit also/ wie du sagst: Sondern dein Sohn ist todt/ aber der meine lebet. Hingegen sprach die andere: Du liegst: Dan mein Sohn lebet/ und dein Sohn ist todt. Und also zancketen sie vor dem König.

23. Da sprach der König: dise sagt: mein Sohn lebet/ und dein Sohn ist todt. Und jene antwortet: Nein: Sondern dein Sohn ist todt/ der meine aber lebet.

24. Derwegen sprach der König: Bringet mir ein Schwerdt her. Und als das Schwerdt vor den König gebracht war/

25. Sprach er: Theilet das lebendige Kind in zwey theil und gebet eine Helffte dem einen Weib/ und die andere Helfft dem andern.

26. Da sprach das Weib zum König/ deren Sohn noch im Leben war/ (dan ihr Hertz war bewegt über ihren Sohn) Herr ich bitte/ gebet ihr das lebendige Kind/ und tödtet es nit. Hingegen sprach die ander: Weder mir/ noch dir/ sondern man theile es.

27. Da antwortet der König und sprach: Gebet diser das lebendige Kind/ und tödtet es nit: dan dise ist seine Mutter.

28. Und gantz Israel hörete das Urtheil/ das der König gefället hatte/ und sie furchten den König/ dieweil sie sahen/ daß die Weißheit GOttes in ihm war/ Recht zuschaffen.

Das IV. Capitel.

I. Die Fürsten und Amtleuth deß Salomons/ 1.
II. Wird beschriben seine Hoffhaltung/ sein Reich/ Reuterey 21.
III. Sein Weißheit/ 29.

1. Also war Salomon König/ und regierete über gantz Israel:

2. Und diß waren die Fürsten/ die er hatte: Azarias/ der Sohn Sadoc/ deß Priesters:

19. Mortuus est autem filius mulieris hujus nocte: dormiens quippe oppressit eum.

20. Et consurgens intempestæ noctis silentio *n*, tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis, & collocavit *o* in sinu suo: suum autem filium, qui erat mortuus, posuit in sinu meo.

n 70. media nocte.
o non ex amore sed ex invidia dolens sociam eo bono frui quo ipsa se privârat.

21. Cúmque surrexissem manè ut darem lac filio meo, apparuit mortuus: quem diligentiùs intuens clarâ luce, deprehendi non esse meum quem genueram.

22. Respondítque altera mulier: Non est ita ut dicis, sed filius tuus mortuus est, meus autem vivit. Econtario illa dicebat: Mentiris: filius quippe meus vivit, & filius tuus mortuus est. Atque in hunc modum contendebant coram rege.

23. Tunc rex ait: Hæc dicit, Filius meus vivit, & filius tuus mortuus est. Et ista respondit, Non, sed filius tuus mortuus est, meus autem vivit.

24. Dixit ergò rex: Afferte mihi gladium. Cùmque attulissent gladium coram rege,

25. Dividite *oo*, inquit, infantem vivum in duas partes, & date dimidiam partem uni, & dimidiam partem alteri.

oo sc. vos ministri seu satellites.

26. Dixit autem mulier, cujus filius erat vivus, ad regem (commota sunt quippe viscera ejus super filio suo) Obsecro domine, date illi infantem vivum, & nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat: Nec mihi, nec tibi sit, sed dividatur.

27. Respondit rex, & ait: Date huic infantem vivum, & non occidatur: hæc est enim mater ejus.

28. Audivit itaque omnis Israel judicium quod judicasset rex, & timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum judicium.

Caput IV.

I. Numerantur principes & præfecti Salomonis, 1.
II. Apparatus ciborum ipsius, pacisque securitas eo regnante, 21.
III. Sapientia & numerus parabolarum atq; carminum ejus. 29.

1. Erat autem rex Salomon regnans super omnem Israel:

2. Et hi principes quos habebat: Azarias filius *a* Sadoc sacerdotis:

a i. nepos.

3. Eli-

b i. secretarii.

3. Elihoreph, & Ahia filii Sisa scribæ *b*: Josaphat filius Ahilud à commentariis *c*:

c i. historiographus

4. Banaias filius Joiadæ super exercitum: Sadoc autem, & Abiathar *d* sacerdotes *e*.

d probabiliter alius ab ejecto.

e unus sc. summus, alter velut vicarius & suffraganeus.

5. Azarias filius Nathan, super eos qui assistebant regi: Zabud filius Nathan sacerdos, amicus regis:

6. Et Ahisar præpositus domûs: & Adoniram filius Abda super tributa.

7. Habebat autem Salomon duodecim præfectos super omnem Israel, qui præbebant annonam regi & domui ejus: per singulos enim menses in anno, singuli necessaria ministrabant.

8. Et hæc nomina eorum: Benhur, in monte Ephraïm.

9. Bendecar, in Macces, & in Salebim, & in Bethsames, & in Elon, & in Bethanan.

10. Benhesed in Aruboth: ipsius erat Socho, & omnis terra Epher.

11. Benabinadab, cujus omnis Nephath dor *f*, Tapheth filiam Salomonis habebat uxorem.

f i. terminus Dor.

12. Bana filius Ahilud regebat Thanac & Mageddo, & universam Bethsan, quæ est juxta Sarthana subter Jezrael, à Bethsan usque Abelmehula è regione Jecmaan.

13. Bengaber in Ramoth Galaad: habebat Avothjair *g* filii Manasse in Galaad, ipse præerat in omni regione Argob *h*, quæ est in Basan, sexaginta civitatibus magnis atque muratis, quæ habebant seras æreas

g i. Villas Jair.

h Traconitide.

14. Ahinadab filius Addo præerat in Manaim.

15. Achimaas in Nephthali: sed & ipse habebat Basemath filiam Salomonis in conjugio.

16. Baana filius Husi, in Aser, & in Baloth.

17. Josaphat filius Pharue, in Issachar.

18. Semei filius Ela, in Benjamin.

19. Gaber filius Uri, in terra Galaad, in terra Sehon regis Amorrhæi & Og regis Basan, super omnia quæ erant in illa terra.

20. Juda & Israel innumerabiles *i*, sicut arena maris in multitudine: comedentes, & bibentes, atque lætantes.

i sc. erant.

3. Elihoreph/ und Ahia/ die Söhn Sisa/ waren Schreiber: Josaphat/ der Sohn Ahilud/ war Cantzler:

4. Banaias/ der Sohn Joiadä/ war über das Heer: aber Sadoc und Abiathar/ waren Priester.

5. Azarias/ der Sohn Nathan/ war über die/ welche bey dem König stunden: Zabud/ der Sohn Nathan/ der Priester/ war deß Königs Freund:

6. Und Ahisar war Hoffmeister und Adoniram/ der Sohn Abda/ war über den Tribut.

7. Und Salomon hatte zwölff Ambtleuth über gantz Israel/ die den König und sein Hauß mit Nothdurfft an Speiß versahen: dan ein jeglicher verschaffete Nothdurfft für einen Monat im Jahr.

8. Und diß waren ihre Namen: Benhur/ auf dem Berg Ephraim:

9. Bendecar/ zu Macces/ und zu Salebim/ und zu Bethsames/ und zu Elon/ und zu Bethanan.

10. Benhesed/ zu Aruboth: dem gehörete Socho zu/ und das gantze Land Epher.

11. Benabinadab/ hatte gantz Nephath Dor und er hatte Tapheth/ die Tochter Salomons/ zum Weib.

12. Bana/ der Sohn Ahilud/ regierete Thanac und Mageddo/ und gantz Bethsan/ welche neben Sarthana unter Jezrael gelegen ist/ von Bethsan an bis gen Abelmehula gegen Jecmaan über.

13. Bengaber/ zu Ramoth Galaad: der hatte Auothjair/ deß Sohns Manasse zu Galaad/ er verwaltete auch die gantze Landschafft Argob/ welche in Basan ligt/ sechtzig grosse bemaurte Städt/ die ehrine Schlösser hatten.

14. Ahinadab/ der Sohn Addo/ war Ambtmann *a* zu Manaim.

15. Achimaas/ zu Nephthali: und diser hatte Basemath/ Salomons Tochter/ zum Eheweib.

16. Baana/ der Sohn Husi/ zu Aser/ und zu Baloth.

17. Josaphat der Sohn Pharue/ in Issachar.

18. Semei/ der Sohn Ela/ in Benjamin.

19. Gaber/ der Sohn Uri/ im Land Galaad/ im Land Sehon deß Königs der Amorrhiter/ und Og deß Königs zu Basan/ über alles/ was in demselbigen Land war.

20. Aber Juda und Israel waren unzahlbar/ in der Meng so vil/ als deß Sands am Meer. Sie assen und truncken/ und waren fröhlich.

a Vorsteher.

II.

II. 21. Salomon aber war in seiner Regierung / und hatte unter sich alle Königreich von dem Fluß im Land der Philisther an / bis zu den Gräntzen Egypti: die brachten ihm Gaaben / und dieneten ihm alle die Tag seines Lebens.

22. Aber auf Salomons Speiß gieng alle Tag dreyssig Cor Semmelmehls / und sechtzig Cor von anderm Mehl:

23. Zehen Mastochsen / und zwantzig Ochsen aus der Weyd / und hundert Widder / ohn das Wildprät von Hirschen / Rehen / und Büffel / und von gemästen Vöglen:

24. Dan er hatte das gantze Land unter sich / das über dem Fluß war von Thaphsa an bis gen Gazan / und alle König derselbigen Landen: und hatte rings herumb Frid von allen Seiten.

25. Und Juda und Israel wohneten ohn einige Forcht / ein jeglicher unter seinem Weinstock / und unter seinem Feigenbaum von Dan bis gen Bersabee / alle die Tag / daß Salomon lebete.

26. Und Salomon hatte viertzig tausend Krippen mit Wagenpferden c / und zwölff tausend mit Reutpferden.

27. Und die vorgemelte Ambtleut deß Königs unterhielten sie: auch verschafften sie mit grossen Sorgen zu rechter Zeit / was zum Tisch deß Königs Salomons vonnöthen war.

28. Sie brachten auch zu dem Orth / da der König war / Gersten und Spreu für die Pferd und ander Vieh / wie ihnen die Ordnung gemacht war.

III. 29. So gab auch GOtt dem Salomon Weißheit und überaus grossen Verstand / und ein weites Hertz / wie der Sand / der am Ufer deß Meers ist.

30. Und Salomons Weißheit übertraff die Weißheit aller deren / die im Morgenland / und in Egypten waren.

31. Und er war weißer / dan alle Menschen: weißer / dan Ethan / der Ezrahiter / und Heman / und Chalcol / und Dorda / die Söhn Mahol: und er war berühmet unter allen Völckern rings herumb.

32. Auch hat Salomon drey tausend Sprüch geredet: und seiner Gesäng d waren tausend und fünff.

33. So hat er auch von den Bäumen geredt / vom Cederbaum an / der im Libano ist / biß zum Hissop / der aus der Wand hervor wachst: auch hat er weißlich geredet von dem Vieh / und von den Vöglen / und kriechenden Thieren und von den Fischen.

34. Und es kamen Leut von allen Völckern / die

c Ziech-Pferd. d Reim.

II. 21. *k* Salomon autem erat in ditione sua, habens omnia regna à flumine terræ *l* Philisthiim usque ad terminum Ægypti: offerentium sibi munera, & servientium ei cunctis diebus vitæ ejus.

22. Erat autem cibus Salomonis per dies singulos triginta cori similæ *m*, & sexaginta cori farinæ,

23. decem boves pingues, & viginti boves pascuales, & centum arietes, exceptâ venatione cervorum, caprearum, atque bubalorum, & avium altilium.

24. Ipse enim obtinebat omnem regionem quæ erat trans flumen *n*, à Thaphsa usque ad Gazan, & cunctos reges illarum regionum: & habebat pacem ex omni parte in circuitu.

25. Habitabátque Juda & Israel absque timore ullo, unusquisque sub vite sua, & sub ficu sua, à Dan usque Bersabee, cunctis diebus Salomonis.

26. *o* Et habebat Salomon quadraginta millia præsepia *p* equorum currilium, & duodecim millia equestrium.

27. Nutriebántque eos supradicti regis præfecti: sed & necessaria mensæ regis Salomonis cum ingenti cura præbebant in tempore suo.

28. Hordeum quoque & paleas equorum & jumentorum deferebant in locum ubi erat rex, juxta constitutum sibi.

III. 29. Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis *q*, quasi arenam, quæ est in littore maris.

30. Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium & Ægyptiorum.

31. *r* & erat sapientior cunctis hominibus: sapientior Ethan Ezrahita *s*, & Heman, & Chalcol, & Dorda, filiis Mahol *t*: & erat nominatus in universis gentibus per circuitum.

32. Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas *u*: & fuerunt carmina ejus quinque & mille.

33. Et disputavit super lignis, à cedro quæ est in Libano, usque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete: & disseruit de jumentis, & volucribus, & reptilibus, & piscibus.

34. Et veniebant de cunctis populis ad au-

k Eccli. 47. 15.
l alii á flumine sc. Euphrate usque ad terram Philisthiim, & usque &c.
m i. farinæ purissimæ.
n sc. Euphratem.
o 2. Par. 9. 25. non videtur Salomon peccâsse contra legem *Deut.* 17. v. 16. tot equos alendo quamdiu bonam intentionem & usum illorum habuit.
p i. equos in præsepiis. *Sà.*
q i. magnanimitatem, quâ in opus conferebat, quæ sapientia & prudentia suggerebant.
r Eccli. 47. 16.
s i. Esdre filio.
t hi illo tempore sapientiæ nomine erant celeberrimi.
u i. proverbia.

audiendam sapientiam Salomonis, & ab universis regibus terræ, qui audiebant sapientiam ejus.

CAPUT V.

I. Hiram Salomoni concedit ad templi ædificationem cæsores lignorum, quibus Salomon tribuit cibaria: 1.

II. Numerus cæsorum, portantium onera, latomorum, & præfectorum eorum. 13.

Anno M. 2992. Ant. Chr. 1012.

a sc. gratulatum.

MIsit a quoque Hiram rex Tyri servos suos ad Salomonem: audivit enim quòd ipsum unxissent regem pro patre ejus: quia amicus fuerat Hiram David omni tempore.

2. Misit autem Salomon ad Hiram, dicens:

b tu nosti.

3. Tu scis b voluntatem David patris mei, & quia non potuerit ædificare domum nomini Domini Dei sui propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos sub vestigio pedum ejus.

4. Nunc autem requiem dedit Dominus Deus meus mihi per circuitum: & non est satan c, neque occursus malus.

c seu adversarius conatibus meis obsistens.

d 2. Reg. 7. 13. 1. Par. 22. 10.

5. Quamobrem cogito ædificare templum nomini Domini Dei mei, sicut locutus est Dominus David patri meo, dicens: d Filius tuus, quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domum nomini meo.

6. Præcipe igitur ut præcidant mihi servi tui cedros de Libano, & servi mei sint cum servis tuis: mercedem autem servorum tuorum dabo tibi quamcumque petieris: scis enim quomodo non est in populo meo vir qui noverit ligna cædere sicut Sidonii.

7. Cùm ergo audisset Hiram verba Salomonis, lætatus est valde, & ait: Benedictus Dominus Deus hodie, qui dedit David filium sapientissimum super populum hunc plurimum.

8. Et misit Hiram ad Salomonem, dicens: Audivi quæcumque mandasti mihi: ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis & abiegnis.

e truncis arborum colligatis.

f portum Joppe 2. Par. 2. 16

9. Servi mei deponent ea de Libano ad mare: & ego componam ea in ratibus e in mari, usque ad locum f quem significaveris mihi; & applicabo ea ibi, & tu tolles ea: præbebisque necessa-

Weißheit Salomons anzuhören: und von allen Königen auf Erden/ die von seiner Weißheit gehöret hatten.

Das V. Capitel.

I. Hiram der König in Tyro schickt dem Salomon Holtz und Werckleut zum Bau deß Tempels/ 1.

II. Die Zahl der Menschen / so in Holtz und Stein gearbeitet/ 12.

1. UNd Hiram der König zu Tyro sandte seine Knecht zu Salomon: dan er hörete / daß sie ihn an seines Vatters statt zum König gesalbet hatten: dan Hiram war allzeit Davids Freund gewesen.

2. Salomon aber sandte zu Hiram/ und sprach:

3. Du weist den Willen meines Vatters Davids und daß er dem Namen deß HErrn seines GOttes nit hat könen ein Hauß bauen/ von wegen der rings herum antringenden Kriegen/ biß sie der HErr unter seine Fußsolen legte.

4. Nun hat mir aber der HErr mein GOtt Ruhe geben von allen Seiten/ und es ist kein Widersacher/ noch böser Widerstand.

5. Derwegē gedencke ich dem Namen deß HErrn meines GOttes einen Tempel zu bauen / wie der HErr zu David meinem Vatter geredet hat/ da er sprach: Dein Sohn/ den ich für dich auf deinen Thron geben will/ der soll meinem Namen ein Hauß bauen.

6. So gib nun Befehl / daß deine Knecht Cederbäum für mich abhauen vom Libano/ und daß meine Knecht mit deinen Knechten seyn: Aber den Lohn deiner Knechten will ich dir geben / den du begehren wirst dan du weist daß niemand ist unter meinem Volck/ der das Holz also hauen kan/ wie die Sidonier.

7. Da nun Hiram die Wort Salomons hörete/ erfreuete er sich hoch und sprach: Gebenedeyt sey heutiges Tags GOtt der HErr / der den allerweisesten Sohn Davids über diß grosse Volck gegeben hat.

8. Und Hiram sandte zu Salomon und sprach: Ich hab alles gehöret/ was du mir entbotten hast/ und will alles thun/ was du begehrest / mit Cedern und Dännenhöltzern.

9. Meine Knecht sollen sie vom Libano herab bringen/ biß an das Meer und ich will sie auf dem Meer zu einander legen zu Flössen biß zu dem Orth/ so du mir wirst anzeigen daselbst will ich sie an das Land bringen und du solst sie hinweg nehmen: und solst mir

mir die Nothdurfft geben / damit meinem Hauß Speiß geschaffet werde.

10. Also gab Hiram dem Salomon Cederbäum und Dännenbäum / nach allem seinem Wohlgefallen.

11. Salomon aber gab dem Hiram zwantzig tausend Cor Weitzen zur Speiß für sein Hauß / und zwantzig Cor deß allerreinesten Oels: diß gab Salomon dem Hiram alle Jahr.

II. 12. Auch gab der HErr dem Salomon Weißheit / wie er ihm gesagt hatte: und es war Frid zwischen Hiram und Salomon / und sie machten einen Bund mit einander.

13. Und Salomon erwöhlete Werckleut auß gantz Israel / und der Außschuß war auf dreyssig tausend Mann.

14. Und er sandte sie auf den Libanon / alle Monat zehen tausend / also / daß sie abwechsleten / und zwey Monaten in ihren Häusern waren. Und Adoniram war über solchen Außschuß.

15. Und Salomon hatte sibentzig tausend derjenigen / die Last trugen / und achtzig tausend der Steinhauer im Gebirg:

16. Ohn die Ambtleut a / welche über ein jeglich Werck gesetzt waren / dern an der Zahl drey tausend und drey hundert waren / die über das Volck / und über die Werckleut zubefehlen hatten.

17. Und der König befahl / daß sie grosse Stein / köstliche Stein zu dem Fundament deß Tempels nehmen und dieselbige viereckicht machten.

18. Und die Steinmetzen Salomons / samt den Steinmetzen Hirams behieben b dieselbige Stein: Aber die Gibliner bereiteten Holtz und Stein / das Hauß zu bauen.

Das VI. Capitel.

Die Höhe / Länge / Breite / und übrige inn- und äusserliche Gestalt deß Tempels wird beschriben.

1. Also hat sich zu getragen / daß im vierhundert und achtzigsten Jahr nach dem Außgang der Kinder Israel auß Egyptenland / im vierdten Jahr deß Reichs Salomons über Israel / im Monat Zio (das ist der andere Monat) angefangen ward dem HErrn ein Hauß zu bauen.

2. Aber das Hauß / das der König Salomon dem HErrn bauete hielt sechtzig Ellen in die Läng / und zwantzig Ellen in die Breit / und dreyssig Ellen in die Höh.

3. Und es war ein Vorgebäu vor dem Tempel / zwantzig Ellen lang / nach der abgemessenen Breit /

a Vorsteher. b ebneten.

ria mihi, ut detur cibus domui meæ.

10. Itaque Hiram dabat Salomoni ligna cedrina, & ligna abiegna, juxta omnem voluntatem ejus.

11. Salomon autem præbebat Hiram, coros tritici viginti millia, in cibum domui ejus, & viginti coros purissimi olei: hæc tribuebat Salomon Hiram per singulos annos.

II. 12. g Dedit quoque Dominus sapientiam Salomoni, sicut locutus est ei: & erat pax inter Hiram & Salomonem, & percusserunt ambo fœdus.

13. Elegitque h rex Salomon operarios de omni Israel, & erat indictio i triginta millia virorum.

14. Mittebatque eos in Libanum, decem millia per menses singulos vicissim, ita ut duobus mensibus essent k in domibus suis: & Adoniram erat super hujuscemodi indictione.

15. Fueruntque Salomoni septuaginta millia eorum qui onera portabant, & octoginta millia latomorum l in monte:

16. Absque præpositis qui præerant singulis operibus, numero trium millium & trecentorum, præcipientium populo & his qui faciebant opus.

17. Præcepitque rex, ut tollerent lapides grandes, lapides pretiosos, in fundamentum templi, & quadrarent eos:

18. Quos dolaverunt cæmentarii Salomonis, & cæmentarii Hiram: porro Giblii m præparaverunt ligna & lapides ad ædificandam domum.

CAPUT VI.

Figura & fabrica templi quoad præcipuas ejus partes interiores & exteriores describitur.

1. Factum est ergo a quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Ægypti, in anno quarto, mense Zio, (ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel, ædificari cœpit domus Domino.

2. Domus autem, quam ædificabat rex Salomon Domino, habebat sexaginta cubitos in lõgitudine & viginti cubitos in latitudine, & triginta b cubitos in altitudine.

3. Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, juxta mensuram

g Supr. 3. 12.
h Hebr. tulit nomine tributi.
i 70. tributum.
k i. manerent.
l Hebr. cædentium lapides.
m sc. ex Giblo urbe Phœniciæ.
2. Par. 3. 1. a Circa medium ann. 2992. Anno 4. Salomonis ineunte. Ante Æram Chr. 1012. Ab Abrahami migratione 909. Post diluvium

b 1336. Per. Jul. 3702. b ſc. uſque ad primum tabulatum.

ram latitudinis templi: & habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi.

4. Fecitque in templo feneſtras obliquas.

5. Et ædificavit ſuper parietem templi tabulata per gyrum, in parietibus domûs per circuitum templi & oraculi, & fecit latera in circuitu.

6. Tabulatum quod ſubter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, & medium tabulatum ſex cubitorum latitudinis, & tertium tabulatum ſeptem habens cubitos latitudinis. Trabes autem poſuit in domo per circuitum forinſecus, ut non hærerent muris templi.

7. Domus autem cùm ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata eſt: & malleus, & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita in domo cùm ædificaretur.

8. Oſtium lateris medii in parte erat domûs dextræ: & per cochleam aſcendebant in medium cœnaculum, & à medio in tertium.

9. Et ædificavit domum c & conſummavit eam: texit quoque domum laquearibus cedrinis.

10. Et ædificavit tabulatum ſuper omnem domum quinque cubitis altitudinis, & operuit domum lignis cedrinis.

11. Et factus eſt ſermo Domini ad Salomonem dicens:

12. Domus hæc, quam ædificas, ſi ambulaveris in præceptis meis, & judicia mea feceris, & cuſtodieris omnia mandata mea, gradiens per ea firmabo ſermonem meum tibi, d quem locutus ſum ad David patrem tuum.

13. e Et habitabo in medio filiorum Iſrael, & non derelinquam populum meum Iſrael.

14. Igitur ædificavit Salomon domum, & conſummavit eam.

15. Et ædificavit parietes domûs intrinſecus tabulatis cedrinis, à pavimento domûs uſque ad ſummitatem parietum, & uſque ad laquearia, operuit lignis cedrinis intrinſecus: & texit pavimentum domûs tabulis abiegnis.

16. Ædificavitque viginti cubitorum ad poſteriorem partem templi tabulata

c templum ædificatum in monte Moria, ubi Iſaac immolatus eſt, *Gen.* 22. & ubi David ſacrificium Deo pro avertenda peſte obtulit 2. *Par.* 3. 1. ſignificat Chriſtum & templum eſſe & verum Iſaac, qui mortis ſuæ ſacrificio nocentiſſimam animarum peſtem avertat.

d 2 *Reg.* 7. 16.

e 1. *Par.* 22. 9.

deß Tempels: und es hielt in die Breit zehen Ellen/ vor dem Tempel her.

4. Und er machte Fenſter am Tempel / welche außwendig weit/ und innwendig eng waren.

5. Und er bauete Gemächer an die Wand deß Tempels in die Rund/ welche an den Wänden deß Hauß rings umb den Tempel/ und umb das Heiligthum hergiengen / und machte alſo die Nebengemächer rings herum.

6. Das Gemach / das unten war/ hielt fünff Ellen in die Breit/ und das Gemach / das mitten war / hielt ſechs Ellen in die Breit: und das dritte Gemach hielt ſiben Ellen in die Breit. Aber die Balcken legte er am Hauß von auſſen rings herumb alſo/ daß ſie an den Mauren deß Tempels nit hafften.

7. Als aber das Hauß gebaut war/ ſo war es von behauenen und gantzen Steinen gebauet: und hat man im Hauß/ da es aufgeführet worden/ weder Hammer / noch einig Eyſen-Inſtrument gehöret.

8. Die Thür zum Mittelgang war auf der rechten Seiten deß Hauß: und man gieng durch eine Schneck hinauf auf das mittelſte Gemach/ und vom mittelſten Gemach auf das dritte.

9. Alſo bauete er das Hauß/ und vollendete daſſelbig: auch bedeckte er das Hauß mit Tafelwerck von Cederholtz.

10. Und machte ein Gebäu über das gantze Hauß/ das war fünff Ellen hoch/ und überdeckte das Hauß mit Cederholtz.

11. Aber es geſchahe deß HErrn Wort zu Salomon/ und ſprach:

12. Diß iſt das Hauß/ ſo du baueſt/ wirſt du nun in meinen Gebotten wandlen / und thun nach meinen Rechten/ und alle meine Gebott halten/ und in denſelbigen herein gehen: ſo will ich dir mein Wort beſtätigen/ das ich zu David deinem Vatter geredt habe.

13. Ich will auch mitten unter den Kindern Iſrael wohnen/ und will mein Volck Iſrael nit verlaſſen.

14. Alſo bauete Salomon das Hauß/ und vollendete daſſelbig.

15. Und er machte die Wänd deß Hauß inwendig mit Tafelwerck von Cederholtz/ vom Boden deß Hauß an / biß zum höchſten Theil der Wänden u. bis zum Gewölb/ überzohe ers inwendig mit Cederholtz: und bedeckte den Boden deß Hauß mit dännenen Brettern.

16. Und er bauete am hinderſten Theil deß Tempels ein Cedertafelwerck von zwantzig Ellen/ vom Bo-

Boden / bis oben an/ und machte das inwendige Hauß / darin GOtt redet/ zum Heiligthum der Heiligen.

17. Aber der Tempel selbst / vor der Thür deß Heiligthums war viertzig Ellen lang.

18. Und das gantze Hauß war inwendig mit Cederholtz bekleydet/ und hatte seine gedrehete Arbeit/ und war künstlich in einander gefüget / mit außstehendem geschnitztem Bildwerck: alles war mit Cedertafeln überzogen/ daß man in der Wand gar keinen Stein sehen konte.

19. Aber das Ort/ da GOtt redet/hat er mitten im Hauß inwendig zugerichtet/die Arch deß Bunds deß HErrn daselbst hinzusetzen.

20. Und dasselbig Orth/ da der HErr redet / hielt zwantzig Ellen in die Läng/ und zwantzig Ellen in die Breit/ und zwantzig Ellen in die Höh: er bedeckte es auch/ und überzohe es mit dem allerfeinesten Gold: und er bekleydete den Altar mit Ceder-Holtz.

21. Auch überzohe er das Hauß/ ausser dem Heiligthum mit dem allerfeinesten Gold/ und häfftete die Tafeln an mit guldenen Näglen.

22. Es war auch nichts im Tempel/ das nit mit Gold bedecket war. Er überzohe auch mit Gold den gantzen Altar vor dem Heiligthum.

23. Und er machte im Heiligthumb zween Cherubim von Oelbäumholtz / die waren zehen Ellen hoch.

24. Ein Flügel am Cherub war fünff Ellen lang: und der ander Flügel am Cherub war auch fünff Ellen lang: das ist/ sie hielten zehen Ellen vom End deß einen Flügels/ bis zum End deß andern Flügels.

25. Der andere Cherub hielt auch in gleicher Maß zehen Ellen: und war einerley Werck an den beyden Cherubim/

26. Das ist / ein Cherub war zehen Ellen hoch / und gleich also war auch der ander Cherub.

27. Und er setzte die Cherubim mitten in den innersten Tempel: Aber die Cherubim strecketen ihre Flügel aus: und ein Flügel berührete dise Wand / und ein Flügel deß andern Cherub berührete die andere Wand: aber die andere Flügel berühreten sich einander mitten im Tempel.

28. Er überdeckte auch die Cherubim mit Gold.

29. Und er ließ alle Wänd deß Tempels ringsherum mit allerhand geschnitztem und gedrehetem Werck außgraben: und er machte Cherubim da-

cedrina, à pavimento usque ad superiora: & fecit interiorem domum oraculi in Sanctum sanctorum.

17. Porrò quadraginta cubitorum erat ipsum templum *f* pro foribus oraculi.

18. Et cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habens tornaturas, & juncturas suas fabrefactas, & cælaturas *g* eminentes: omnia cedrinis tabulis vestiebantur: nec omninò lapis apparere poterat in pariete.

19. Oraculum autem in medio domûs in interiori parte fecerat, ut poneret ibi arcam fœderis Domini.

20. Porrò oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, & viginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinis: & operuit illud, atque vestivit auro purissimo. Sed & altare *h* vestivit cedro. *i*

21. Domum quoque ante oraculum operuit auro purissimo, & affixit laminas clavis aureis.

22. Nihilque erat in templo quod non auro tegeretur: sed & totum altare oraculi texit auro.

23. Et fecit in oraculo duos cherubim de lignis olivarum, decem cubitorum altitudinis.

24. Quinque cubitorum ala cherub una, & quinque cubitorum ala cherub altera: id est, decem cubitos habentes, à summitate *k* alæ unius usque ad alæ alterius summitatem.

25. Decem quoque cubitorum erat cherub secundus: in mensura pari, & opus unum erat in duobus cherubim,

26. id est, altitudinem habebat unus cherub decem cubitorum, & similiter cherub secundus.

27. Posuitque cherubim in medio templi interioris: extendebant autem alas suas cherubim, & tangebat ala una parietem, & ala cherub secundi tangebat parietem alterum: alæ autem alteræ in media parte templi se invicem contingebant *l*.

28. Texit quoque cherubim auro.

29. Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit variis cælaturis & torno: & fecit in eis cherubim, & palmas, & picturas

f i. pars illa quæ dicitur Sanctum, Hebr. Hechal.

g sc. florum & fructuum.

h sc. thymiamatis.

i Chald. tabulis cedrinis.

k i. extremitate.

l sc. ita unà tegebant Arcam, & propitiatorium, ac Cherubim facta à Moyse.

ras varias, quaſi prominentes de pariete, & egredientes.

30. Sed & pavimentum domûs texit auro intrinſecus & extrinſecus *m*.

31. Et in ingreſſu oraculi fecit oſtiola de lignis olivarum, poſtéſque angulorum quinque.

32. Et duo oſtia de lignis olivarum: & ſculpſit in eis picturam cherubim, & palmarum ſpecies, & anaglypha valdè prominentia: & texit ea auro: & operuit tam cherubim quàm palmas, & cætera, auro.

33. Fecítque in introitu templi poſtes de lignis olivarum quadrangulatos:

34. Et duo oſtia de lignis abiegnis altrinſecus: & utrumque oſtium duplex erat, & ſe invicem tenens aperiebatur.

35. Et ſculpſit cherubim, & palmas, & cælaturas valdè eminentes: operuítque omnia laminis aureis opere quadro *n* ad regulam.

36. & ædificavit atrium interius *o* tribus ordinibus *p* lapidum politorum, & uno ordine lignorum cedri.

37. Anno quarto *q* fundata eſt domus Domini in menſe Zio *r*.

38. Et in anno undecimo, menſe Bul *s* (ipſe eſt menſis octavus *t*) perfecta eſt domus in omni opere ſuo, & in univerſis utenſilibus ſuis: ædificavítque eam annis ſeptem.

CAPUT VII.

I. Palatium Salomonis, 1.

II. Domus ſaltûs atque uxoris ejus, 7.

III. Varia & ſumptuoſiſſima templi ſupellex. 13.

1. DOmum autem ſuam *a* ædificavit Salomon *b* tredecim annis, & ad perfectum uſque perduxit.

2. Ædificavit quoque domum ſaltûs Libani *c* centum cubitorum longitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorũ altitudinis: & quatuor deambulacra inter columnas cedrinas: ligna quippe cedrina exciderat in columnas.

3. Et tabulatis cedrinis veſtivit totam cameram *d*, quæ quadraginta quinque columnis ſuſtentabatur. Unus autem ordo habebat columnas quindecim

4. contra ſe invicem poſitas.

m ſc. in oraculo & extra.

n i. perfecto.

o ſc. ſacerdotum.

p i. coloribus.

q ſc. regni ſui.

r. i. Aprili

s i. Octobri.

t Ergo ſpatio ſeptem annorum cum dimidio, eſt ædificata, cœpta ſcilicet menſe zio, qui eſt ſecundus (*ſupr.* 6. 1.) & abſoluta menſe octavo An. M. 3000. ineunte Ante verá Chr. natalem ann. 1000. ante æram vulgar. 1004.

a ſc. poſt templum

b. i. annis 12. cum dimidio *Conf. cap.* 6. *ſuper.* v. 38. *& cap.* 9. v. 10.

c ſic dictam quia ex cedris libani, & quia Libanum referebat amœnitate.

d i. ſuperiorem domûs partem.

ran/und Palmenbäum und vilerley Laubwerck das erhöhet war/u. gleichſam võ d' Wand heraus gieng.

30. Auch bedeckte er den Boden im Hauß mit Gold/ inwendig und außwendig.

31. Und am Eingang deß Heiligthumbs machte er kleine Thiren von Oelbäumenholtz/ mit fünffeckichten Pfoſten.

32. Uñ die beyde Thiren waren von Oelbäumenholtz: und er ſchnitzte darein die Gleichnuß der Cherubim und Geſtalt der Palmenbäum/ uñ Laubwerck das weit heraus ſtund: und er überdeckte es mit Gold: wie er auch ſo wol die Cherubim/ als die Palmenbäum/ und alles andre mit Gold überzohe.

33. Er machte auch im Eingang deß Tempels viereckichte Pfoſten von Oelbäumholtz:

34. Und zwo Thiren von Dännenholtz gegeneinander: und beyde Thiren waren dopelt daß ſie aneinander hiengen und aufgethan wurden.

35. Und er grube Cherubim darein/ und Palmenbäum/ und gar weit hervor ſtehend geſchnitztes Laubwerck: und überdeckte alles mit geſchlagenem Gold/ mit geviertem Werck nach der Schnur.

36. Auch bauete er den inwendigen Vorhoff von dreyen Reyen polierter Stein/ und einer Reyen Cederbalcken.

37. Im vierdten Jahr/ im Monat Zio war der Grund gelegt am Hauß deß HErrn.

38. Und im eylfften Jahr im Monat Bul/ (das iſt der achte Monat) iſt das Hauß mit allem ſeinem Werck/ und mit ſeiner gantzen Gereitſchafft vollendet worden: und er hats in ſiben Jahren gebauet.

Das VII. Capitel.

I. Salomon bauet ihm ſelbſt einen Pallaſt/ und ein Hauß im Wald Libano/ 1.

II. Ein ſtattlich Richthauß/ und eine Wohnung für die Tochter Pharao/ 7.

III. Laſt guldene und vil andere gegoſſene Geſchirr für obberührte Bäu machen/ 13.

1. ABer Salomon bauete ſein Hauß/ in dreyzehen Jahren/ und führete es vollkommlich aus.

2. Er bauete auch das Hauß deß Walds Libani hundert Ellen lang/ und fünfftzig Ellen breit/ und dreyſſig Ellen hoch: und es waren vier Gäng zwiſchen Säulen von Cederholtz: Dan er hatte Cederbäum zu Säulen geſchnitten.

3. Er bekleydete auch mit Tafelwerck von Cederholtz das gantze Gewölb/ das von fünff und viertzig Säulen getragen ward. Aber eine Rey hatte fünffzehen Säulen/

4. Die recht gegeneinander geſetzt waren/

5. Daß

5. daß sie gleich auf einander sahen: u war gleicher Raum zwischen den Säulen/ u. auf den Säulen lagen viereckigte Höltzer/ welche durchauß gleich waren.
6. Auch machte er ein Vorgebäu mit Säulen/ das fünfftzig Elen lang war/ und dreyssig Elen breit/ und noch ein anders Vorgebäu vor dem grossen Vorgebäu mit Säulen / und Häubtern a auf den Säulen.
II. 7. Auch machte er ein Vorgebäu zum Thron / darinn der Richtstuhl war / u. bekleydete dasselbig mit Cederholtz/ unten võ Boden an biß oben hinauß/
8. Und das Häußlein darin man zu Gericht saß/ war mitten im Vorgebäu von gleichem Werck. Er bauete auch der Tochter Pharao ein Hauß (welche Salomon zum Weib genommen hatte) mit eben solchem Werck/ damit diß Vorgebäu gemacht war.
9. Alles war von köstlichen Steinen / welche nach der Richtschnur / und auf die Maß so wohl inwendig als auswendig mit der Seegen geschnitten waren: vom Grund auf biß zum Obertheil der Wänden/ auch auswendig biß an den grossen Vorhoff.
10. Aber der Grund war von köstlichen Steinen/ von grossen Steinen/ die zehen oder acht Elen lang waren.
11. Und oben darauf waren köstliche Stein auf gleiche Maß gehauen: deßgleichen auch vom Cederholtz.
12. Und der grosse Vorhoff war rund / und hatte drey Reyen von gehauenen Steinen / und eine Rey von gehobeltem Cederholtz: also war es auch im innern Vorhoff am Hauß deß HErrn / und im Vorgebäu am Hauß.
III. 13. Auch sandte der König Salomon auß/ und ließ von Tyro Hiram holen/
14. Einer Wittfrauen Sohn auß dem Stamm Nephthali / dessen Vatter ein Tyrer war / der ein Künstler war in Ertz zu arbeiten / voller Weißheit/ und Verstands/ und Wissenschafft/ allerhand Werck von Ertz zu machen. Da er nun zum König Salomon kam / machte er alle sein Werck.
15. Und er goß zwo ehrin Säulen / eine Saul war achtzehen Elen hoch / und eine Schnur von zwölff Elen gieng um die beyde Säulen.
16. Er machte auch zwey Capitäln auß Ertz gegossen / die man oben auf das Haubt der Säulen setzen solte: das eine Capitäl war fünff Elen hoch / und das ander Capitäl war auch fünff Elen hoch.

a Capitäl.

5. & è regione se respicientes, æquali spatio inter columnas, & super columnas quadrangulata ligna in cunctis æqualia.
6. Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, & triginta cubitorum latitudinis: & alteram porticum in facie majoris porticûs: & columnas, & epistylia e super columnas.
II. 7. Porticum quoque solii, in qua tribunal est fecit: & texit lignis cedrinis à pavimento usque ad summitatem.
8. Et domuncula, in qua sedebatur ad judicandum, erat in media porticu, simili opere. f Domum quoque fecit filiæ Pharaonis (quam uxorem duxerat Salomon) tali opere, quali & hanc porticum.
9. Omnia lapidibus pretiosis, qui ad normam quamdam atque mensuram tam intrinsecus quàm extrinsecus serrati erant: à fundamento usque ad summitatem parietum, & extrinsecus usque ad atrium majus.
10. Fundamenta autem de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis decem sive octo cubitorum.
11. Et desuper lapides pretiosi æqualis mensuræ secti erant, similiterque de cedro.
12. Et atrium majus rotundum, trium ordinum de lapidibus sectis, & unius ordinis de dolata cedro: nec non & in atrio domûs Domini interiori, & in porticu domûs.
III. 13. Misit quoque rex Salomon, & tulit Hiram de Tyro g,
14. filium mulieris viduæ de tribu Nephthali, patre Tyrio, artificem ærarium, & plenum sapientiâ, & intelligentiâ, & doctrinâ ad faciendum omne opus ex ære. Qui cùm venisset ad regem Salomonem, fecit omne opus ejus.
15. Et finxit duas columnas æreas, decem & octo cubitorum altitudinis columnam unam: h & linea duodecim cubitorum ambiebat columnam utramque.
16. Duo quoq; capitella fecit, quæ ponerentur super capita columnarum, fusilia ex ære: quinq; cubitorum altitudinis capitellum unum, & quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum:

17. Et

e i. capitella.

f *Supr. 3. 1.*

g iste Hiram ex patre de tribu Nephthali & matre de tribu Dan, ut patet 2. *Par. c.* 2. 13. & *c.* 4. 16. Tyrius dicitur ob diuturnam istic habitationem.

h *Ierem.* 52. 21.

17. Et quasi in modum retis, & catenarum sibi invicem miro opere contextarum. Utrumque capitellum columnarum fusile erat: septena versuum *i* retiacula in capitello uno & septena retiacula in capitello altero.

18. Et perfecit columnas, & duos ordines per circuitum retiaculorum singulorũ, ut tegerent capitella, quæ erant super summitatem, malogranatorum: eodem modo fecit capitello secundo.

19. Capitella autem, quæ erant super capita columnarum, quasi opere lilii fabricata erant in porticu quatuor cubitorum.

20. Et rursum alia capitella in summitate columnarum desuper juxta mensuram columnæ contra retiacula: malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi.

21. Et statuit duas columnas in porticu templi: cumq; statuisset columnam dexteram, vocavit eam nomine Jachin *k*: similiter erexit columnam secundam: & vocavit nomen ejus Booz *l*.

22. Et super capita columnarum opus in modum lilii posuit, perfectumque est opus columnarum.

23. *m* Fecit quoq; mare fusile decem cubitorum à labio usq; ad labium, rotundum in circuitu: quinq; cubitorum altitudo ejus, & resticula *n* triginta cubitorum cingebat illud per circuitum.

24. Et sculptura subter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare: duo ordines sculpturarum striatarum *o* erant fusiles.

25. Et stabat super duodecim boves, è quibus tres respiciebant ad Aquilonem, & tres ad Occidentem, & tres ad Meridiem, & tres ad Orientem, & mare super eos desuper erat: quorum posteriora universa intrinsecus latitabant.

26. Grossitudo autem luteris *p*, trium unciarum *q* erat: labiumque ejus, quasi labium calicis, & folium repandi *r* lilii: duo millia batos capiebat.

27. Et fecit decem bases æneas *s*, quatuor cubitorum longitudinis bases singulas, & quatuor cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis.

28. Et ipsum opus basium, in-

i i. gyrorũ seu Zonarum.

k i. confirmat.

l i. fortitudo q. d. Dei fortitudo confirmet hanc domũ.

m 2. Par. 4. 3.

n sc. in modum funis.

o i. excavatarum.

p i. Conchæ, quam supra vocavit mare

q Hebr. palmi.

r i. recurvi.

s mysticè significant decem præcepta &c. Sicut omnia quæ sunt in universo, ita & omnia quæ sunt in templo, mysticè deserviunt ad explicandas dotes & virtutes dona & beneficia Christi, ejus Matris, & Sponsæ seu Ecclesiæ.

17. Und war daran gleichwie ein Netz und wie Ketten / so mit wunderlicher Arbeit durch einander geflochten waren. Beyde Capitäln der Säulen waren gegossen: siben geflochtene Reiff waren an einem Capital / und siben Reiff am andern Capital.

18. Und er machte die Säulen auß / und zwo Reyen Granatäpffel / um einen jeglichen Reiff / daß sie die Capitäln bedeckten / die oben auf stunden: also machte ers auch mit dem andern Capital.

19. Aber die Capitäln / welche oben auf den Saulen waren / die waren künstlich gemacht / wie das Lilgen Werck im Vorgebäu vier Elen groß.

20. Widerum waren auch andere Capitäln oben auf den Säulen / so nach der Säulen Maß gegen den Reiffen gesetzt stunden: aber der Granatenäpffel waren zweyhundert in den Reyen / so um das ander Capital rings herum giengen.

21. Und er richtete die beyde Säulen auf im Vorhoff deß Tempels: und als er die Saul zur rechten Hand gesetzt hatte / nennete er sie mit Namen / Jachin: imgleichen richtete er auch die andere Saul auf / und nennete ihren Namen Booz.

22. Und er setzte auf die Häubter der Säulen das Werck / so einer Lilgen gleich war / also ward das Werck der Säulen vollendet.

23. Er machte auch ein gegossenes Meer / das zehen Elen weit war / von einem Rand zum andern / und war rund rings herum. Seine Höh war fünff Elen / und eine Schnur von dreyßig Elen gieng in die Rund herum.

24. Und unter dem Rand gieng außgestochen Werck rings herum und umgab das Meer zehen Elen lang. Und die zwo Reyen deß außgestochenen erhobenen Wercks waren gegossen.

25. Und es stund auf zwölff Ochsen / deren drey gegen Mitternacht gewendt waren / und drey gegen Nidergang / und drey gegen Mittag / und drey gegen Aufgang / und das Meer war oben auf den Ochsen / also / daß ihrer aller Hintertheil inwendig verborgen war.

26. Aber die Dicke deß Kessels war von dreyen Untzen: und sein Rand war / wie eines Bechers Rand / und wie ein zuruck auß gebreites Lilgen Blat: und es hielt zwey tausend Baten. *a*

27. Auch machte er zehen ehrine Fußstuck / ein jegliches Fußstuck vier Elen lang / und vier Elen breit / und drey Elen hoch.

28. Und das Werck der Fußstuck war mit Fel-

a ein gewise Maaß

dern unterschiden / und zwischen den Fugen war gegrabenes Bildwerck.

29. Es waren auch zwischen dem umgehenden Rand / und den geflochtenen Leisten / Löwen / und Ochsen / und Cherubim / deßgleichen in den Fugen von oben herab: aber unter den Löwen/und Ochsen waren gleichwie ehrine Bändel / die herab hiengen.

30. Und an einem jeglichen Fußstuck waren vier Räder / und Achsen von Ertz. Und auf den vier Ecken waren gleichwie kleine gegossene Achselen unter dem Kessel / die gleich gegen einander stunden.

31. Auch war der Mund deß Kessels inwendig in der Höh deß Haubts : und was man von aussen sahe war einer Elen hoch / und gar rund : und hielt zusammen anderthalbe Elen : aber auf den Ecken der Säulen war allerhand gegrabenes Werck : und was in der Mitte war zwischen den Säulen / das war viereckicht / und nit rund.

32. Auch die vier Räder / welche auf den vier Ecken am Fußstuck waren / hafteten unten am Fußstuck eins am andern: und war ein jegliches Rad anderthalbe Elen hoch.

33. Es waren aber solche Räder / wie man an die Wagen pflegt zumachen: und ihre Achsen / und Speichen/u. Naben/u. Felgen waren alle gegossen.

34. So waren auch die vier kleine Achselen / auf den Ecken eines jeglichen Fußstucks / auß demselben Fußstuck gegossen / daß sie daran haffteten.

35. Aber oben auf dem Fußstuck war etwas in die Rund gemacht / einer halben Elen hoch / und war also zugerichtet / daß man den Kessel von oben darauf setzen kunte/u. hatte sein gegrabenes Werck / u. allerhãd außgestochenes Bildwerck auß sich selbst

36. Auch grub er auf den Tafeln / die von Ertz waren / und auf den Ecken Cherubim / und Löwen / und Palmbäum / gleich wie eines stehenden Menschen Gestalt / daß es anzusehen war / als wan es nit außgegraben / sondern rings herum angesetzt wäre.

37. Auf dise Weiß machte er zehen Fußstuck mit einem Guß / auch auf eine Maß / und auf eine Weiß außgestochen.

38. Er machte auch zehen ehrine Kessel und ein jeglicher Kessel hielt viertzig Baten/u. war von vier Elen : und er setzte einen jeglichen Kessel auf ein Fußstuck / das ist / zehen Kessel auf zehen Fußstuck.

39. Und er stellete die zehen Fußstuck fünff zur rechten Seiten deß Tempels / und fünff zur lincken Seiten: aber das Meer stellete er zur rechten Seiten deß Tempels / gegen Aufgang auf der Mittags Seiten.

terrasile erat : & sculpturæ inter juncturas.

29. Et inter coronulas & plectas, leones & boves & cherubim, & in juncturis similiter desuper : & subter leones & boves, quasi lora ex ære dependentia.

30. Et quatuor rotæ per bases singulas, & axes ærei : & per quatuor partes quasi humeruli subter luterem fusiles, contra se invicem respectantes.

31. Os quoque luteris intrinsecus erat in capitis summitate : & quod forinsecus apparebat, unius cubiti erat totum rotundum, pariterque habebat unum cubitum & dimidium : in angulis autem columnarum variæ cælaturæ erant : & media intercolumnia, quadrata non rotunda.

32. Quatuor quoq; rotæ, quæ per quatuor angulos basis erant, cohærebant sibi subter basim: una rota habebat altitudinis cubitum & semis.

33. Tales autem rotæ erant, quales solent in curru fieri : & axes earum, & radii, & canthi, & modioli, omnia fusilia.

34. Nam & humeruli illi quatuor per singulos angulos basis unius, ex ipsa basi fusiles & conjuncti erant.

35. In summitate autem basis erat quædam rotunditas dimidii cubiti, ita fabrefacta, ut luter desuper posset imponi, habens cælaturas suas, variásque sculpturas ex semetipsa.

36. Sculpsit quoque in tabulatis illis, quæ erant ex ære, & in angulis, cherubim, & leones, & palmas, quasi in similitudinem hominis stantis, ut non cælata, sed apposita per circuitum viderentur.

37. In hunc modum fecit decem bases, fusura una, & mensura, sculpturáque consimili.

38. Fecit quoque decem luteres ‡ æneos : quadraginta batos capiebat luter unus, erátque quatuor cubitorum : singulos quoque luteres per singulas, id est, decem bases, posuit.

‡ i. conchas ad lavandũ v. Sá.

39. Et constituit decem bases, quinque ad dexteram partem templi, & quinque ad sinistram : mare autem posuit ad dexteram partem templi contra Orientem ad Meridiem.

40. Fecit ergo Hiram lebetes, & scutras, & hamulas, & perfecit omne opus regis Salomonis in templo Domini.

41. Columnas duas, & funiculos capitellorum super capitella columnarum duos: & retiacula duo, ut operirent duos funiculos, qui erant super capita columnarum.

42. Et malogranata quadringenta in duobus retiaculis: duos versus malogranatorum in retiaculis singulis, ad operiendos funiculos capitellorum, qui erant super capita columnarum.

43. Et bases decem, & luteres decem super bases.

44. Et mare unum, & boves duodecim subter mare.

45. Et lebetes, & scutras, & hamulas: omnia vasa, quæ fecit Hiram regi Salomoni in domo Domini, de aurichalco *u* erant.

u seu ære quod colore aurum refert.

46. In campestri regione Jordanis fudit ea rex in argillosa terra, inter Sochoth & Sarthan.

47. Et posuit Salomon omnia vasa: propter multitudinem autem nimiam non erat pondus *x* æris.

x sc. exploratum.

48. Fecitque Salomon omnia vasa in domo Domini: altare aureum *y*, & mensam, super quam ponerentur panes propositionis, auream:

y sc. opertũ aureis laminis.

49. Et candelabra aurea, quinque ad dexteram, & quinque ad sinistram, contra oraculum ex auro puro: & quasi lilii flores, & lucernas desuper aureas: & forcipes aureos,

50. & hydrias, & fuscinulas, & phialas & mortariola, & thuribula, de auro purissimo: & cardines ostiorum domûs interioris Sancti sanctorum, & ostiorum domûs templi, ex auro erant.

51. *z* Et perfecit omne opus quod faciebat Salomon in domo Domini, & intulit quæ sanctificaverat David pater suus, argentum & aurum, & vasa, reposuitque in thesauris domûs Domini.

z 2. Par. 5. 1.

Caput VIII.

I. Templum introducta in ipsum arcâ dedicatur. 1.
II. Salomon orat & populo benedicit: 15.
III. Numerus boum & ovium immolatarum hac celebri festivitate. 62.

40. Und Hiram machte auch Tigel und runde Schüßlen/u kleine Becken/ u. vollendete das gantze Werck deß Königs Salomōs im Tempel deß Herrn.

41. Zwo Säulen/ und zwey Stricklein der Capitäln auf dem Obertheil der Säulen: und zween geflochtene Reiffen/ die beyde Stricklein zu bedecken/ welche auf dem Obertheil der Säulen waren.

42. Auch vier hundert Granatäpffel an den beyden geflochtenen Reiffen/ zwo Reyen Granatäpffel an einem jeglichen Reiff/ die Stricklein der Capitäln zu bedecken/ welche oben auf den Säulen waren.

43. Und zehen Fußstuck/ und zehen Kessel auf dieselbige Fußstuck.

44. Und ein Meer/und zwölff Ochsen unter dem Meer:

45. Und Tigel/ und runde Schüsslen und Becken: alle die Geschirr/ die Hiram/ dem König Salomon im Hauß deß HErrn gemacht hat/ waren von lauterm Ertz.

46. Und ließ der König dieselbige giessen in der Flachen Landschafft am Jordan im leimigen Erdreich/zwischen Sochoth/ und Sarthan.

47. Und Salomon liesse alle die Geschirr hinsetzen: aber um der grossen Meng willen ward das Ertz nit gewogen.

48. Auch machte Salomon alle Gereitschafft im Hauß deß HErrn: den guldenen Altar/ und den guldenen Tisch/ darauf man die Schaubrod legen solte:

49. Auch die guldene Leuchter/ fünff zur rechten/ und fünff zur lincken Seiten/ gegen dem Heiligthum über von lauterm Gold: und die Blumen wie Lilgen/ und die guldene Lampen darauf/ samt guldene Liecht Scheeren/

50. Dazu die Krüg und die Gabel/und die Schaalen/ und die Mörsel/ und die Rauchfässer vom allerfeinesten Gold. So waren auch die Thürangel deß inwendigen Hauß deß Heiligthums/ und an den Thüren deß Hauß deß Tempels von Gold.

51. Und er vollendete alles Werck/das Salomon im Hauß deß HErrn machte/ und er trug hinein/ was sein Vatter David von Silber/und Gold und Gefässen geheiliget hatte/und legte es in den Schatz deß Hauß deß HErrn.

Das VIII. Capitel.

I. Die Einweyhung deß Tempels/ 1.
II. Das Gebett/ welches Salomon dabey verrichtet/ 15.
III. Die Zahl der Brand- und Schlacht-Opffer an disem Fest/ 62.

1. DA wurden alle Aelteste in Israel mit den Fürsten der Stämmen / und die Obersten der Geschlechter unter den Kindern Israel zum König Salomon gen Jerusalem zusammen gefordert : die Arch deß Bunds deß HErrn aus der Stadt Davids / das ist / von Sion hinweg zutragen.

2. Und gantz Israel kam zum König Salomon zusammen im Monat Ethanim / so der sibende Monat ist / auf einem hohen Fest-Tag.

3. Da kamen alle Aelteste von Israel / und die Priester huben die Arch auf:

4. Und sie trugen die Arch deß HErrn / und den Tabernackel deß Bunds / und alle Geschirr deß Heiligthums / welche in dem Tabernackel waren : dieselbige trugen die Priester / und Leviten.

noch die Seelen deiner Knechten / welche bey mir
seynd.
14. Sihe/ das Feuer ist vom Himmel kommen/
und hat die erste beyde Haubtleut über fünfftzig ge-

est Deus in Israel, ut eatis ad consulendum
Beelzebub *c* deum Accaron?
4. Quam ob rem hæc dicit Dominus:
De lectulo, super quem ascendisti, non
descendes, sed morte morieris. Et abiit
Elias:
5. Reversíque sunt nuntii ad O-
choziam. Qui dixit eis: Quare reversi
estis?
6. At illi responderunt ei: Vir occurrit
nobis, & dixit ad nos: Ite, & revertimini
ad regem, qui misit vos, & dicetis ei: Hæc
dicit Dominus: Numquid, quia non erat
Deus in Israel, mittis ut consulatur Beel-
zebub deus Accaron? Idcirco de lectulo,
super quem ascendisti, non descendes, sed
morte morieris.
7. Qui dixit eis: Cujus figuræ & habitûs
est vir ille, qui occurrit vobis, & locutus
est verba hæc?
8. At illi dixerunt: Vir pilosus *d*, & zo-
nâ pelliceâ accinctus renibus. Qui ait:
Elias Thesbites est.
II. 9. Misítque ad eum quinquagenariũ
principem, & quinquaginta qui erant sub
eo. Qui ascendit ad eum: sedentíque in
vertice montis, ait: Homo Dei *e*, rex præ-
cepit ut descendas.
10. Respondénsque Elias, dixit quin-
quagenario: Si homo Dei sum, descen-
dat ignis de cælo, & devoret te, & quin-
quaginta tuos. Descendit itaque ignis de
cælo, & devoravit eum, & quinquaginta
qui erant cum eo.
11. Rursúmque misit ad eum principem
quinquagenarium alterum, & quinqua-
ginta cum eo. Qui locutus est illi: Homo
Dei, hæc dicit rex: Festina, descende.
12. Respondens Elias ait: Si homo Dei
ego sum, descendat ignis de cælo, & devo-
ret te, & quinquaginta tuos. Descendit er-
go ignis de cælo, & devoravit illum, &
quinquaginta ejus.
III. 13. Iterum misit principem quinqua-
genarium tertium, & quinquaginta qui e-
rant cum eo. Qui cùm venisset, curva-
vit genua contra *f* Eliam, & precatus est
eum, & ait: Homo Dei, noli despicere
animam *g* meam, & animas servorum
tuorum qui mecum sunt.
14. Ecce descendit ignis de cælo, & de-
voravit duos principes quinquagenarios

c Beelzebub significat dominum muscæ seu deum muscarum: quòd crederent arcere muscas. *Tirin.*

d i. capillo oblongo horridus.

e Ironicè, & irridens ita loquitur.

f i. ante.

g i. me, seu vitam.

primos, & quinquagenos, qui cum eis erant; sed nunc obsecro ut miserearis animæ meæ.

15. Locutus est autem Angelus Domini ad Eliam, dicens: Descende cum eo, ne timeas. Surrexit igitur, & descendit cum eo ad regem,

16. & locutus est ei: Hæc dicit Dominus: Quia misisti nuntios ad consulendum Beelzebub deum Accaron, quasi non esset Deus in Israel, à quo posses interrogare sermonem, ideo de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.

17. Mortuus est ergo juxta sermonem Domini, quem locutus est Elias, & regnavit Joram frater ejus pro eo, anno *h* secundo Joram *i* filii Josaphat regis Judæ: non enim habebat filium.

h Anno M. 3108. Ant. Chr. 896.

i i. solius, nam cum patre regnaverat annis ferè novem.

18. Reliqua autem verborum Ochoziæ, quæ operatus est, nonne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel?

CAPUT II.

I. Eliseus Jordanem, aquâ Eliæ pallio divisâ, cum illo transit; & Eliâ in cælum rapto, duplicem ejus spiritum accipit, 8.

II. Pallio Eliæ rursum Jordanis aquas dividit. 13.

III. Aquas Jericho ac terræ sterilitatem immisso sale sanat: pueri eum irridentes ab ursis lacerantur. 19.

Eodem anno 3108. Ant. Chr. 896.

1. FActum est autem, cùm levare vellet Dominus Eliam per turbinem in cælum, ibant Elias & Eliseus de Galgalis.

2. Dixítque Elias ad Eliseum: Sede *a* hîc, quia Dominus misit me usq; in Bethel. Cui ait Eliseus: Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te. Cumque descendissent Bethel,

a i. mane.

3. egressi sunt filii *b* prophetarum, qui erant in Bethel, ad Eliseum, & dixerunt ei: Numquid nosti, quia hodie Dominus tollet dominum tuum à te? Qui respondit: Et ego novi: silete.

b i. discipuli.

4. Dixit autem Elias ad Eliseum: Sede hîc, quia Dominus misit me in Jericho. Et ille ait: Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te. Cumque venissent Jericho.

5. accesserunt filii prophetarum, qui

fressen / samt ihren fünfftzigen die bey ihnen waren: aber nun bitte ich dich / erbarme dich über meine Seel.

15. Und der Engel deß HErrn redet mit Elia und sprach: Gehe mit ihm hinab / und förchte dir nit. Also stund er auf / und gieng mit ihm hinab zum König:

16. Und er sprach zu ihm: Diß sagt der HErr: Darum daß du Botten hast außgesandt / Beelzebub den Gott Accaron zu fragen / als wan in Israel kein GOtt wäre / den du um das Wort fragen möchtest / so solst du von dem Beth nit aufstehen / darauf du gestigen bist / sondern du solst deß Tods sterben.

17. Also starb er nach dem Wort deß HErrn / das Elias geredet hatte / und Joram sein Bruder regierte an seiner statt / im andern Jahr Joram deß Sohns Josaphat / deß Königs Juda: dan er hatte keinen Sohn.

18. Aber das übrige von den Geschichten Ochoziä / was er gethan hat / ist das nit geschriben im Buch der Wort von den Tagen der Königen Israel?

Das II. Capitel.

I. Nachdem Elias in einem feurigen Wagen abgefahren / bekommt Eliseus seinen zweyfachen Geist / 8.

II. Durch deß Eliä Mantel wird der Jordan zweymahl also getheilet / daß man trucken können hindurchgehen / 13.

III. Eliseus macht das Wasser zu Jericho trinckbar / und die Erd fruchtbar: und verflucht die Kinder / so ihn außspotteten / 19.

1. ES begab sich aber / da der HErr Eliam im Sturm gen Himmel aufnehmen wolte / daß Elias und Eliseus von Galgala giengen.

2. Und Elias sprach zu Eliseo: Bleibe hie / dan der HErr hat mich bis gen Bethel gesandt. Da sprach Eliseus zu ihm: So wahr der HErr lebet / und so wahr deine Seel lebet / ich will dich nit verlassen. Und als sie gen Bethel hinab kamen /

3. Da giengen die Kinder der Propheten / welche zu Bethel waren / zum Eliseo heraus und sprachen zu ihm: Weist du auch / daß der HErr disen Tag deinen Herrn wird von dir nehmen? Der antwortete: ich weiß es auch wol / schweiget still.

4. Und Elias sprach zu Eliseo: Bleibe hie / dan der HErr hat mich gen Jericho gesandt. Und er sprach: So wahr der HERR lebet / und so wahr deine Seel lebet / ich will dich nit verlassen.

5. Und da sie gen Jericho kamen / traten die Kinder

der der Propheten die zu Jericho waren/ zu Eliseo
und sprachen zu ihm: Weistdu auch/daß der HErr
disen Tag deinen HErrn wird von dir nehmen? und
er sprach: ich weiß es auch wol/ schweiget still.
6. Und Elias sprach zu ihm: Bleibe hie /
dan der HERR hat mich bis an den Jordan
gesandt. Er sprach: So wahr der HErr le-
bet / und so wahr deine Seel lebet / ich will dich
nit verlassen. Also giengen sie beyde miteinander.
7. Und fünfftzig Männer von den Kindern der
Propheten folgeten ihnen / und stunden gegen
über von fern: Aber sie beyde stunden am Jor-
dan.
I. 8. Und Elias nahm seinen Mantel/ und wicklete
ihn zusammen/ und schlug ins Wasser/ das theilete
sich zu beyden Seiten / und sie giengen beyde auf
trockenem Grund hindurch.
9. Als sie nun hindurch gangen waren/ sprach
Elias zu Eliseo: Begehre/ was du wilst/ daß ich dir
thun soll/ ehe ich von dir genommen werde. Und E-
liseus sprach: ich bitte/ daß dein Geist zweyfach in
mir sey.
10. Er antwortet: Du hast ein schwer Ding be-
gehret; jedoch im Fall du mich sehen wirst/ wan ich
von dir genommen werde/ so soll dir widerfahren /
was du begehret hast: wirst du mich aber nit sehen/
so wirds nit seyn.
11. Da sie nun also fortgiengen / und unter
Weegen miteinander redeten/ sihe/ da kam ein feu-
riger Waagen/ und feurige Pferd die theileten sie
voneinander: und Elias fuhre im Sturm hinauf
gen Himmel:
12. Eliseus aber sahe es / und rieff: Mein
Vatter / mein Vatter/ der Wagen Israel und
sein Fuhr-Mann. Und er sahe ihn nit mehr: und
er fassete seine Kleyder / und zerrisse sie in zwey
Theil.
II. 13. Und er hube deß Eliä Mantel auf / der ihm
entfallen war: und kehrete wider um/und stund auf
dem Ufer deß Jordans/
14. Und er schlug das Wasser mit dem Mantel
Eliä/ der ihm entfallen war/ und es theilete sich nit.
Da sprach er: Wo ist auch nun der GOtt Eliä?
Und er schlug das Wasser/ und es theilete sich zu
beyden Seiten/ und Eliseus gieng hindurch.
15. Da das aber die Kinder der Propheten sa-
hen/ welche gegen über zu Jericho waren / sprachen
sie: Der Geist Eliä ruhet auf dem Eliseo. Und sie
kamen ihm entgegen/ und betteten ihn an/ und bo-
gen sich nider zur Erden.
16. Und sie sprachen zu ihm: Sihe/ es seynd bey
deinen Knechten fünfftzig starcke Männer/ die kön-

erant in Jericho, ad Eliseum, & dixerunt
ei: Numquid nosti quia Dominus hodie
tollet dominum tuum à te? Et ait: & ego
novi *c*: silete.
6. Dixit autem ei Elias: Sede hîc, quia
Dominus misit me usque ad Jordanem.
Qui ait: Vivit Dominus, & vivit anima
tua, quia non derelinquam te. Ierunt i-
gitur ambo pariter,
7. & quinquaginta viri de filiis prophe-
tarum secuti sunt eos, qui & steterunt e-
contra, longè: illi autem ambo stabant
super *d* Jordanem.
I. 8. Tulitque Elias pallium suum, & in-
volvit illud, & percussit aquas, quæ divi-
sæ sunt in utramque partem, & transierunt
ambo per siccum.
9. Cúmque transissent, Elias dixit ad
Eliseum: Postula quod vis ut faciam tibi,
antequam tollar à te. Dixitque Eliseus:
Obsecro ut fiat in me duplex *e* spiritus
tuus.
10. Qui respondit: Rem difficilem
postulasti: attamen si videris me,
quando tollar à te, erit tibi
quod petisti: si autem non videris, non
erit.
11. Cúmque pergerent, & inceden-
tes sermocinarentur, ecce currus igneus,
& equi ignei *f* diviserunt utrumque: &
g ascendit Elias per turbinem *h* in cæ-
lum *i*,
12. Eliseus autem videbat, & clama-
bat: Pater mi, Pater mi, currus Israel, & au-
riga ejus. Et non vidit eum amplius: appre-
hendítque vestimenta sua, & scidit *k* illa in
duas partes.
II. 13. Et levavit pallium Eliæ, quod ce-
ciderat ei: reversúsque stetit super ripam
Jordanis,
14. & pallio Eliæ, quod ceciderat ei,
percussit aquas, & non sunt divisæ, & di-
xit: Ubi est Deus Eliæ etiam nunc? per-
cussítque aquas, & divisæ sunt huc atque
illuc, & transiit Eliseus.
15. Videntes autem filii prophetarum,
qui erant in Jericho econtra, dixerunt:
Requievit spiritus Eliæ super Eliseum. Et
venientes in occursum ejus, adoraverunt
eum proni in terram,
16. dixeruntque illi: Ecce, cum servis
tuis sunt quinquaginta viri fortes, qui pos-

c sc. Dei revelatione.
d i. juxta.
e Quia ob debilitatem duplici tuo spiritu & charitate vel maximè indigeo.
f Splendidi instar ignis.
g Eccli. 48. 13. 1. Mach. 2. 58.
h i. simul cum curru.
i i. aëreum, exinde, ut creditur, in paradisum.
k i. præ mærore.

sunt ire, & quærere dominum tuum, ne forte tulerit eum Spiritus Domini, & projecerit eum in unum montium, aut in unam vallium. Qui ait: Nolite mittere.

17. Coëgeruntque eum, donec acquiesceret, & diceret: Mittite. Et miserunt quinquaginta viros: qui cùm quæsissent tribus diebus, non invenerunt.

18. Et reversi sunt ad eum: at ille habitabat in Jericho, & dixit eis: Numquid non dixi vobis: Nolite mittere?

III. 19. Dixerunt quoq; viri civitatis ad Eliseũ: Ecce habitatio civitatis hujus optima est, sicut tu ipse domine perspicis: sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis *l*.

l Chal. l. insalubris & orbatrix.

20. At ille ait: Afferte mihi vas novum, & mittite in illud sal. Quod cùm attulissent,

21. egressus ad fontem aquarum, misit in illum sal, & ait: Hæc dicit Dominus: Sanavi *m* aquas has, & non erit ultra in eis mors, neque sterilitas.

m i. reddidi salubres.

22. Sanatæ sunt ergo aquæ usque in diem hanc juxta verbum Elisei, quod locutus est.

23. Ascendit autem inde in Bethel: Cumque ascenderet per viam, pueri parvi egressi sunt de civitate, & illudebant ei, dicentes: Ascende calve, ascende calve.

24. Qui cum respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine *n* Domini: egressique sunt duo ursi de saltu, & laceraverunt *o* ex eis quadraginta duos pueros.

n i. invocato nomine Dei.

o sc. ita simul puniti sunt parentes ob malam institutionem.

25. Abiit autem inde in montem Carmeli, & inde reversus est in Samariam.

CAPUT III.

I. Ob prævaricatum à rege Moab fœdus quod cum rege Israel habebat, ascendunt adversus illum rex Israel, rex Juda, & rex Edom; 5.

II. Quibus Dominus per Eliseum aquam sine pluvia promittit, & victoriam de rege Moab, 16.

III. Qui suum primogenitum immolat. 26.

I. JOram verò filius Achab regnavit super Israel in Samaria anno decimo octavo *a* Josaphat regis Judæ. Regnavitque duodecim annis.

a Desinente anno M. 3108. Ant. Chr. 896.

2. Et fecit malum coram Domino, sed non sicut pater suus & mater: tu-

nen hingehen/ und suchen deinen Herrn / villeicht möchte ihn der Geist deß HErrn genommen / und auf einen Berg / oder in ein Thal hingeworffen haben. Und er sprach: Sendet nit aus.

17. Aber sie nöthigten ihn / bis er ihnen zu Willen war/ und sprach: schicket dan hin. Und sie schickten fünfftzig Männer aus/ die suchten ihn drey Tag lang/ und funden ihn nit.

18. Da kehreten sie wider um zu ihm: Er aber wohnete zu Jericho/ und sprach zu ihnen: Hab ich euch nit gesagt: Sendet nit aus?

III. 19. Und die Männer der Stadt sprachen zu Eliseo: Sihe/ die Wohnung diser Stadt ist sehr gut/ wie du Herr selbst wohl sihest: aber das Wasser ist gar böß/ und das Land ist unfruchtbar.

20. Er aber sprach: Bringet mir ein neu Gefäß her/ und thut Saltz darein. Und sie brachtens ihm:

21. Da gieng er hinaus zu dem Wasserbrunn/ und warff Saltz darein/ und sprach: Diß sagt der HErr: ich hab diß Wasser gesund gemacht/ u. es soll hinfüro weder Tod/ noch Unfruchtbarkeit darin seyn.

22. Also ward das Wasser gesund bis auf den heutigen Tag/ nach dem Wort Elisei/ das er geredet hatte.

23. Er reisete aber von dannen hinaus bis gen Bethel: und als er den Weeg hinauf gieng/ kamen kleine Knaben zu der Stadt heraus/ die verspotteten ihn/ und sprachen: komm herauf Kalkopff/ kom̃ herauf Kalkopff.

24. Und er wandte sich um/ und sahe sie an/ und fluchte ihnen im Namen deß HErrn: Da kamen zween Beeren aus dem Wald / und zerrissen von den Kindern zwey und viertzig.

25. Er gieng aber von dem Ort auf den Berg Carmel: u. võ dañen kehrete er wider um in Samariam.

Das III. Capitel

I. Der König Moab fallet von Israel ab / darum bekriegen ihn die König Joram/ Josaphat und Edom/ 5.

II. Im äussersten Durst verschaffet disen Königen Eliseus Wasser und verspricht den Sig/ 16.

III. Der König Moab wendet den Untergang seiner Stadt ab/ durch Schlacht = und Opfferung seines erstgebohrnen Sohns/ 26.

I. JOram aber/ der Sohn Achab/ regierete zu Samaria über Israel im achzehenden Jahr Josaphat/ deß Königs Juda: und er regierte zwölff Jahr lang.

2. Und er thäte Böses vor dem HErrn/ aber nit wie sein Vatter/ und seine Mutter: dan er nam die

die Bilder Baals hinweg/ die ſein Vatter gemacht hatte.

3. Gleichwol hieng er noch an den Sünden Jeroboam/ deß Sohns Nabat/ der Iſrael hat ſündigen gemacht/ und wiche davon nit ab.

4. Aber Meſa/ der König Moab hielt vil Viehs/ und er gab dem König Iſrael hundert tauſend Lämmer/ und hundert tauſend Widder mit ihren Fellen.

I. 5. Und als Achab geſtorben war/ trat er ab von dem Bund/ den er mit dem König Iſrael hatte.

6. Alſo zoge der König Joram an dem Tag aus Samaria/ und muſterte ganz Iſrael.

7. Und er ſandte zu Joſaphat/ dem König Juda/ und ſprach: Der König Moab iſt von mir abgefallen/ komm mit mir wider ihn zum Streit. Er antwortet: ich will hinauf kommen: wer mein iſt/ der iſt dein/ mein Volck iſt dein Volck/ und meine Pferd ſeynd deine Pferd.

8. Und er ſprach: Welchen Weeg wollen wir hinauf ziehen? Er aber antwortet: Durch die Wüſt der Edomiter.

9. Alſo ruckten ſie fort/ der König Iſrael/ und der König Juda/ und der König Edom: und ſie zogen ſiben Tagreiß auf dem Weeg herum/ und es war kein Waſſer vorhanden für das Heer/ und für das Vieh/ das ihnen folgete.

10. Und der König Iſrael ſprach: Ach/ ach/ ach/ der HErr hat uns drey König verſamlet/ daß er uns in die Händ Moab übergebe.

11. Und Joſaphat ſprach: Iſt hie kein Prophet deß HErrn/ daß wir durch ihn den HErrn erbitten/ da antwortet einer von den Knechten deß Königs Iſrael: Es iſt allhie Eliſeus der Sohn Saphat/ der dem Eliä das Waſſer auf die Händ goß.

12. Und Joſaphat ſprach: bey dem iſt deß HErrn Wort. Und der König Iſrael/ und Joſaphat der König Juda/ und der König Edom/ zogen zu ihm hinab.

13. Aber Eliſeus ſprach zu dem König Iſrael: was hab ich mit dir zu ſchaffen? Gehe hin zu den Propheten deines Vatters/ und deiner Mutter. Und der König Iſrael ſprach zu ihm: Warum hat der HErr diſe drey König verſamlet/ daß er ſie übergebe in die Händ Moab?

14. Und Eliſeus ſprach zu ihm: So wahr der HErr der Heerſcharen lebet/ vor deſſen Angeſicht ich ſtehe/ wan ich nit das Angeſicht Joſaphat/ deß Königs Juda anſehete/ ſo hätt ich dich

lit *b* enim ſtatuas Baal, quas fecerat pater ejus.

3. Verumtamen in peccatis Jeroboam filii Nabat, qui peccare fecit Iſrael, adhæſit, nec receſſit ab eis.

4. Porrò Meſa rex Moab, nutriebat pecora multa, & ſolvebat regi Iſrael centum millia agnorum, & centum millia arietum cum velleribus ſuis.

I. 5. Cumque mortuus fuiſſet Achab, prævaricatus eſt fœdus, quod habebat cum rege Iſrael.

6. Egreſſus eſt igitur rex Joram in die illa de Samaria, & recenſuit univerſum Iſrael.

7. Miſitque ad Joſaphat regem Juda, dicens: Rex Moab receſſit à me, veni mecum contra eum ad prælium. Qui reſpondit: Aſcendam: qui meus eſt, tuus eſt: populus meus populus tuus; & equi mei, equi tui.

8. Dixitque: Per quam viam aſcendemus? At ille reſpondit: Per deſertum Idumææ.

9. Perrexerunt *c* igitur rex Iſrael, & rex Juda, & rex *d* Edom, & circuierunt per viam ſeptem dierum, nec erat aqua exercitui, & jumentis, quæ ſequebantur eos.

10. Dixitque rex Iſrael: Heu heu heu, congregavit nos Dominus tres reges, ut traderet in manus Moab.

11. Et ait Joſaphat: Eſtne hîc propheta Domini, ut deprecemur *e* Dominum per eum? Et reſpondit unus de ſervis regis Iſrael: Eſt hîc Eliſeus filius Saphat, qui fundebat aquam ſuper manus Eliæ.

12. Et ait Joſaphat: Eſt apud eum ſermo Domini. Deſcenditque ad eum rex Iſrael, & Joſaphat rex Juda, & rex Edom.

13. Dixit autem Eliſeus ad regem Iſrael: quid mihi & tibi eſt? vade ad prophetas patris tui, & matris tuæ. Et ait illi rex Iſrael: Quare *f* congregavit Dominus tres reges hos, ut traderet eos in manus Moab?

14. Dixitque ad eum Eliſeus: Vivit Dominus exercituum, in cujus conſpectu ſto *g*, quòd ſi non vultum Joſaphat regis Judæ erubeſcerem *h*, non atten-

b i. abſtulit.

c Anno M. 3109. Ant. Chr. 895.

d ſc. prorex conſtitutus à rege Juda jam à tempore David.

e Chald. ut interrogemus.

f q. d. omitte iſta, adjuva & conſidera quare &c.

g i. cui ſervio.

h Chald. & 70. ſuſciperem, ſeu revererer.

tendissem quidem te, nec respexissem.
15. Nunc autem adducite mihi psaltem.
Cumque caneret psaltes, facta est super
eum manus *i* Domini, & ait: (*i* i. virtus ad prophetandum.)
II. 16. Hæc dicit Dominus: Facite al-
veum *k* torrentis hujus fossas, & fossas *l*. (*k* i. in alveo. *l* i. multas & varias.)
17. Hæc enim dicit Dominus: Non
videbitis ventum, neque pluviam: & al-
veus iste replebitur aquis, & bibe-
tis vos, & familiæ vestræ, & jumen-
ta vestra.
18. Parumque est hoc in conspectu
Domini: insuper tradet etiam Moab in
manus vestras.
19. Et percutietis omnem civitatē mu-
nitā, & omnem urbem electā *m*, & univer- (*m* i. egregiam.)
sum lignum fructiferum succidetis, cun-
ctósq; fontes aquarum obturabitis, & om-
nem agrum egregium operietis lapidibus.
20. Factum est igitur mane, quando sa-
crificium offerri solet, & ecce, aquæ ve-
niebant per viam Edom, & repleta est
terra aquis.
21. Universi autem Moabitæ audien-
tes quòd ascendissent reges ut pugnarent
adversum eos, convocaverunt omnes
qui accincti erant balteo *n* desuper, & ste- (*n* q. d. ensē.)
terunt in terminis *o*. (*o* i. finibus suæ regionis.)
22. Primóque mane surgentes, & or-
to jam sole ex adverso aquarum, viderunt
Moabitæ econtra aquas rubras quasi san-
guinem,
23. dixeruntque: Sanguis gladii est:
pugnaverunt reges contra se *p*, & cæsi (*p* i. ob aliquam discordiam.)
sunt mutuò: nunc perge ad prædam
Moab.
24. Perrexeruntque in castra Israel:
porrò consurgens Israel, percussit Mo-
ab: at illi fugerunt coram eis. Venerunt
igitur qui vicerant, & percusserunt
Moab,
25. & civitates destruxerunt: & om-
nem agrum optimum, mittentes singuli
lapides, repleverunt: & universos fon-
tes aquarum obturaverunt: & omnia lig-
na fructifera succiderunt, ita ut muri tan-
tùm fictiles *q* remanerent: & circumdata (*q* Hebr. Charesceth, urbs regia.)
est civitas à fundibulariis, & magna ex par-
te percussa.
III. 26. Quod cùm vidisset rex Moab,
prævaluisse scilicet hostes, tulit secum sep-
tingentos viros educentes gladium, ut

zwar nit geachtet/ noch angesehen.
15. Nun aber führet mir den Harpffenschlager
her. Und da der Harpffenschlager spilete/ kam die
Hand deß HErrn über ihn/ und er sprach:
II. 16. Diß sagt der HErr; Machet Gruben und
Gruben am Lauff dises Wasserbachs.
17. Dan diß sagt der HERR: Ihr werdet
keinen Wind noch Regen sehen / und diser Bach
soll mit Wasser erfüllet werden / und
ihr sollet trincken / und euer Gesind /
und euer Vieh.
18. Und das ist noch wenig vor dem Angesicht
deß HErrn: Er wird auch über das Moab in eure
Händ übergeben.
19. Und ihr werdet alle veste Städt / und al-
le außerwöhlte Städt schlagen / und alle frucht-
bare Bäum abhauen / und alle Wasserbrunnen
verstopffen / und alle gute Aecker mit Steinen be-
decken.
20. Und da es Morgen ward/ wan man das
Opffer pflegte zu opffern / sihe/ da kam Wasser
durch den Weeg Edom / und das Land ward mit
Wasser erfüllet.
21. Als aber alle Moabiter höreten/ daß die Kö-
nig herauf kommen wären/ wider sie zu streitten /
versamleten sie alle/ so mit der Gürtel über ihre
Kleyder umgürtet waren / und stunden an den
Gräntzen.
22. Da sie sich nun deß Morgens früh aufmach-
ten/ und die Sonn gegen dem Wasser aufgangen
war/ sahen die Moabiter das Wasser gegen über
für roth an/ als wan es Blut wäre.
23. Und sie sprachen: Das ist Blut/ durchs
Schwert vergossen. Die König haben wider sich
selbst gestritten / und hat einer den andern geschla-
gen: ziehe nun hin Moab auf den Raub.
24. Und sie kamen zum Lager Israel: aber Isra-
el machte sich auf und schlug die Moabiter: und
sie flohen vor ihnen. Also kamen die / welche
den Sig erhalten hatten / und schlugen Mo-
ab/
25. Und sie zerstöreten die Städt / und ein jeg-
licher warff Stein/ damit sie alle die beste Aecker
bedecketen: und sie verstopfften alle Wasserbrunnen/
und hieben ab alle fruchtbahre Bäum/ also/ daß nur
die Ziegelmauren übrig bliben: und die Stadt war
von denen umbgeben / welche mit der Schlingen
werffen / und zum grossen theil geschla-
gen.
III. 26. Da nun der König Moab sahe/ daß die
Feind die Uberhand bekommen hatten/ nahm er si-
ben hundert Mann zu sich/ die das Schwert außzo-
gen/

gen/ daß sie zum König Edom mit Gewalt hinein trungen: und sie kuntens nit.

27. Da nahm er seinen erstgebohrnen Sohn/ der künfftig an seiner statt regieren solte/ und opfferte ihn zum Brandopffer auf der Mauren: Dahero erhub sich ein grosser Zorn in Israel: und sie zogen alsbald von ihm ab/ und kehreten widerum in ihr Land.

Das IV. Capitel.

I. Eliseus hilfft einer Wittwe aus ihren Schulden/ durch Mehrung deß Oels/ 1.
II. Seine Würthin zu Sunam gebährt einen Sohn/ welchen Eliseus vom Tod erweckt/ 8.
III. Er benimmet auch dem Gemüß die Bitterkeit/ und speist mit wenig Brod vil Menschen/ 38.

1. ABer ein Weib von den Weibern der Propheten rieff Eliseum an/ und sprach: dein Knecht mein Mann ist gestorben/ und dir ist wohl bewust/ daß dein Knecht den HErrn geförchtet hat/ und sihe nun kommt der Schuldherr/ meine beyde Söhn hinweg zu nehmen/ daß sie ihm dienen.

2. Eliseus sprach zu ihr: Was wilst du/ daß ich dir thun soll? Sage mir/ was hast du in deinem Hauß? Sie aber antwortet: Ich deine Magd hab nichts in meinem Hauß/ als ein wenig Oels/ damit ich mich salbe.

3. Und er sprach zu ihr: Gehe hin/ und entlehne von allen deinen Nachbahren lehre Gefäß/ und deren nit wenig.

4. Und gehe hinein/ und schließ deine Thür zu/ wan du samt deinen Söhnen darinnen bist: und gieß alsdan in alle die Gefäß/ und wan sie voll seynd/ so nimm sie hinweg.

5. Also gieng das Weib hin/ und schloß die Thür zu über sich/ und über ihre Söhn: da trugen sie ihr die Gefäß zu/ und sie goß hinein.

6. Als nun die Gefäß voll waren/ sprach sie zu ihrem Sohn: Bringe mir noch ein Gefäß her. Und er antwortet: Ich hab keins. Da stund das Oel.

7. Aber sie gieng hin/ und sagte es dem Mann GOttes an. Und er sprach: Gehe hin/ und verkauff das Oel/ und bezahle deinen Schuldherrn: aber vom übrigen solst du/ und deine Söhn leben.

II. 8. Es trug sich auch zu an einem Tag/ daß Eliseus durch Sunam reisete: es war aber daselbst eine ansehenliche Frau/ die hielt ihn auf/ daß er das Brod essen solte: und dieweil er offt daselbst vorüber gieng/ kehrete er zu ihr ein das Brod zu essen.

9. Und sie sprach zu ihrem Mann: ich merck daß

irrumperent ad regem Edom: & non potuerunt.

27. Arripiénsque filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum *r* super murum *s*: & facta est indignatio magna *t* in Israel, statímque recesserunt ab eo, & reversi sunt in terram suam.

r idolo suo Moloch, seu Saturno. *s* sc. civitatis, exussit illum videntibus Israelitis. *t* i. ob tantum facinus simul & commiseratio.

CAPUT IV.

I. Eliseus viduæ paupercula oleum, quo solvat creditoribus; 1.
II. Sunamitidi hospitæ suæ filium impetrat, quem posteà mortuum suscitat; 8.
III. Pulmento aufert amaritudinem, & paucis panibus multos satiat. 38.

1. † MUlier autem quædam de uxoribus prophetarum clamabat ad Eliseum, dicens: Servus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti quia servus tuus fuit timens Dominum: & ecce creditor venit ut tollat duos filios meos ad serviendum sibi.

† FER. 3. POST DOM. 3. QUADR. Anno M. 3109. Ante Chr. 895.

2. Cui dixit Eliseus: Quid vis ut faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respondit: Non habeo ancilla tua quidquam in domo mea, nisi parum olei, quo ungar.

3. Cui ait: Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca.

4. Et ingredere, & claude ostium tuum, cùm intrinsecus fueris tu, & filii tui: & mitte inde in omnia vasa hæc: & cùm plena fuerint, tolles.

5. Ivit itaque mulier, & clausit ostium super se *b*, & super filios suos: illi offerebant vasa, & illa infundebat.

b sc. includens se intus.

6. Cumque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit: Non habeo. Stetitque oleum.

7. Venit autem illa, & indicavit homini Dei. Et ille, Vade, inquit, vende oleũ, & redde creditori tuo: tu autem, & filii tui vivite de reliquo.

II. 8. Facta est autem quædam dies, & transibat Eliseus per Sunam *c*: erat autem ibi mulier magna *d*, quæ tenuit eum ut comederet panem: cumque frequenter inde transiret, divertebat ad eam ut comederet panem.

c Chald. Sunem, 70. Sonam. *d* i. insignis Chald. timens peccata.

9. Quæ dixit ad virum suum: Animadver-

verto quòd vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter.

10. Faciamus ergo ei cœnaculum *e* parvum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum, ut cùm venerit ad nos, maneat ibi.

11. Facta est ergo dies quædam, & veniens divertit in cœnaculum, & requievit ibi.

12. Dixitque ad Giezi puerum suum: Voca Sunamitidem istam. Qui cùm vocasset eam, & illa stetisset coram eo,

13. dixit ad puerum suum: Loquere ad eam: Ecce, sedulè in omnibus ministrâsti nobis, quid vis ut faciam tibi? numquid habes negotium, & vis ut loquar regi, sive principi militiæ? Quæ respondit: In medio populi mei habito *f*.

14. Et ait: Quid ergo vult ut faciam ei? Dixitque Giezi: Ne quæras: filium enim non habet, & vir ejus senex est.

15. Præcepit itaq; ut vocaret eam: quæ cùm vocata fuisset, & stetisset ante ostiū,

16. dixit ad eam: In tempore isto *g*, & in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in utero filium. At illa respondit: Noli quæso domine mi, vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ.

17. Et concepit mulier, & peperit filium, in tempore, *h* & in hora eadem, quâ dixerat Eliseus.

18. Crevit autem puer. Et cùm esset quædam dies, & egressus *i* isset ad patrem suum, ad messores,

19. ait patri suo: Caput meum doleo, caput meum doleo *k*. At ille dixit puero: Tolle, & duc eum ad matrem suam.

20. Qui cùm tulisset, & duxisset eum ad matrem suam, posuit eum illa super genua sua, usque ad meridiem, & mortuus est.

21. Ascendit autem, & collocavit eum super lectulum hominis Dei, & clausit ostium: & egressa,

22. vocavit virum suum, & ait: Mitte mecum, obsecro, unum de pueris, & asinam, ut excurram usque ad hominem Dei, & revertar.

23. Qui ait illi: Quam ob causam vadis ad eum? hodie non sunt Calendæ, neque Sabbatum *l*. Quæ respondit: Vadā.

e i. cubiculum.

f q. d. non desunt qui me in hisce rebus adjuvent.

g sc. elapso anno.

h Anno M. 3110.

i Tunc annorum 3. ut patet ex cap. 8. Ergo anno M. 3113.

k sc. ob solis radios.

l sc. his diebus solebant prophetas consulere.

diß ein heiliger Mann GOttes ist. Der so offt bey uns vorüber reyset.

10. Darum laß uns ihm ein klein Gemach zubereiten/ und ihm in dasselbig ein Bethlein/ und einen Tisch/ und einen Stuhl/ und einen Leuchter setzen/ auf daß er darin bleibe/ wan er zu uns kommt.

11. Und es begab sich an einem Tag/ daß er dahin kam/ und in das Gemach zoge und ruhete darinnen.

12. Und er sprach zu Giezi seinem Diener: Ruffe disem Sunamitischen Weib. Und er rieff ihr: und da sie vor ihm stund/

13. Sprach er zu seinem Diener: Sage zu ihr: Sihe/ du hast uns fleißig in allem gedienet/ was begehrest du/ das ich dir thun soll? Hast du nit einige Sach/ u. wilt daß ich mit dem König rede/ oder mit dem Obersten über das Kriegsheer? Sie antwortet: Ich wohne mitten unter meinem Volck.

14. Und er sprach: Was begehret sie dan daß ich ihr thun soll? Und Giezi sprach: Frage nit/ dan sie hat keinen Sohn und ihr Mann ist alt.

15. Da befahl er sie zu ruffen: Als sie nun geruffen war/ und vor der Thür stund/

16. Sprach er zu ihr: um dise Zeit/ und eben auf dise Stund/ wofern du im Leben bist/ wirst du einen Sohn in deinem Leib haben. Sie aber antwortete: Ach nit mein Herr/ du Mann GOttes/ liege deiner Dienstmagd nit vor.

17. Und das Weib empfieng/ und gebahr einen Sohn um die Zeit/ und gleich in derselben Stund/ wie Eliseus gesagt hatte.

18. Und der Knab ward groß. Und es war ein Tag/ daß er hinaus gieng zu seinem Vatter/ zu den Schnittern:

19. Und er sprach zu seinem Vatter: mein Haubt thut mir weh/ mein Haubt thut mir weh. Er aber sprach zu seinem Knaben: Nimm ihn/ und bringe ihn zu seiner Mutter.

20. Nachdem er ihn nun genommen/ und seiner Mutter gebracht hatte/ legte sie ihn auf ihre Schooß/ bis auf den Mittag/ da starb er.

21. Und sie gieng hinauf/ und legte ihn auf das Bethlein deß Manns GOttes/ und schloß die Thür zu/ und gieng heraus:

22. Und sie rieff ihrem Mann und sprach: Ich bitte/ sende mit mir einen von den Knaben/ und eine Eslin/ daß ich eylends bis zu dem Mann GOttes reise/ und wider komme.

23. Er sprach zu ihr: warum ziehest du zu ihm? es ist doch heut weder Neumond/ noch Sabbat. Sie antwortet: ich will hinziehen.

24. Und sie sattelte die Eslin / und befahl dem Knaben: Treibe fort / und eyle / damit du mich im Reysen nit aufhaltest: und thue das / was ich dir befehle.

25. Also zoge sie hin / und kam zu dem Mann GOttes auf den Berg Carmel: und da sie der Mann GOttes gegen ihm über sahe / sprach er zu Giezi seinem Knecht: Sihe / die Sunamitin ist da.

26. So gehe ihr entgegen / und sprich zu ihr: Ists noch gut mit dir / und mit deinem Mann / und mit deinem Sohn: Sie antwortete: Es ist gut.

27. Da sie aber zu dem Mann Gottes auf den Berg kam / ergriff sie ihn bey den Füssen: und Giezi trat hinzu / daß er sie darvon ruckte. Und der Mann Gottes sprach: Laß sie bleiben / dan ihre Seel ist voll Schmertzen; und der HErr hat mirs verborgen / und nit angezeiget.

28. Und sie sprach zu ihm: Hab ich einen Sohn vom Herrn begehret? Hab ich nit zu dir gesagt: Spotte meiner nit?

29. Und er sprach zu Giezi: Umgürte deine Lenden / und nimm meinen Stab in deine Hand / und gehe hin. Wan dir ein Mensch begegnet / den solst du nit grüssen: und wan dich jemand grüsset / dem solst du nit antworten: und du solst meinen Stab auf das Angesicht deß Kinds legen.

30. Aber die Mutter deß Kinds sprach: So wahr der HErr lebet / und so wahr deine Seel lebet / ich wil dich nit verlassen. Also machte er sich auf / und folgete ihr nach.

31. Aber Giezi war vor ihnen hingangen / und hatte den Stab auf deß Kinds Angesicht gelegt / und da war weder Stimm / noch Fühlen: und er kam zuruck ihm entgegen / und verkündigte ihm / und sprach: Das Kind ist nit aufgestanden.

32. Da kam Eliseus zum Hauß hinein / und sihe / das Kind lag todt auf seinem Bethlein.

33. Und er gieng hinein / und schloß die Thür zu über sich / und über das Kind / und bettete zum HErrn.

34. Und er stig hinauf / und legte sich auf das Kind: und er legte seinen Mund auf deß Kinds Mund / und seine Augen auf deß Kinds Augen / und seine Händ auf deß Kinds Händ: und breitete sich über dasselbig / u. das Fleisch deß Kinds ward warm.

35. Und er kam widerum / und gieng einmal im Hauß auf und nider spazieren: darnach gieng er hinauf / u. legte sich über dasselbig: u. das Kind gänte sibenmal / und thäte seine Augen auf.

36. Er aber rieff Giezi / und sprach zu ihm:

24. Stravítque asinam, & præcepit puero: Mina, & propera, ne mihi moram facias in eundo: & hoc age quod præcipio tibi.

25. Profecta est igitur, & † venit ad virum Dei in montem Carmeli: cúmque vidisset eam vir Dei econtra, ait ad Giezi puerum suum: Ecce Sunamitis illa.

26. Vade ergo in occursum ejus, & dic ei: Recténe agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum? Quæ respondit: Rectè *m*.

27. Cúmque venisset ad virum Dei in montem, apprehendit pedes ejus: & accessit Giezi ut amoveret eam. Et ait homo Dei: Dimitte illam: anima enim ejus in amaritudine est, & Dominus celavit à me, & non indicavit mihi.

28. Quæ dixit illi: Numquid petivi filium à Domino meo? numquid non dixi tibi: Ne illudas me?

29. Et ille ait ad Giezi: Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum *n*: & si salutaverit te quispiam, non respondeas illi: & pones baculum meum super faciem pueri.

30. Porro mater pueri ait: vivit Dominus, & vivit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo, & secutus est eam.

31. Giezi autem præcesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri, & non erat vox, neque sensus: reversúsque est in occursum ejus, & nuntiavit ei, dicens: Non surrexit puer.

32. Ingressus est ergo Eliseus domum, & ecce puer mortuus jacebat in lectulo ejus:

33. Ingressúsque clausit ostium super se, & super puerum: & oravit ad Dominum.

34. Et ascendit, & incubuit super puerum: posuítque os suum super os ejus, & oculos suos super oculos ejus, & manus suas super manus ejus: & incurvavit se super eum, & calefacta est caro pueri.

35. At ille reversus, deambulavit *o* in domo, semel huc atque illuc: & ascendit, & incubuit super eum: & oscitavit puer septies, aperuítque oculos.

36. At ille vocavit Giezi, & dixit ei:

† Fer. 5. post Dom. 4 Quadr.

m utens ironia, non mendacio.

n q. d. nulla in re immoreris.

o orans Dominum.

Voca Sunamitidem hanc. Quæ vocata, ingressa est ad eum. Qui ait: Tolle filium tuum.

37. Venit illa, & corruit ad pedes ejus, & adoravit super terram *p*: tulítque filium suum, & egressa est,

p virum S. honorando

III. 38. & Eliseus reversus est in Galgala. Erat autem fames *q* in terra, & filii prophetarum habitabant coram eo. Dixítque uni de pueris suis: Pone ollam grandem, & coque pulmentum filiis prophetarum.

q Illa sc. annorum 7. de qua cap. 8. quæ jam erat inchoata.

39. Et egressus est unus in agrum ut colligeret herbas agrestes: invenítque quasi vitem sylvestrem, & collegit ex ea colocynthidas *r* agri, & implevit pallium suum, & reversus concidit in ollam pulmenti: nesciebat enim quid esset.

r i. agrestes cucurbitas.

40. Infuderunt ergo sociis, ut comederent: cúmque gustassent de coctione, clamaverunt, dicentes: Mors *s* in olla vir Dei. Et non potuerunt comedere.

s i. venenum.

41. At ille, Afferte, inquit, farinam. Cúmque tulissent, misit in ollam, & ait: Infunde turbæ, ut comedant. Et non fuit amplius quidquam amaritudinis in olla.

42. Vir autem quidam venit de Baalsalisa *t* deferens viro Dei panes primitiarum *u*, viginti panes hordeaceos, & frumentum novum in pera sua. At ille dixit: Da populo, ut comedat.

t terra australi

u i. ex novis frugibus

43. Respondítque ei minister ejus: Quantum est hoc, ut apponam centum viris? Rursum ille ait: Da populo, ut comedat: hæc enim dicit Dominus: Comedent, & supererit.

44. Posuit itaque coram eis: qui comederunt, & superfuit juxta verbum *x* Domini.

x i. prophetiam.

CAPUT V.

I. Scindit rex Israel vestimenta sua, quòd juberet rex Syriæ ut Naaman leprosum curaret; quem Eliseus septena in Jordane lotione mundat à lepra, 1.

II. Respuit munera. 15.

III. Quæ Giezi per fraudem obtinet, unáque perpetuam contrahit lepram. 21.

† FER. 2. POST DOM. 3. QUAD.

1. † NAaman princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum suum, & honoratus: per illum enim dedit Dominus salutem Syriæ: erat autem vir fortis & dives, sed leprosus.

Ruff diser Sunamitin: Da sie nun geruffen ward / gieng sie zu ihm hinein. Und er sprach: Nimm deinen Sohn hin.

37. Sie kam / und fiel nider zu seinen Füssen/ und bettete an biß zur Erden: und sie nahm ihren Sohn/ und gieng hinauß/

III. 38. Und Eliseus kehrete wider um gen Galgala. Es war aber eine Theurung im Land: und die Kinder der Propheten wohneten vor ihm: und er sprach zu einem von seinen Knaben: Setze einen grossen Hafen bey / und koche ein Gemüß für die Kinder der Propheten.

39. U. einer gieng hinauß aufs Feld/ wild Kraut zu sammlen: und er fand ein Kraut/ das einem wilden Rebstock gleich war/ und sammlete wilde Coloquinten davon/ und nahm seinen Mantel voll: und da er wider kam / schnitte ers in den Hafen zum Gemüß: dan er wuste nit/ was es wár.

40. Und sie schüttetens ihren Gesellen auß zu essen: da sie nun von dem Gemüß assen/ rieffen sie und sprachen: Du Man GOttes/ der Todt ist im Hafen. Und sie kontens nit essen.

41. Er aber sprach: Bringet Mehl her. Und da sie es brachten/ thát ers in den Hafen/ und sprach: Schütte es dem Volck vor / daß sie essen. Da war keine Bitterkeit mehr im Hafen.

42. Es kam aber ein Mann von Baalsalisa/ der brachte dem Mann GOttes Brod von den ersten Früchten/ zwantzig Gerstenbrod/ und neu Getraid in seinem Säcklein. Er aber sprach: Gibs dem Volck/ daß sie essen.

43. Und sein Diener antwortet ihm: Wie vil ist das / daß ichs hundert Männern vorlege? Da sprach er abermal: Gibs dem Volck/ daß sie essen. Dan diß sagt der HErr: Sie werden essen/ und es wird noch etwas übrig bleiben.

44. Also legte er es ihnen vor: und sie assen/ und es blibe etwas übrig nach dem Wort deß HErrn.

Das V. Capitel.

I. Eliseus reinigt den außsätzigen Naaman durch sibenfältige Waschung im Jordan/ 1.

II. Naaman bietet dem Eliseo Geschänck vergeblich an/ 15.

III. Welche Giezi durch Betrug an sich bringt samt dem Außsatz/ 21.

1. NAaman / der Feld-Oberste deß Königs in Syrien/ war ein grosser und ansehnlicher Mann bey seinem Herrn: dan durch ihn gab der HErr Heyl in Syrien: er war aber ein tapfferer / und reicher Mann/ aber außsätzig.

2. Nun waren Rauber aus Syrien außgefal-
len / und hatten ein kleines Mägdlein auß dem
Land Jſrael gefänglich weg geführet / das bey
Naamans Weib im Dienſt war.
3. Diß Mägdlein ſprach zu ſeiner Frauen: Wolt
Gott, daß mein Herꝛ bey dem Prophetē geweſē wä-
re/ der zu Samaria iſt: er wurd ihn warlich von dem
Außſatz/ damit er behafft iſt/ geſund gemacht haben.
4. Da gieng Naaman zu ſeinem Herꝛn hinein /
und gab es ihm zu erkennen/ und ſprach: So und
ſo hat das Mägdlein auß dem Land Jſrael ge-
redt:
5. Und der König in Syrien ſprach zu ihm: Zie-
he hin/ ſo wil ich ein Schreiben ſenden an den Kö-
nig Jſrael. Und er zoge hin / und nahm mit ſich ze-
hen Centner Silbers/ und ſechs tauſend Gulden /
und zehen Feyrkleyder.
6. Und er brachte das Schreiben an den König
Jſrael/ das alſo lautet: Wan du diſen Brief be-
kommſt/ ſo wiſſe/ daß ich Naaman meinen Knecht
zu dir geſandt hab/ daß du ihn von ſeinem Außſatz
geſund macheſt.
7. Da nun der König Jſrael diſen Brief geleſen
hatte/ zerriſſe er ſeine Kleyder/ und ſprach: Bin ich
dan GOtt/ daß ich tödten und lebendig machen
könne/ dieweil diſer zu mir ſchicket / daß ich den
Menſchen von ſeinem Außſatz ſoll geſund machen?
Mercket und ſehet / daß er Urſachen wider mich
ſuchet.
8. Als diß Eliſeus/ der Mann GOttes/ hörte/
daß nemlich der König Jſrael ſeine Kleyder zerriſ-
ſen hätte/ ſchickte er zu ihm/ und ſprach: Warum
haſt du deine Kleyder zerriſſen? Laß ihn zu mir kom-
men/ damit er wiſſe / daß ein Prophet in Jſrael iſt.
9. Alſo kam Naaman mit Roſſen und Wagen/
und hielt vor der Thür am Hauß Eliſei:
10. Da ſandte Eliſeus einen Botten zu ihm/ und
ſprach: Gehe hin / und waſche dich ſibenmal im
Jordan/ ſo wird dein Fleiſch widerum geſund/ und
du wirſt gereiniget werden.
11. Da ward Naaman zornig/ und zoge hinweg/
u. ſprach: Jch vermeynete / er ſolte zu mir herauß
komen/ und ſtehen/ und den Namen deß HErꝛn ſei-
nes GOttes anruffen / u. mit ſeiner Hand die ſtatt
anrühren/ da der Außſatz iſt/ u. mich geſund machen.
12. Seynd nit Albana und Pharphar die Ström
Damaſci beſſer/ dan alle Waſſer in Jſrael daß ich
mich darinn waſchen/ und rein werden ſolte? Als
er ſich nun umgewendt hatte / und im Zorn hinweg
zoge/
13. Da tratten ſeine Knecht zu ihm / und ſpra-
chen zu ihm: Vatter / wan dir der Prophet ein

2. Porro de Syria egreſſi fuerant la-
trunculi *a*, & captivam duxerant de terra
Iſrael puellam parvulam, quæ erat in ob-
ſequio uxoris Naaman,
3. quæ ait ad Dominam ſuam: Utinam
fuiſſet dominus meus ad prophetam, qui
eſt in Samaria: Profectò curaſſet eum à
lepra, quam habet.
4. Ingreſſus eſt itaque Naaman ad
dominum ſuum, & nuntiavit ei, di-
cens: Sic & ſic locuta eſt puella de Terra
Iſrael.
5. Dixítque ei rex Syriæ: Vade, & mit-
tam litteras ad regem Iſrael. Qui cùm pro-
fectus eſſet, & tuliſſet ſecum decem talen-
ta argenti, & ſex millia aureos, & decem
mutatoria *b* veſtimentorum,
6. detulit litteras ad regem Iſrael,
in hæc verba: Cùm acceperis epiſto-
lam hanc, ſcito quòd miſerim ad te
Naaman ſervum meum, ut cures eum à
lepra ſua.
7. Cùmque legiſſet rex Iſrael litteras,
ſcidit *c* veſtimenta ſua, & ait: Numquid
Deus ego ſum, ut occidere poſſim, &
vivificare, quia iſte miſit ad me, ut cu-
rem hominem à lepra ſua? Animadver-
tite, & videte quòd occaſiones quærat ad-
verſum me.
8. Quod cùm audiſſet Eliſeus vir Dei,
ſcidiſſe videlicet regem Iſrael veſtimen-
ta ſua, miſit ad eum, dicens: Quare ſci-
diſti veſtimenta tua? veniat ad me, & ſci-
at eſſe prophetam in Iſrael.
9. Venit ergo Naaman cum equis &
curribus, & ſtetit ad oſtium domus Eliſei:
10. Miſitque ad eum Eliſeus nuntium *d*,
dicens: vade, & lavare ſepties in Jordane,
& recipiet ſanitatem caro tua, atque mun-
daberis.
11. Iratus Naaman recedebat, dicens:
Putabam quòd egrederetur ad me, &
ſtans invocaret nomen Domini Dei ſui,
& tangeret manu ſua locum lepræ, &
curaret me.
12. Numquid non meliores ſunt A-
bana & Pharphar fluvii Damaſci omni-
bus aquis Iſrael, ut laver in eis, &
munder? Cùm ergo vertiſſet ſe, & abi-
ret indignans,
13. acceſſerunt ad eum ſervi ſui, & lo-
cuti ſunt ei: Pater *e*, & ſi rem grandem di-
xiſſet

a 70. milites, Hebr. agmina.

b i. veſtes pretioſas ad mutandum cùm in publicum proditur

c ſc. ex indignatione velut audita blaſphemia.

d ex divina juſſione & ſua humilitate, nolens ſibi miraculum attribui.

e Chald. Domine mi

xisset tibi propheta, certè facere debueras: quanto magis quia nunc dixit tibi: Lavare, & mundaberis *f*?

14. *g* Descendit, & lavit in Jordane septies juxta sermonem viri Dei, & restituta est caro ejus, sicut caro pueri parvuli, & mundatus est.

II. 15. Reversúsque ad virum Dei cum universo comitatu suo, venit, & stetit coram eo, & ait: Verè scio quòd non sit alius Deus in universa terra, nisi tantùm in Israel. Obsecro itaque ut accipias benedictionem *h* à servo tuo.

16. At ille respondit: Vivit Dominus, ante quem sto, quia non accipiam. Cúmque vim faceret, penitus non acquievit.

17. Dixítque Naaman: Ut vis: sed, obsecro, concede mihi servo tuo ut tollam onus duorum burdonum *i* de terra: non enim faciet ultra servus tuus holocaustum, aut victimam diis alienis, nisi Domino.

18. Hoc autem solum est, de quo depreceris Dominum pro servo tuo, quando ingredietur dominus meus templum Remmon, ut adoret: & illo innitente super manum meam, si adoravero *k* in templo Remmon *l*, adorante eo *m* in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac re.

19. Qui dixit ei: Vade in pace. Abiit ergo ab eo electo terræ tempore.

20. Dixítque Giezi puer viri Dei: Pepercit *n* Dominus meus Naaman Syro isti, ut non acciperet ab eo quæ attulit: vivit Dominus, quia curram post eum, & accipiam ab eo aliquid.

III. 21. Et secutus est Giezi post tergum Naaman: quem cùm vidisset ille currentem ad se, desiliit de curru in occursum ejus, & ait Recténe sunt omnia?

22. Et ille ait: Rectè. Dominus meus misit me ad te, dicens: modo venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim, ex filiis prophetarum: da eis talentum argenti, & vestes mutatorias duplices.

23. Dixítque Naaman: melius est ut accipias duo talenta. Et coegit eum, ligavitque duo talenta argenti in duob⁹ saccis, & duplicia vestimenta, & imposuit duobus pueris suis, qui & portaverunt coram eo.

f Nota misterium confessionis quia Jordanis interpretatur flumen judicii.

g Luc. 4. 27

h i munus, Chald. oblationem.

i Chal. & 70. mulorum

k i. in me incurvavero.

l Remon significat idolum excelsum, totius sc. Syriæ primarium

m Naaman petit, ut sibi liceat se incurvare in obsequium regis, non idoli.

n i abstinuit

schweres Ding gesagt hätte/ das hättest du warlich thun sollen: wie vil mehr dan/ da er dir jetzt sagt: Wasche dich/ so wirst du gereiniget werden.

14. Da zoge er hinab/ und wusche sich im Jordan sibenmal nach dem Wort deß Manns GOttes/ und sein Fleisch ward widerum gesund/ wie das Fleisch eines jungen Kinds: und er ward gereiniget.

II. 15. Und er kehrte wider um zu dem Mann Gottes mit seiner gantzen Gesellschafft/ und er kam und stund vor ihm/ und sprach: Ich weiß fürwar/ daß kein GOtt ist in der gantzen Welt/ dan allein in Israel. Darum bitte ich/ du wollest von deinem Knecht den Seegen annehmen.

16. Er aber antwortet: So wahr der HErr lebet/ vor welchem ich stehe/ ich wil es nit annehmen. Und da er ihn hart nöthigte/ wolte er ihm doch keines Wegs zu Willen seyn.

17. Und Naaman sprach: Wie du dan wilst: aber ich bitte/ vergunne mir deinem Knecht/ daß ich von diser Erden so vil mitnehmen möge/ als zwey Maulthier tragen können: dan dein Knecht wird hinfüro nit frembden Göttern Brandopffer und andere Opffer thun/ als dem HErrn.

18. Diß ists aber allein/ deßwegen du den HERRN bitten wollest für deinen Knecht: Wan mein Herr in den Tempel Remmon gehet anzubetten/ und er sich auf meine Hand lehnet/ ob ich dan im Tempel Remmon anbetten wurde/ wan er an demselben Ort anbettet/ daß der HERR mir deinem Knecht/ solches verzeyhen wolle.

19. Und er sprach zu ihm: Ziehe hin im Friden. Und er zoge von ihm hinweg bey bequemer Zeit deß Lands.

20. Und Giezi der Diener deß Manns GOttes/ sprach: Mein HErr hat deß Naamans dises Syrers verschonet/ daß er nit von ihm hat angenom̃en/ was er mitgebracht hat: So wahr der HErr lebet/ ich wil ihm nachlauffen/ u. etwas von ihm nehmen.

III. 21. Also folgete Giezi/ dem Naaman/ von hinden nach: und da er sahe/ daß er ihm nachliesse/ sprang er vom Wagen/ und kam ihm entgegen/ und sprach: Ist nit alles gut?

22. Und er sprach: Es ist gut: mein Herr hat mich zu dir gesandt/ und spricht: Es seynd jetzt zween junge Gesellen auß den Kindern der Propheten/ vom Berg Ephraim zu mir kommen: gib ihnen einen Centner Silbers/ und zwey Feyrkleyder.

23. Und Naaman sprach: Es ist besser/ daß du zween Centner nehmest. Und er nöthigte ihn/ und band zween Centner Silbers in zween Säck/ und zwey Feyrkleyder/ und lude es zweyen seiner Knaben auf/ die trugens vor ihm her.

24.

24. U. als er nun auf den Abend heim kam / nahm ers von ihren Händen / und legte es ins Hauß / und ließ die Männer von sich / daß sie hinzogen.

25. Er aber gieng hinein / und stund vor seinem Herrn. Und Eliseus sprach: Von wannen kommst du Giezi? Er antwortete: Dein Knecht ist nirgends hingangen.

26. Er aber sprach: War mein Hertz nit gegenwärtig / da der Mensch von seinem Wagen widerum kam dir entgegen? Und nun / du hast Silber genommen / und hast auch Kleyder genommen / daß du Oelgarten und Weinberg / und Schaaf / und Rinder / und Knecht / und Mägd kauffest.

27. Aber der Außsatz Naamans wird dir auch anhangen / und deinem Saamen biß in Ewigkeit. Und er gieng von ihm hinauß außsätzig wie Schnee.

Das VI. Capitel.

I. Eliseus macht / daß eine Axt auf dem Wasser schwemmet / 5.
II. Er verblendet die Soldaten deß Königs in Syrien / daß sie mitten in Samariam kommen / 18.
III. Samaria wird von den Syrern hart belägert / daß die Mütter ihre Kinder essen / drum wird Eliseus zum Todt gesucht. 24.

1. ABer die Kinder der Propheten sprachen zu Eliseo: Sihe / das Ort / da wir vor dir wohnen / ist uns fast eng.

2. Laß uns gehen biß an den Jordan / und ein jeglicher hole ein Holtz auß dem Wald / auf daß wir allda für uns ein Ort zur Wohnung bauen. Und er sprach: Gehet hin.

3. Da sprach einer auß ihnen: So komm du auch mit deinen Knechten. Er antwortet: Ich wil kommen.

4. Und er gieng hin mit ihnen. Da sie nun zum Jordan kamen / hieben sie Holtz.

I. 5. Es trug sich aber zu / da einer ein Holtz abhiebe / daß ins Wasser fiel das Eysen vom Beyl. Da rieff er überlaut / und sprach: Ach / ach / ach / mein Herr / ich hatte auch dasselbig entlehnet.

6. Aber der Mann GOttes sprach: Wo ists gefallen? und er zeigte ihm das Ort. Da hieb er ein Holtz ab / und warff dasselbig dahin: und das Eisen schwamm /

7. Und er sprach: Nehm es hin. Und er streckte seine Hand auß / und nahm es hin.

23. Im fünfftzigsten Jahr Azariä/ deß Königs Juda/ regierte Phaceia/ der Sohn Manahem/ über Israel zu Samaria zwey Jahr lang.

24. Und er thäte / was Böß war vor dem HErrn: und ließ nit ab von den Sünden Jeroboam/ deß Sohns Nabat/ der Israel hat sündigen gemacht.

25. Aber Phacee/ der Sohn Romeliä/ sein Oberster machte einen Bund wider ihn/ und schlug ihn zu Samaria im Thurn deß Königlichen Hauß

quartam generationem sedebunt super thronum Israel. Factumque est ita.

13. Sellum filius Jabes regnavit *g* trigesimo nono anno Azariæ *h* regis Juda: regnavit autem uno mense in Samaria.

14. Et ascendit Manahem filius Gadi de Thersa: venitque in Samariam, & percussit Sellum filium Jabes in Samaria, & interfecit eum, regnavitque pro eo.

15. Reliqua autem verborum Sellum, & conjuratio ejus, per quam tetendit insidias, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel?

16. Tunc percussit Manahem Thapsam *i*, & omnes qui erant in ea, & terminos ejus de Thersa: noluerant enim aperire *k* ei: & interfecit omnes prægnantes ejus, & scidit eas.

17. Anno trigesimo nono Azariæ regis Juda regnavit Manahem filius Gadi super Israel decem annis in Samaria.

18. Fecitque quod erat malum coram Domino: non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel cunctis diebus ejus.

19. Veniebat Phul *l* rex Assyriorum in terram, & dabat Manahem Phul mille talenta argenti, ut esset ei in auxilium, & firmaret regnum ejus.

20. Indixitque Manahem argentum super Israel cunctis potentibus & divitibus, ut daret regi Assyriorum, quinquaginta siclos argenti per singulos: reversusque est rex Assyriorum, & non est moratus in terra.

21. Reliqua autem sermonum Manahem, & universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel?

22. Et dormivit Manahem cum patribus suis: regnavitque Phaceia filius ejus pro eo.

23. Anno quinquagesimo *m* Azariæ regis Juda regnavit Phaceia filius Manahem super Israel in Samaria biennio:

24. & fecit quod erat malum coram Domino: non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel.

25. Conjuravit *n* autem adversus eum Phacee filius Romeliæ, dux ejus, & percussit eum in Samaria in turre domûs regiæ

g Anno M. 3233.

h Hebr. Oziæ erat enim binomius.

i i. urbem non procul à Thersa.

k sc. portas

l Hic Sardanapali videtur fuisse pater ab eo *Sardanphul.* dicti, ut *Merodac* Babilonius à *Baladan* patre, cognomentum *Merodac Baladan* accepisse legitur *Isai.* 39. 1. Consideratisque annis ab Eusebio, Sardanapali & patris ejus imperio assignatis; hic ille ipse videri potest, qui prædicatione Jonæ ad resipiscentiam perductus fuerat.

m Anno M. 3243. Ant. Chr. 761.

n Anno M. 3245. Ant. Chr. 759.

giæ juxta Argob, & juxta Arie, & cum eo quinquaginta viros de filiis Galaaditarum, & interfecit eum, regnavítque pro eo.

26. Reliqua autem sermonum Phaceia, & universa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel?

27. Anno quinquagesimo secundo Azariæ regis Juda, regnavit Phacee filius Romeliæ super Israel in Samaria viginti annis.

28. Et fecit quod erat malum coram Domino: non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel.

29. In diebus Phacee regis Israel venit Theglathphalasar *o* rex Assur, & cœpit Aion & Abel domû Maacha, & Janoe, & Cedes, & Asor, & Galaad, & Galilæam, & universam terram Nephthali: & transtulit eos in Assyrios.

30. Conjuravit autem, & tetendit insidias Osee fili[9] Ela contra Phacee filium Romeliæ, & percussit eum, & interfecit: regnavítque pro eo vigesimo anno *p* Joatham filii Oziæ.

31. Reliqua autem sermonum Phacee, & universa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel?

III. 32. *q* Anno secundo *r* Phacee, filii Romeliæ regis Israel, regnavit Joatham filius Oziæ regis Juda.

33. Viginti quinque annorum erat cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Jerusa, filia Sadoc.

34. Fecítque quod erat placitum coram Domino: juxta omnia, quæ fecerat Ozias pater suus, operatus est.

35. Verumtamen excelsa non abstulit; adhuc populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis: ipse ædificavit portam domûs Domini *s* sublimissimam.

36. Reliqua autem sermonum Joatham, & universa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Juda?

37. In diebus illis *t* cœpit Dominus mittere *u* in Judam, Rasin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ.

neben Argob/ und neben Arie/ und fünfftzig Männer mit ihm von den Kindern der Galaaditer/ und er tödtete ihn / und regierte an seiner statt.

26. Aber das Ubrige von den Geschichten Phaceia/ und alles/ was er gethan hat / ist das nit geschriben im Buch der Wort von den Tagen der Königen Israel?

27. Im zwey und fünfftzigsten Jahr Azariä deß Königs Juda/ regierte Phacee/ der Sohn Romeliä/ über Israel zu Samaria zwantzig Jahr lang.

28. U. er thäte was Böß war vor dem HErrn: Er ließ nit ab von den Sünden Jeroboam/ deß Sohns Nabat / der Israel hat sündigen gemacht.

29. In den Tagen Phacee/ deß Königs Israel/ kam Theglathphalasar / der König von Assyrien/ und nahm Aion ein/ und das Hauß Abel/ Maacha/ und Janoe/ und Cedes / und Asor / und Galaad/ und Galiläam / und das gantze Land Nephthali: und führete sie in Assyrien.

30. Aber Osee/ der Sohn Ela/ richtete eine Bündnuß an wider Phacee/ den Sohn Romeliä/ und stellete ihm nach/ und erschlug ihn / und tödete ihn / und regierte an seiner statt / im zwantzigsten Jahr Joatham/ deß Sohns Oziä.

31. Aber das Ubrige von den Geschichten Phacee/ und alles / was er gethan hat / ist das nit geschriben im Buch der Wort von den Tagen der Königen Israel?

III. 32. Im andern Jahr Phacee/ deß Sohns Romeliä/ deß Königs Israel/ regierte Joatham / der Sohn Oziä/ deß Königs Juda.

33. Er war fünff und zwantzig Jahr alt / da er anfieng zu regieren / und regierte sechzehen Jahr zu Jerusalem: seiner Mutter Nam war Jerusa/ eine Tochter Sadoc.

34. Und er thäte / was vor dem HErrn wolgefällig war/ nach allem / was sein Vatter Ozias gethan hatte/ thäte er auch.

35. Aber er schaffte die Höhe nit ab: dan das Volck opfferte noch/ und zündete Rauchwerck an/ auf den Höhen: er bauete auch das allerhöchste Thor am Hauß deß HERRN.

36. Aber das Ubrige von den Geschichten Joatham / und alles was er gethan hat / ist das nit geschriben im Buch der Wort von den Tagen der Königen Juda?

37. In den Tagen fieng der HErr an Rasin/ den König in Syrien/ und Phacee/ den Sohn Romeliä / in Juda zu senden.

o Is ab Æliano *Thilgamus* dicitur, qui post Arbacis & Belesi sive Baladanis (qui Nabonassar nobis videtur) conjurationem Assyriorum reliquias exsuscitans nominari Ninus *junior* voluit, Anno *M.* 3257. Ant. Chr. 747.

p Anno M. 3265. id est anno 4. regni Achaz. Sed ob turbas regno statim potiri non potuit, Repub. ad anarchiam quandam per 9. annos recidente: regno tandem potitus est ann. 12. regni Achaz *Infra* 17. 1.

q 2. *Par.* 27. 1.

r Ann. M. 3246. Ant. Chr. 758.

s sc. atrii.

t i. mortuo Joatham.

u *Isai.* 7. 1.

38. Und Joatham entschlieff mit seinen Vättern/ und ward mit ihnen in der Stadt Davids seines Vatters begraben/ und Achaz sein Sohn regierte an seiner statt.

Das XVI. Capitel

I. Achaz opffert seinen Sohn den Götzen durch das Feur auf/1.

II. Rufft den König der Assyrier um Hilff an/ wider die König aus Syrien und Israel/ so Jerusalem belagerten/5.

III. Nach ihm regiert sein Sohn Ezechias/20.

1. IM sibenzehenden Jahr Phacee/ deß Sohns Romelia/ regierte Achaz/ der Sohn Joatham/ deß Königs Juda/

2. Zwantzig Jahr war Achaz alt/ da er anfieng zu regieren / und regierte zu Jerusalem sechszehen Jahr: er thät nit was vor dem Angesicht deß HErrn seines GOttes wohlgefällig war/ wie sein Vatter David:

3. Sondern er wandlete auf dem Weeg der Königen Israel: und über das opfferte er seinen Sohn/ und führete ihn durchs Feur / nach der Weiß der Heydnischen Abgötter/ die der HErr vor den Kindern Israel hinweg geraumet hatte.

4. Auch opfferte er Schlachtopffer/ und zündete Rauchopffer an auf den Höhen/ und auf den Bühlen/ und unter allen grünen Bäumen.

II. 5. Damahls zoge Rasin/ der König in Syrien/ und Phacee/ der Sohn Romelia / der König Israel/ hinauf gen Jerusalem zu streiten. Und sie belagerten Achaz / und kunten ihn nit überwinden.

6. Zu der Zeit brachte Rasin/ der König in Syrien/ Aila widerum an Syrien / und vertribe die Juden/ aus Aila: und die Edomiter kamen gen Aila / und wohneten daselbst bis auf den heutigen Tag.

7. Aber Achaz sandte Botten zu Theglathphalasar/ dem König von Assyrien/ und sprach: ich bin dein Knecht und dein Sohn: komm herauf/und errette mich auß der Hand deß Königs in Syrien / und aus der Hand deß Königs Israel / die wider mich aufgestanden seyn.

8. Und er brachte zusammen das Silber und Gold/das man finden möchte im Hauß deß HErrn/ und in den Schätzen deß Königs / und schickte dem König von Assyrien Geschenck.

9. Der ihm auch zu Willen ward: dan der König von Assyrien kam herauf gen Damascum / und verwüstete die Stadt: und führete ihre Innwoh-

38. Et dormivit Joatham cum patribus suis sepultusque est cum eis in Civitate David patris sui, & regnavit Achaz filius ejus pro eo.

CAPUT XVI.

I. Achaz filium suum per ignem consecrat: 1.

II. Regibus Israel & Syriæ Jerusalem obsidentibus, auxilium à rege Assyriorum per munera obtinet; & diis Assyriorum sacrificat; 5.

III. Ei succedit pius filius Ezechias. 20.

1. ANno decimo septimo Phacee filii Romeliæ , regnavit Achaz filius Joatham regis Juda.

2. *a* Viginti annorum erat Achaz cùm regnare cœpisset *b*, & sedecim annis regnavit in Jerusalem : non fecit quod erat placitum in conspectu Domini Dei sui, sicut David pater ejus.

3. Sed ambulavit in via regum Israel : insuper filium suum consecravit , transferens per ignem *c* secundùm idola Gentium: quæ dissipavit Dominus coram filiis Israel.

4. Immolabat quoque victimas, & adolebat incensum in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso.

II. 5. *d* Tunc ascendit Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israel, in Jerusalem ad præliandum : cumque obsiderent Achaz , non valuerunt superare eum *e*.

6. In tempore illo restituit Rasin rex Syriæ, Ailam Syriæ , & ejecit Judæos de Aila *f*: & Idumæi venerunt in Ailam, & habitaverunt ibi usque in diem hanc.

7. Misit *g* autem Achaz nuntios ad Theglathphalasar *h* regem Assyriorum, dicês: Servus tuus, & filius tuus ego sum: ascende & salvum me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Israel, qui consurrexerunt adversum me.

8. Et cùm collegisset argentum & aurum, quòd inveniri potuit in Domo Domini, & in thesauris regis, misit regi Assyriorum munera:

9. Qui & acquievit voluntati ejus : ascendit enim rex Assyriorum in Damascum, & vastavit eam : & transtulit habita-

a 2. *Par.* 28. 1.
b Ann. M. 3262. Ant. Chr. 742.
c sc. videtur solùm trajecisse.
d *Isa.* 7. 1.
e Primâ expeditione, sc. *Vide* 2. *Par.* 28. 5.
f Anno M. 3263.
g Anno *M.* 3264.
h *V. sup. cap. v.* 29.

i sc. urbem Mediæ.

k sc. Salomonis.

l sc. cum anteà esset ad austrum.

m q. d. meum.

n sc. Salomonis.

o id est tentorium Sabbatinum, pretioso conopæo coopertum, in quo sedebat rex in sabbatis, ut audiret hymnos, & spectaret sacrificia, *Eccl.* 46. 1. dicitur & tribunal. 4 *Reg.* 11. v. 14.

p sed non in sepulchris regū. 2. *Par.* 28. 27.

bitatores ejus Cyrenen *i*, Rasin autem interfecit.

10. Perrexitque rex Achaz in occursum Theglathphalasar regi Assyriorum in Damascum: cumque vidisset altare Damasci, misit rex Achaz ad Uriam sacerdotem exemplar ejus, & similitudinem juxta omne opus ejus.

11. Extruxitq; Urias sacerdos altare: juxta omnia, quæ præceperat rex Achaz, de Damasco, ita fecit sacerdos Urias, donec veniret rex Achaz de Damasco.

12. Cumque venisset rex de Damasco, vidit altare, & veneratus est illud: ascenditque & immolavit holocausta, & sacrificium suum,

13. & libavit libamina, & fudit sanguinem pacificorum, quæ obtulerat super altare.

14. Porrò altare æreum *k*, quod erat coram Domino, transtulit de facie templi, & de loco altaris, & de loco templi Domini: posuitque illud ex latere altaris ad Aquilonem *l*.

15. Præcepit quoque rex Achaz Uriæ sacerdoti, dicens: Super altare majus *m* offer holocaustum matutinum, & sacrificium vespertinum, & holocaustum regis, & sacrificium ejus, & holocaustum universi populi terræ, & sacrificia eorum, & libamina eorum: & omnem sanguinem holocausti, & universum sanguinem victimæ super illud effundes: altare verò æreum *n* erit paratum ad voluntatē meam.

16. Fecit igitur Urias sacerdos, juxta omnia quæ præceperat rex Achaz.

17. Tulit autem rex Achaz cælatas bases, & luterem, qui erat desuper: & mare deposuit de bobus æreis, qui sustentabant illud, & posuit super pavimentum stratum lapide.

18. Musach *o* quoque sabbati, quod ædificaverat in templo: & ingressum regis exterius, convertit in templum Domini, propter regem Assyriorum:

19. Reliqua autem verborum Achaz, quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Juda?

III. 20. Dormivitque Achaz cum patribus suis, & sepultus est cum eis in Civitate David *p*, & regnavit Ezechias filius ejus pro eo.

hinweg gen Cyrenen: aber den Rasin erwürgete er.

10. Und der König Achaz zoge dem König von Assyrien Theglathphalasar entgegen gen Damascū. Und als er den Altar sahe / der zu Damasco war / sandte der König Achaz zu Uria dem Priester den Abriß davon / und seine Gleichnuß nach seinem gantzen Werck.

11. Und Urias der Priester bauete einen Altar nach allem / das der König Achaz von Damasco entbotten hatte: also thäte der Priester Urias / biß der König Achaz von Damasco ankam.

12. Und als der König von Damasco kommen war / besahe er denselbigen Altar / und ehrete ihn: er gieng auch hinauf / und opfferte Brandopffer / und sein Opffer darauf /

13. Auch opfferte er Tranck-Opffer / und goß das Blut der Frid Opffer / die er auf dem Altar geopffert hatte.

14. Aber den ehrinen Altar / der vor dem HErrn stund / thäte er hinweg vom Angesicht deß Tempels / und vom Ort deß Altars / und von der Stadt im Tempel deß HErrn / und setzte ihn zur Seiten deß Altars gegen Mitternacht.

15. Auch befahl der König Achaz Uriä dem Priester / und sprach: Opffer das Brand-Opffer am Morgen / und das Abend-Opffer auf dem grossen Altar / auch deß Königs Brand-Opffer / und sein Speiß Opffer / wie imgleichen das Brand Opffer alles Volcks im Land / mit ihren Speißopffern und ihren Tranckopffern: und alles Blut vom Brand-opffer / wie auch alles Blut vom Schlacht Opffer solst du darauf außgiessen. Aber der ehrine Altar sol bereit bleiben zu meinem Wohlgefallen.

16. Also thäte Urias der Priester nach allem / das der König Achaz befohlen hatte.

17. Aber der König Achaz nahm auch die außgestochene Füß hinweg / und den Kessel / der oben darauf war: auch nahm er das Meer ab von den ehrinen Ochsen / die es trugen / und legete es auf den Boden der mit Steinen gepflastert war:

18. Dazu die Hütt deß Sabbats die er im Tempel gebauet hatte / und den äussern Eingang deß Königs wandte er zuruck zum Tempel deß HErrn um deß Königs von Assyrien willen.

19. Aber das Ubrige von den Geschichten Achaz / was er gethan hat / ist das nit geschriben im Buch der Wort von den Tagen der Königen Juda?

III. 20. Und Achaz entschlieff mit seinen Vättern / und ward mit ihnen begraben in der Stadt David: und Ezechias sein Sohn regierte an seiner statt.

Das

Das XVII. Capitel.

I. Weil Osee / der König Israel / den versprochenen Zinß weigert / nimmt ihn Salmanasar gefangen / 1.
II. Eben diser König der Assyrer führt gantz Israel gefänglich in Assyrien / 5.
III Die neue Innwohner in Samaria leben nach Weiß der Heyden / 24.

1. IM zwölfften Jahr Achaz / deß Königs Juda / regierete Osee / der Sohn Ela / zu Samaria über Israel neun Jahr lang.

2. Und er thäte Böses vor dem HErrn: doch nit wie die König Israel / die vor ihm gewesen waren.

3. Wider disen zohe Salmanasar / der König von Assyrien herauf / und Osee ward demselben unterthan / und gab ihm Tribut.

4. Und als der König von Assyrien innen ward / daß Osee sich auflehnen wolte und zu Sua dem König in Egypten Botten gesandt hatte / damit er dem König von Assyrien den Tribut nit erlegte / den er alle Jahr pflegte zu geben / belagerte er ihn / und legte ihn gebunden ins Gefängnuß.

II. 5. Und er zoge durchs gantze Land / und kam hinauf gen Samaria / und belagerte sie drey Jahr lang.

6. Aber im neundten Jahr Osee / gewan der König von Assyrien Samariam / und führete Israel hinweg in Assyrien: und er setzte sie zu Hala / und zu Habor am Fluß Gozan / und die Städt der Meder.

7. Dan es trug sich zu / daß die Kinder Israel wider den HErrn ihren GOtt sündigten / der sie auß Egyptenland geführet hatte / auß der Hand Pharao deß Königs in Egypten / und daß sie frembde Götter anbetteten.

8. Und sie wandleten nach dem Brauch der Heyden / die der HErr vor dem Angesicht der Kinder Israel hinweg genommen hatte / und der Königen Israel / dan die hatten auch deßgleichen gethan.

9. Und die Kinder Israel erzürneten den HErrn ihren GOtt mit unrichtigen Dingen: und sie baueten ihnen Höhen in allen ihren Städten / vom Wächterthurn an / biß zu den vesten Städten.

10. Und machten ihnen Säulen *a* / und dunckle Wälder auf allen hohen Bühlen / und unter allen laubreichen Bäumen:

11. Und sie zündeten daselbst auf den Altären Rauchwerck an / nach Gewonheit der Heyden / die der HErr vor ihrem Angesicht hinweg genommen

a Abgöttische Bilder.

CAPUT XVII.

I. Ob peccata Israel, Salmanasar sub Osee recusante Assyrio pendere tributum, 1.
II. Transfert Israel in Assyrios: 5.
III. Assyrii in Samariam missi cultum Dei ignorantes devorantur à leonibus, ergò mittitur sacerdos Israeliticus qui ipsos instituat; sic factum est, ut & Deo & idolis servirent. 24.

1. ANno duodecimo *a* Achaz regis Ju- *a* Anno M.
da, regnavit Osee filius Ela in Sa- 3274.
maria super Israel novem annis. Ant. Chr.
2. Fecitque malum coram Domino: 730.
sed non sicut reges Israel, qui ante eum *Vid sup.*
fuerant. 15. 30.
3. *b* Contra hunc ascendit Salmana- *b Infr.* 18.
sar *c* rex Assyriorum, & factus est ei Osee 9.
servus, reddebátque illi tributa. *Tob.* 1. 2.
c Qui Teglathphalasaro successit.
4. Cumque deprehendisset rex Assyriorum Osee, quòd rebellare nitens *d* misisset nuntios ad Sua regem Ægypti, ne præstaret tributa regi Assyriorum, sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum, & vinctum misit in carcerem. *e* Anno M. 3276. *d* Anno M. 3279. *e* sc. capta Samaria.
II. 5. Pervagatusque est omnem terram: & ascendens Samariam, obsedit eam tribus annis.
6. *f* Anno autem nono Osee, cepit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israel in Assyrios: posuitque eos in Hala & in Habor juxta fluvium Gozan, in civitatibus Medorum. *f* Anno M. 3283. *Infr.* 18. 10.
7. Factum est enim, cùm peccassent filii Israel Domino Deo suo, qui eduxerat eos de Terra Ægypti, de manu Pharaonis regis Ægypti, coluerunt deos alienos.
8. Et ambulaverunt juxta ritum Gentium, quas consumpserat Dominus in conspectu filiorum Israel, & regum Israel: quia similiter fecerant.
9. Et offenderunt filii Israel verbis *g* non rectis Dominum Deum suum: & ædificaverunt sibi excelsa in cunctis urbibus suis à Turre custodum usq; ad civitatem munitam. *g* i. factis.
10. Feceruntque sibi statuas, & lucos in omni colle sublimi, & subter omne lignum nemorosum *h*. *h* i. frondosum.
11. & adolebant ibi incensum super aras in morem Gentium, quas transtulerat Dominus à facie eorum:

 fece-

feceruntque verba pessima irritantes Dominum.

i i. idola. 12. Et coluerunt immunditias *i*, de quibus præcepit eis Dominus ne facerent verbum hoc.

k i. contestatus. 13. Et testificatus *k* est Dominus in Israel & in Juda per manum omniũ prophetarũ & Videntiũ, dicens: *l* Revertimini à viis vestris pessimis, & custodite præcepta mea, & ceremonias, juxta omnẽ legẽ, quam præcepi patribus vestris: & sicut misi ad vos in manu servorum meorum prophetarum.

l Ierem. 25. 5.

14. Qui non audierunt, sed induraverunt cervicem suam juxta cervicem patrum suorum, qui noluerunt obedire Domino Deo suo.

15. Et abjecerunt legitima ejus, & pactum, quod pepigit cum patribus eorum, & testificationes, quibus contestatus est eos: secutique sunt vanitates, & vanè egerunt: & secuti sunt Gentes, quæ erant per circuitum eorum, super quibus præceperat Dominus eis ut non facerent sicut & illæ faciebant.

16. Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei sui: feceruntque sibi conflatiles duos vitulos, & lucos, & adoraverunt universam militiam cæli *m*: servieruntque Baal,

m i. astra.

17. & consecraverunt filios suos, & filias suas per ignem *n*: & divinationibus inserviebant, & auguriis: & tradiderunt se ut facerent malum coram Domino, ut irritarent eum.

n in honorem Moloch.

18. Iratusque est Dominus vehementer Israeli, & abstulit eos à conspectu suo, & non remansit nisi tribus Juda *o* tantummodo.

o i. & Benjamin.

19. Sed nec ipse Juda custodivit mandata Domini Dei sui: verùm ambulavit in erroribus Israel, quos operatus fuerat.

20. Projecitque Dominus omne semen Israel, & afflixit eos, & tradidit eos in manu diripientium, donec projiceret eos à facie sua:

21. *p* ex eo jam tempore, quo scissus est Israel à domo David, & constituerunt sibi regem Jeroboam filium Nabat: separavit enim Jeroboam Israel à Domino, & peccare eos fecit peccatum magnum.

p 3. Reg. 12. 19.

hatte / und begiengen sehr böse Stuck / damit sie den HErrn reitzten.

12. Und dieneten den unflätigen Abgöttern / davon ihnen der HErr befohlen hatte / daß sie solches nit thun solten.

13. Und der HErr bezeugete in Israel / und in Juda / durch die Hand aller Propheten / und Seher / und sprach: Kehret wider von euren sehr bösen Weegen / und haltet meine Gebott / und Ceremonien / nach allem Gesatz / das ich euren Vättern befohlen hab / und wie Ichs zu euch gesandt hab durch die Hand meiner Knechten der Propheten.

14. Und sie höreten nit / sondern verhärteten ihren Nacken / nach dem Nacken ihrer Vätter / welche dem HErrn ihrem GOtt nit wolten gehorsam seyn.

15. Und sie verwurffen seine Satzungen / und seinen Bund / den er mit ihren Vättern aufgerichtet hatte / und seine Zeugnussen / damit er sie bezeuget hatte / und sie giengen der Eitelkeit nach / und handelten eitel: und folgeten den Heyden / welche rings um sie her waren / davon ihnen der HErr befohlen hatte / daß sie also nit thun solten / wie selbige thäten.

16. Und sie verliessen alle Gebott deß HErrn ihres GOttes / und machten ihnen zwey gegossene Kälber / und dunckle Wäld / und betteten das gantze Heer deß Himmels an / und dieneten dem Baal.

17. Und sie opfferten ihre Söhn und ihre Töchter durchs Feuer / und waren auf Zauberey / und Warsagerey geflissen: und übergaben sich selbst böses vor dem HErrn zuthun / damit sie ihn reitzten.

18. Und der HErr ward sehr zornig über Israel / und nam sie hinweg von seinem Angesicht / daß nichts übrig blibe / dan der Stamm Juda allein.

19. So hielt auch Juda selbst die Gebott deß HErrn seines GOttes nit: sondern wandlete in den Irrthumen Israel / die sie begangen hatten.

20. Darum verwarff der HErr allen Saamen Israel / und plagete sie / und übergab sie in die Hand der Rauber / biß er sie von seinem Angesicht hinweg schaffete.

21. Von der Zeit an / daß Israel vom Hauß Davids abgeschnitten ward / und sie Jeroboam / den Sohn Nabat / über sich zum König machten: dan Jeroboam hat Israel vom HErrn abgesöndert / und gemacht / daß sie ein grosse Sünd begangen haben.

22.

22. Und die Kinder Israel wandleten in allen Sünden Jeroboam / die er gethan hatte / und wichen davon nit ab :

23. Biß daß der HErr Israel von seinem Angesicht hinweg nahm / wie er durch die Hand aller seiner Knechten der Propheten geredet hatte. Und also ward Israel auß seinem Land in Assyrien hinweg geführet / biß auf den heutigen Tag.

III. 24. Aber der König von Assyrien brachte andere von Babylon / und von Cutha / und von Avah / und von Emath / und von Sepharuaim herzu / und setzte sie an statt der Kinder Israel in die Städt Samariä: die besitzten Samaria / und wohneten in ihren Städten.

25. Als sie nun daselbst anfiengen zu wohnen / furchten sie den HErrn nit: und der HErr sandte Löwen unter sie / die sie erwürgeten.

26. Und das ward dem König von Assyrien kund gethan / und gesagt : Die Völcker / die du herüber geführet hast / und in den Städten Samariä wohnen heissen / wissen die Bräuch nit deß GOttes im Land: und der HErr hat Löwen unter sie gesandt / u. sihe / die erwürgen sie / darum daß sie die Bräuch deß GOttes im Land nit wissen.

27. Da gab der König von Assyrien Befehl / und sprach : Führet einen von den Priestern dahin / die ihr von dannen gefänglich hergebracht habt / der hingehe / und wohne mit ihnen / und lehre sie die Weiß deß GOttes im Land.

24. Also kam einer von den Priestern dahin welche auß Samaria gefänglich hinweg geführet waren / und wohnete zu Bethel und lehrete sie / wie sie dem HErrn dienen solten.

29. Und ein jeglich Volck machte seinen GOtt: und sie setzten die Götter in die Tempel auf den Höhen / welche die Samariter gemacht hatten: ein jeglichs Volck in den Städten / darin sie wohneten.

30. Dan die Männer von Babylon machten Sochothbenoth : aber die Männer von Cutha machten Nergel: und die Männer von Emath machten Asima.

31. Aber die Heviter machten Nebahaz / und Tharthac. Und die von Sepharuaim / verbrandten ihre Söhn mit Feuer dem Adramelech und Anamelech / den Götteren Sepharuaim /

32. Und gleichwohl dieneten sie auch dem HErrn. Sie machten ihnen aber Priester der Höhen / von den geringsten im Volck / und setzten sie in die Tempel auf den Höhen.

33. Also dieneten sie dem HErrn / und dieneten

22. Et ambulaverunt filii Israel in universis peccatis Jeroboam quæ fecerat: & non recesserunt ab eis,

23. *q* usquequò Dominus auferret Israel à facie sua, sicut locutus fuerat in manu omnium servorum suorum Prophetarum : translatusque est Israel de terra sua in Assyrios, usque in diem hanc.

III. 24. Adduxit autem rex Assyriorum *r* de Babylone, & de Cutha, & de Avah, & de Emath, & de Sepharuaim: & collocavit eos in civitatibus Samariæ pro filiis Israel: qui possederunt Samariam, & habitaverunt in urbibus ejus.

25. Cúmque ibi habitare cœpissent, non timebant Dominum: & immisit in eos Dominus leones, qui interficiebant eos.

26. Nuntiatumque est regi Assyriorum, & dictum: Gentes, quas transtulisti, & habitare fecisti in civitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei terræ : & immisit in eos Dominus leones, & ecce interficiunt eos, eò quòd ignorent ritum Dei terræ.

27. Præcepit autem rex Assyriorum, dicens : Ducite illuc unum de sacerdotibus, quos inde captivos adduxistis, & vadat, & habitet cum eis : & doceat eos legitima Dei terræ.

28. Igitur cùm venisset unus de sacerdotibus his, qui captivi ducti fuerant de Samaria, habitavit in Bethel, & docebat eos quomodo colerent Dominum *s*.

29. Et unaquæque Gens fabricata est deum suũ: posueruntq; eos in fanis excelsis, quæ fecerant Samaritæ, Gens & Gens *t* in urbibus suis, in quibus habitabat.

30. Viri enim Babylonii fecerunt Sochothbenoth *u*: viri autem Chutæi fecerunt Nergel *x*: & viri de Emath fecerunt Asima *y*.

31. Porrò Hevæi fecerunt Nebahaz *z* & Tharthac *a*. Hi autem, qui erant de Sepharuaim, comburebant filios suos igni, Adramelech *b* & Anamelech *c* diis Sepharuaim,

32. & nihilominus colebant Dominum. Fecerunt autem sibi de novissimis sacerdotes excelsorum, & ponebant eos in fanis sublimibus.

33. Et cùm Dominum colerent, diis quo-

q Ierem. 25. 9.

r Assaradon, ut est 1. *Esdr* 4. 2. anno M. 3327. Ant. Chr. 677. sub quo completum est dictum ab Isaia 7. 8.

s *Sc.* Secundum Jeroboami ritum.

t q. d. singulæ gentes.

u i. gallinam cum pullis.

x i. gallum gallinaceũ.

y i. hircum.

z i. canem.

a asinum.

b i. mulo.

c i. equo.

quoque suis serviebant juxta consuetudinem Gentium, de quibus translati fuerant Samariam:

34. usque in præsentem diem morem sequuntur antiquum: non timent Dominum *d*, neque custodiunt ceremonias ejus, judicia, & legem, & mandatum, quod præceperat Dominus filiis Jacob, *e* quem cognominavit Israel:

d Infr. 41.

e Gen. 33. 28.

35. & percusserat cum eis pactum, & mandaverat eis, dicens: Nolite timere deos alienos, & non adoretis eos, neque colatis eos, & non immoletis eis:

36. Sed Dominum Deum vestrum, qui eduxit vos de Terra Ægypti in fortitudine magna, & in brachio extento, ipsum timete, & illum adorate, & ipsi immolate.

37. Ceremonias quoque, & judicia, & legem, & mandatum, quod scripsit vobis, custodite ut faciatis cunctis diebus: non timeatis deos alienos.

38. Et pactum, quod percussit vobiscum, nolite oblivisci: nec colatis deos alienos,

39. sed Dominum Deum vestrum timete, & ipse eruet vos de manu omnium inimicorum vestrorum.

40. Illi verò non audierũt, sed juxta consuetudinem suam pristinã *f* perpetrabant.

f idololatriæ adhærentes.

41. Fuerunt igitur Gentes istæ timentes quidem Dominum, sed nihilominus & idolis suis servientes: nam & filii eorum, & nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt usque in præsentem diem.

Caput XVIII.

I. Ezechias dissipat idolorum delubra, æneum Moysi serpentem confringit, 1.

II. Percutit Philisthæos; & Assyriis rebellat; hinc rex Assyriorum, Ezechiæ veniam precanti magnam pecuniæ vim imponit, 7.

II. Missâ manu validâ Jerusalem obsidens, multa probra in Ezechiam & blasphemias in Deum per Rabsacen jactat, 17.

a Anno M. 3277. Ant. Chr. 727

b regni ejus liberi à tributo.

c 2. *Par.* 28 27. & 29 1.

1. ANno *a* tertio *b* Osee filii Ela regis Israel, regnavit Ezechias *c* filius Achaz regis Juda.

2. Viginti quinque annorum erat, cùm regnare cœpisset: & vigintinovem annis regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Abi filia Zachariæ.

3. Fecitque quod erat bonum coram

auch ihren Göttern nach Gewonheit der Völcker / darauß sie in Samariam herüber gebracht waren.

34. Disem alten Brauch folgen sie biß auf den heutigen Tag: sie förchten den HErrn nit / halten auch nit seine Ceremonien / und Recht / noch sein Gesatz und Gebott / das der HErr den Kindern Jacobs befohlen hatte / den er Israel nennete.

35. Und er hatte einen Bund mit ihnen aufgerichtet / und hatte ihnen befohlen und gesagt: Förchtet keine frembde Götter / und bettet sie nit an / dienet ihnen auch nit / u. thut ihnen kein Opffer.

36. Sondern den HErrn euren GOtt / der euch mit grosser Macht / und mit außgestreck tem Armb auß Egypten-Land geführet hat / den förchtet / und bettet ihn an / und thut ihm Opffer.

37. Haltet auch seine Ceremonien / und Recht / und sein Gesatz und Gebott / das er euch geschriben hat / daß ihr sie thut alle die Tag: und förchtet die frembde Götter nit.

38. Vergesset auch deß Bunds nit / den er mit euch gemacht hat: und dienet keinen frembden Göttern /

39. Sondern förchtet den HErrn euren GOtt / so wird er euch auß der Hand aller eurer Feinden erretten.

40. Aber sie höreten nit / sondern machtens nach ihrer alten Gewonheit.

41. Demnach förchteten dise Völcker wohl den HErrn / aber gleichwohl dieneten sie auch ihren Abgötteren: also thäten auch ihre Kinder / und ihre Kindskinder / und thun also biß auf den heutigen Tag / wie ihre Vätter gethan haben.

Das XVIII. Capitel.

I. Ezechias zerstört die Götzen-Tempel und ehrine Schlang Moysis / 1.

II. Schlagt die Philisther / und entledigt sich vom Joch der Assyrier / 7.

III. Darum dise mit Kriegs-Macht nach Jerusalem kommen: und wider GOtt und Ezechiam starck schmähen / 17.

1. IM dritten Jahr Osee / deß Sohns Ela / deß Königs Israel / regierte Ezechias / der Sohn Achaz / deß Königs Juda.

2. Er war fünff und zwantzig Jahr alt / da er anfieng zu regieren / und regierte neun und zwantzig Jahr zu Jerusalem: seiner Mutter Nam war / Abi / eine Tochter Zachariä.

3. Und er thäte / was gut war vor dem HErrn / nach

nach allem / was sein Vatter David gethan hatte.

4. Er verwüstete die Höhen / und zerbrach die Säulen / und hiebe die dunckle Wäld ab: auch zerbrach er die ehrine Schlang / die Moyses gemacht hatte: dan die Kinder Israel zündeten ihr Rauchwerck an biß auf dieselbige Zeit: und er nante ihren Namen / Nohestan.

5. Er setzte seine Hoffnung auf den HErrn den GOtt Israel: darum ist nach ihm seines gleichen nit gewesen unter allen Königen Juda: auch nit unter denen / die vor ihm gewesen seynd.

6. Er hieng dem HErrn an / und wiche von seinen Fußstapffen nit / und hielt seine Gebott die der HErr Moysi befohlen hatte.

II. 7. Derwegen auch der HErr mit ihm war / und er hielte sich weißlich in allem / das er vornam. Er widersetzte sich auch dem König von Assyrien / und war ihm nit unterthan.

8. Zu dem schlug er die Philisther biß gen Gaza / und alle ihre Gräntzen / vom Thurn der Wächter an biß zu den vesten Städten.

9. Im vierdten Jahr deß Königs Ezechiä so das sibende Jahr Osee / deß Sohns Ela / deß Königs Israel war zoge Salmanasar / der König von Assyrien / herauf wider Samaria und belagerte sie /

10. Und gewahn sie auch. Dan über drey Jahr hernach im sechsten Jahr Ezechiä / das ist / im neunten Jahr Osee / deß König Israel / war Säaria erobert:

11. Und der König von Assyrien führete Israel hinweg in Assyrien / und setzte sie zu Hala / und zu Habor an Flüssen Gozan / in die Städt der Meder:

12. Darum daß sie die Stimm deß HErrn ihres GOttes nit gehöret / sondern seinen Bund übertretten hatten: alles was Moyses der Knecht deß HErrn befohlen hatte / das haben sie weder gehört / noch gethan.

13. Im vierzehenden Jahr deß Königs Ezechiä zoge Sennacherib / der König von Assyrien herauf zu allen vesten Städten in Juda / und nahm sie ein.

14. Da sandte Ezechias / der König in Juda / Botten zum König von Assyrien gen Lachis / und sprach: Ich hab gesündiget / weiche von mir ab / so wil ich alles tragen / was du mir auflegen wirst. Also legte der König von Assyrien Ezechia / dem König Juda / drey hundert Centner Silbers auf / und dreyssig Centner Golds.

15. Und Ezechias gab alles Silber / das im Hauß deß HErrn und in den Schätzen des Königs gefunden ward.

Domino, juxta omnia quæ fecerat David pater ejus.

4. Ipse dissipavit *d* excelsa, & contrivit statuas, & succîdit lucos, confregítque serpentem æneum, *e* quem fecerat Moyses: siquidem usque ad illud tempus filii Israel adolebant ei incensum: vocavítque nomen ejus Nohestan *f*.

5. In Domino Deo Israel speravit: itaque post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Juda, sed neque in his, qui ante eum *g* fuerunt:

6. & adhæsit Domino, & non recessit à vestigiis ejus, fecítque mandata ejus, quæ præceperat Dominus Moysi.

II. 7. Unde & erat Dominus cum eo, & in cunctis, ad quæ procedebat, sapienter se agebat. Rebellavit quoq; contra regem Assyriorum, & non servivit ei.

8. Ipse percussit Philisthæos usque ad Gazam, & omnes terminos eorum, à Turre custodum usq; ad Civitatem munitã *h*.

9. *i* Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat annus septimus Osee filii Ela regis Israel, ascendit Salmanasar rex Assyriorum in Samariam & oppugnavit eam,

10. & cepit. Nam post annos tres, anno sexto Ezechiæ, id est nono anno Osee regis Israel, capta est Samaria *k*:

11. & transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios, collocavítque eos in Hala, & in Habor fluviis Gozan in civitatibus Medorum *l*:

12. quia non audierunt vocem Domini Dei sui, sed prætergressi sunt pactum ejus: omnia, quæ præceperat Moyses servus Domini, non audierunt, neque fecerunt.

13. *m* Anno quartodecimo *n* regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex Assyriorum ad universas civitates Juda munitas: & cepit eas.

14. Tunc misit Ezechias rex Juda nuntios ad regem Assyriorum in Lachis, dicens: Peccavi, recede à me: & omne quod imposueris mihi, feram. Indixit itaque rex Assyriorum Ezechiæ regi Judæ trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri.

15. Deditque Ezechias omne argentum quod repertum fuerat in domo Domini, & in thesauris regis.

d Anno M. 3278.
e *Num.* 21. 9.
f vile æs, per diminutionem & contemptum, ærulum, vile metallum, q. d. in illo nihil est magnum vel vivum quod ab homine prudente observari debeat, multò minùs pro Deo coli, sicut hactenus factum est.
g sc. post David.
h q. d. parvas & magnas civitates.
i *Sup.* 17. 6 *Tob.* 1. 2.
k Anno M. 3283.
l quò prius Theglathphalasar. duas tribus & dimidiam trans Jordanem habitantes transtulerat, 1. *Par.* 5. 26.
m 2. *Par.* 32. 1. *Eccli.* 48. 20. *Isai.* 36. 1.
n anno M. 3291. Ant. Chr. 713.

16. In tempore illo confregit Ezechias valvas templi Domini, & laminas auri, quas ipse affixerat, & dedit eas regi Assyriorum.

III. 17. Misit autem rex Assyriorum Tharthan *o*, & Rabsaris, & Rabsacen, de Lachis ad regem Ezechiam cum manu valida Jerusalem: qui cùm ascendissent, venerunt Jerusalem, & steterunt juxta aquæductum piscinæ superioris, quæ est in via Agrifullonis *p*.

18. Vocaveruntque regem *q*: egressus est autem ad eos Eliacim filius Helciæ præpositus domûs, & Sobna scriba, & Joahe filius Asaph à commentariis.

19. Dixítque ad eos Rabsaces: Loquimini Ezechiæ: Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum: Quæ est ista fiducia, quâ niteris?

20. Forsitan inisti consilium, ut præpares te ad prælium. In quo confidis, ut audeas rebellare?

21. an speras in baculo arundineo atque confracto Ægypto, *r* super quem, si incubuerit homo, comminutus ingredietur manum ejus *s*, & perforabit eam? sic est Pharao rex Ægypti, omnibus qui confidunt in se.

22. Quòd si dixeritis mihi: In Domino Deo nostro habemus fiduciam: nónne iste est, cujus abstulit Ezechias excelsa & altaria: & præcepit Judæ & Jerusalem: Ante altare hoc *t* adorabitis in Jerusalem?

23. Nunc igitur transite ad dominum meum regem Assyriorum, & dabo vobis duo millia equorum, & videte an habere valeatis ascensores eorum.

24. Et quo modo potestis resistere ante unum satrapam de servis domini mei minimis? An fiduciam habes in Ægypto propter currus & equites?

25. Numquid sine Domini *u* voluntate ascendi ad locum istum, ut demolirer eum? Dominus dixit *x* mihi: Ascende ad terram hanc, & demolire eam.

26. Dixerunt autem Eliacim *y* filius Helciæ, & Sobna, & Joahe Rabsaci: Precamur ut loquaris nobis servis tuis Syriacè: siquidem intelligimus hanc linguam: & non loquaris nobis Judaicè, audiente populo, qui est super murum.

o qui Azotum cepit. *Isai.* 20.

p sc. sic dictus quòd illic fullones pannos lavarent aquâ piscinæ.

q sc. ad colloquium.

r V. *Isai.* 20.

s sc. ut afferat plus incommodi, quàm commodi.

t sc. solùm, *vide Isa.* 36

u q. d. Dei vestri vobis irati.

x sc. sciebat per prophetas prædixisse.

y De Sobna & Eliacim, *vide Isa.* 22. 1.

16 Zu derselben Zeit zerbrach Ezechias die Thüren am Tempel deß HErrn und die guldene Blech/ die er selbst hatte angeschlagen/ und gab sie dem König von Assyrien.

III. 17. Aber der König von Assyrien schickte Tharthan/ und Rabsaris/ und Rabsacen von Lachis mit einem mächtigen Heer zum König Ezechia gen Jerusalem: da sie nun hinauf zogen/ und gen Jerusalem kamen/ stunden sie bey den Wasserröhren deß obern Teichs/ der am Weeg ist beym Acker deß Walckmüllers.

18. Und sie forderten den König: aber Eliacim/ der Sohn Helcia/ der Hoffmeister/ gieng zu ihnen hinauß/ und Sobna der Schreiber/ und Joahe/ der Sohn Asaph/ der Cantzler.

19. Und Rabsaces sprach zu ihnen: Saget dem Ezechia: Diß sagt der grosse König/ der König von Assyrien: Was ist diß für eine Zuversicht/ darauf du dich lehnest?

20. Villeicht bist du zu Rath worden zum Streit dich zu rüsten? Worauff hastu dein Vertrauen/ daß du dich darffst widersetzen?

21. Verlassest du dich auf den zerbrochenen Rohrstab Egypten/ der zerbricht/ wan sich ein Mensch darauf lehnet/und geht ihm in seine Hand/ und durchboret sie? Also ist Pharao der König in Egypten allen denen/ die sich auf ihn verlassen.

22. Im Fall ihr mir sagen wollet: Wir vertrauen auf den HErrn unsern GOtt: ist das nit derselbige/ dessen Höhen und Altär Ezechias abgeschaffet hat/ und dem Juda und Jerusalem befohlen: Ihr sollet vor disem Altar zu Jerusalem anbetten?

23. Und nun wohlan kommet herauß zu meinem Herrn/ dem König von Assyrien/ so wil ich euch zwey tausend Pferd geben/ so sehet ob ihr Reuter darauf haben könnet:

24. Wie könnet ihr dan auch einem Fürsten von den geringsten Dienern meines Herrn Widerstand thun? Verlassest du dich aber auf Egypten/ um der Wagen/ und Reuter willen?

25. Bin ich dan ohn deß HErrn Willen zu disem Ort herauf kommen/ dasselbig zuverwüsten? Der HErr hat zu mir gesagt: Ziehe hinauf in diß Land/ und verheere es.

26. Aber Eliacim/ der Sohn Helcia/ und Sobna/ und Joahe/ sprachen zu Rabsace: Wir bitten/ du wollest mit uns deinen Knechten auf Syrisch reden: dan wir verstehen dieselbige Sprach wohl/ und rede nit auf Jüdisch mit uns im Anhören deß Volcks/ das auf der Mauren ist.

27. Da

27. Da antwortet ihnen Rabsaces/ und sprach: Hat mich dan mein Herr zu deinem Herrn / und zu dir gesandt / dise Wort zu reden / und nit vil mehr zu den Männern / die auf der Mauren sitzen / daß sie mit euch ihren eigenen Mist essen / und ihren Harn trincken.

28. Also stund Rabsaces / und rieff mit lauter Stimm auf Jüdisch / und sprach: Höret die Wort deß grossen Königs / deß Königs von Assyrien.

29. Diß sagt der König: Lasset euch vom Ezechia nit verführen: dan er wird euch auß meiner Hand nit erretten können.

30. Und lasset euch durch ihn auf den HErrn nit vertrösten / und sagen: der HErr wird uns erretten / u. erlösen/ dise Stadt wird in die Hand deß Königs von Assyrien nit übergeben werden.

31. Höret Ezechiam nit. Dan diß sagt der König von Assyrien: Handelt mit mir/ was euch nutz ist / und gehet zu mir herauß/ so sol ein jeglicher von seinem Weinberg / und von seinem Feigenbaum essen/ und ihr sollet Wasser trincken auß euren Brunnen/

32. Biß ich komme/ und euch hinüber führe in ein Land/ das eurem Land gleich ist/ in ein fruchtbar Land / da Wein wächst/ ein Land deß Brods / und der Weinbergen / ein Land der Oelbäumen / und deß Oels und Honigs: so sollet ihr leben / und nit sterben. Höret Ezechiam nit/ der euch betrieget / und spricht: Der HErr wird uns erlösen.

33. Haben auch die Götter der Heyden ihr Land errettet auß der Hand deß Königs von Assyrien?

34. Wo ist der Gott Emath / und Arphad? Wo ist der Gott Sepharuaim / Ana / und Aua? Haben sie Samariam auß meiner Hand errettet?

35. Welche seynd sie unter allen Göttern der Landen/ die ihre Landschafft auß meiner Hand errettet haben / daß der HErr Jerusalem auß meiner Hand solte erretten können?

36. Und das Volck schwig still / und antwortete ihm gar nichts. Dan sie hatten einen Befehl vom König bekommen/ daß sie ihm nit antworten solten.

37. Da kam Eliacim / der Sohn Helciä / der Hoffmeister / und Sobna / der Schreiber / und Joahe/ der Sohn Asaph / der Cantzler/ zu Ezechia mit zerrissenen Kleydern / und verkündigten ihm die Wort Rabsacis.

Das XIX. Capitel.

1. Ezechias begehrt und erhaltet Trost von Isaia/ 1.

27. Respondítque eis Rabsaces, dicens: Numquid ad dominũ tuum, & ad te misit me dominus meus, ut loquerer sermones hos, & non potiùs ad viros, qui sedent super murum, ut comedant stercora sua *z*, & bibant urinam suam vobiscum?

z eò illos adiget fames.

28. Stetit itaque Rabsaces, & exclamavit voce magnâ Judaicè, & ait: Audite verba regis magni, regis Assyriorum.

29. Hæc dicit rex: Non vos seducat Ezechias: non enim poterit eruere vos de manu mea.

30. Neque fiduciam vobis tribuat super Dominum, dicens: Eruens liberabit nos Dominus, & non tradetur civitas hæc in manu regis Assyriorum.

31. Nolite audire Ezechiam. Hæc enim dicit rex Assyriorum: Facite mecum quod vobis est utile, & egredimini ad me: & comedet unusquisque de vinea sua, & de ficu sua: & bibetis aquas de cisternis vestris,

32. donec veniam, & transferam *a* vos in terram, quæ similis est terræ vestræ, in terram fructiferam, & fertilem vini, terram panis & vinearum, terram olivarum, & olei ac mellis, & vivetis, & non moriemini. Nolite audire Ezechiam, qui vos decipit, dicens: Dominus liberabit nos.

a more regum Assyriorum.

33. Numquid liberaverunt dii Gentium terram suam de manu regis Assyriorum?

34. Ubi *b* est Deus Emath, & Arphad? ubi est Deus Sepharuaim, Ana, & Aua *c*? numquid liberaverunt Samariam de manu mea?

b Infr. 19. 13. & Isai. 10. 9. & 37. 13.
c V. Sup. 17. 24.

35. Quinam illi sunt in universis diis terrarum, qui eruerunt regionem suam de manu mea, ut possit eruere Dominus Jerusalem de manu mea?

36. Tacuit itaque populus, & non respondit ei quidquam: siquidem præceptũ regis acceperant, ut non responderent ei.

37. Venítque Eliacim filius Helciæ, præpositus domûs, & Sobna scriba, & Joahe filius Asaph à commentariis ad Ezechiam scissis vestibus *d*, & nuntiaverunt ei verba Rabsacis.

d more Hebræorum, cùm blasphemias aut triste nuntium audirent.

CAPUT XIX.

I. Ezechias & Isaias Dominum pro liberatione precantur, 1.

II. Sennacherib repetit blasphemias. 10.

III. Angelus Domini 185000. Assyriorum percutit; & fugiens Sennacherib in templo idoli sui à filiis occiditur. 35.

a Isa. 37. 1. 1. QUæ cum audisset Ezechias rex, *a* scidit vestimenta sua, & opertus est sacco, ingressusque est domum Domini.

2. Et misit Eliacim præpositum domûs, *b* & Sobnam scribam, & senes de sacerdotibus opertos saccis, ad Isaiam prophetam filium Amos.

b anno M. 3294. Ant. Chr. 710.

3. Qui dixerunt: Hæc dicit Ezechias: Dies tribulationis, & increpationis *c*, & blasphemiæ *d*, dies iste: venerunt filii usque ad partum, & vires non habet pariuriens.

c qua Assyrii arguunt nos. *d* qua Deũ afficiunt.

4. Si forte audiat Dominus Deus tuus universa verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus, ut exprobraret Deum viventem, & argueret verbis, quæ audivit Dominus Deus tuus: & fac orationem pro reliquiis, quæ repertæ sunt *e*.

e sc. Juda & Benjamin.

5. Venerunt ergo servi regis Ezechiæ ad Isaiam.

6. Dixitque eis Isaias: Hæc dicetis domino vestro: Hæc dicit Dominus: Noli timere à facie sermonum, quos audisti, quibus blasphemaverunt pueri regis Assyriorum me.

7. Ecce, ego immittam ei spiritum *f*, & audiet nuntium, & revertetur in terram suam, & dejiciam eum gladio in terra sua.

f i. voluntatem revertendi.

8. Reversus est ergo Rabsaces, & invenit regem Assyriorum expugnantem Lobnam: Audierat enim quod recessisset de Lachis.

9. Cumque audisset de Tharaca rege Æthiopiæ, dicentes: Ecce, egressus est ut pugnet adversum te; & iret contra eum *g*, misit nuntios ad Ezechiam, dicens:

g regem Æthiopiæ.

II. 10. Hæc dicite Ezechiæ regi Juda: Non te seducat Deus tuus, in quo habes fiduciam: neque dicas: Non tradetur Jerusalem in manus regis Assyriorum.

11. Tu enim ipse audisti quæ fecerunt reges Assyriorum universis terris, quomodo vastaverunt eas: num ergo solus poteris liberari?

II. Sennacherib widerholt seine Lästerung: Ezechiä aber wird Erlösung versprochen / 10.

III. Ein Engel erschlagt hundert und fünff und achtzig tausend Assyrier: drumb fliehet Sennacherib / wird aber von seinen Söhnen ermordet / 35.

1. DA solches der König Ezechias hörete / zerriß er seine Kleyder / und thäte einen Sack an / und gieng in das Hauß deß HErrn.

2. Und er sandte Eliacim / den Hoffmeister / und Sobna / den Schreiber / und die Elteste von den Priestern / mit Säcken angethan / zu Isaia dem Propheten / dem Sohn Amos.

3. Und sie sprachen: Diß sagt Ezechias: Dieser Tag ist ein Tag der Trübseeligkeit / und deß Scheltens / und der Gottslästerung: Die Kinder seynd biß an die Geburt kommen / und die gebährende hat kein Krafft.

4. Ob villeicht der HErr dein GOtt hören wolte alle Wort Rabsacis / den der König von Assyrien sein Herr gesandt hat / den lebendigen GOtt schmählich zuverhönen / und ihn mit Worten zu schelten / welche der HErr dein GOtt gehöret hat: so thue ein Gebett für die übrige / die noch gefunden werden.

5. Da kamen die Knecht deß Königs Ezechiä zu Isaia.

6. Und Isaias sprach zu ihnen: Diß sollet ihr eurem Herrn anzeigen: Also spricht der HErr: Förchte dir nit vor den Reden / die du gehöret hast / damit die Diener deß Königs von Assyrien mich gelästert haben.

7. Sihe / ich wil ihm einen Geist eingeben / und er sol eine Zeitung hören / und sol wider kehren in sein Land / und ich wil ihn in seinem Land durchs Schwerdt niderlegen.

8. Also zoge Rabsaces widerum zuruck / und fand den König von Assyrien / daß er Lobna bestritte: dan er hatte gehöret / daß er von Lachis abgezogen war.

9. Und er hörte von Tharaca / dem König in Mohrenland / daß sie sagten: Sihe / er ist außgezogen wider dich zu streiten. Da er nun wider denselben fortzoge / sandte er Botten zu Ezechia / und sprach:

II. 10. Diß saget Ezechiä / dem König Juda: Laß dich deinen GOtt nit verführen / auf welchen du dein Vertrauen hast und sprich nit: Jerusalem sol in die Hand deß Königs von Assyrien nit übergeben werde

11. Dan du hast selbst wohl gehöret / was die König von Assyrien allen Landen gethan / und wie sie dieselbe verheeret haben: soltest du dan allein können errettet werden.

12. Haben auch die Götter der Heyden die seinige erlöset / welche meine Vätter verwüstet haben / nemlich Gozan / und Haran / und Reseph / und die Kinder Eden / die zu Thelassar waren?

13. Wo ist der König zu Emath und der König zu Arphad / und der König der Stadt Sepharuaim / Ana / und Aua?

14. Da nun Ezechias den Brieff auß der Botten Hand empfangen und gelesen hatte / gieng er hinauf in das Hauß deß HErrn / und breitete ihn auß vor dem HErrn /

15. Und er bettete vor seinem Angesicht / und sprach: HErr du GOtt Israel / der du über Cherubim sitzest / du bist allein GOtt über alle König auf Erden: du hast Himmel und Erden erschaffen:

16. Neige deine Ohren / und höre: thue deine Augen auf / O HErr / und sihe: höre alle Red Sennacherib / der außgesandt hat / uns den lebendigen GOtt verweißlich aufzurucken.

17. Es ist je wahr / O HErr / die König von Assyrien haben die Völcker / und all ihre Landschafften verwüstet /

18. Auch haben sie ihre Götter ins Feuer geworffen: dan es waren keine Götter / sondern Werck der Menschen Händen / so von Holtz und Stein gemacht waren / die haben sie vertilget.

19. Nun aber / O HErr unser GOtt errette uns auß seiner Hand / damit alle Königreich auf Erden erkennen / daß du HERR allein GOTT bist.

20. Aber Isaias / der Sohn Amos / sandte zu Ezechia / und sprach: Diß sagt der HErr der GOtt Israel: Was du mich gebetten hast über Sennacherib / den König von Assyrien / das hab ich gehöret.

21. Diß ist das Wort / das der HErr von ihm geredet hat. Die Jungfrau / die Tochter Sion hat dich verachtet / und verhönet / sie hat hinter dir das Haubt geschüttelt / die Tochter Jerusalem.

22. Wen hast du verhönet / und wen hast du gelästert? Wider wen hast du deine Stimm erhoben und deine Augen aufgeschlagen in die Höh? Wider den Heiligen Israel.

23. Du hast durch die Hand deiner Knechten den HErrn verhönet / und gesagt: Durch die Meng meiner Wagen bin ich auf die Höh der Bergen kommen / oben auf den Libanon / und hab seine hohe Cederbäum abgehauen / und seine außerwählte Dannenbäum. Und ich bin hinein gangen biß zu seinen äussersten Gräntzen / und den Wald seines Carmels hab ich abgehauen.

12. Numquid liberaverunt dii Gentium singulos, quos vastaverunt patres mei, Gozan videlicet, & Haran, & Reseph, & filios Eden, qui erant in Thelassar?

13. Ubi est rex *h* Emath, & rex *i* Arphad, & rex civitatis Sepharuaim, Ana, & Aua?

14. Itaque cum accepisset Ezechias litteras de manu nuntiorum, & legisset eas, ascendit in domum Domini, & expandit eas coram Domino.

15. & oravit in conspectu ejus, dicens: Domine Deus Israel, qui sedes super cherubim, tu es Deus solus regum omnium terræ: tu fecisti cælum & terram.

16. Inclina aurem tuam, & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide: audi omnia verba Sennacherib, qui misit ut exprobraret nobis Deum viventem.

17. Verè Domine dissipaverunt reges Assyriorum Gentes, & terras omnium.

18. Et miserunt deos eorum in ignem: non enim erant dii, sed opera manuum hominum ex ligno & lapide, & perdiderunt eos.

19. Nunc igitur Domine Deus noster, salvos nos fac de manu ejus, ut sciant omnia regna terræ, quia tu es Dominus Deus solus.

20. Misit autem Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicens: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Quæ deprecatus es me super Sennacherib rege Assyriorum, audivi.

21. Iste est sermo, quem locutus est Dominus de eo: Sprevit te, & subsannavit te virgo *ii* filia Sion: post tergum tuum caput movit, filia Jerusalem.

22. Cui exprobrasti, & quem blasphemasti? contra quem exaltasti vocem tuam, & elevasti in excelsum oculos tuos? contra Sanctum *k* Israel.

23. Per manum servorum tuorum exprobrasti Domino, & dixisti: In multitudine curruum meorum ascendi *l* excelsa montium in summitate Libani, & succidi sublimes cedros ejus, & electas abietes illius. Et ingressus sum usque ad terminos ejus, & saltum carmeli ejus ego succidi *m*.

h i. idolum. *i* iterum, idolum, quia idola coronis redimita credebant civitatibus dominari.

ii i. regnum Juda, quia regnum ut virgo & ut filia servari & amari solet.

k sc. Deum.

l pro ascendam.

m pro succidam.

24. Et

24. Et bibi aquas alienas, & siccavi vestigiis pedum meorum omnes aquas clausas.

25. Numquid non audisti quid ab initio fecerim? Ex diebus antiquis plasmavi illud, & nunc adduxi: eruntque in ruinam collium pugnantium civitates munitæ.

26. Et qui sedent in eis, humiles manu, contremuerunt & confusi sunt, facti sunt velut fœnum agri, & virens herba tectorum, quæ arefacta est antequam veniret ad maturitatem.

27. Habitaculum tuum, & egressum tuum, & introitum tuum, & viam tuam ego præscivi, & furorem tuum contra me.

28. Insanisti in me, & superbia tua ascendit in aures meas: ponam itaque circulum in naribus tuis, & camum in labiis tuis, & reducam te in viam, per quam venisti.

29. Tibi autem Ezechia hoc erit signum: *n* Comede hoc anno quæ repereris: in secundo autem anno, quæ sponte nascuntur *o*: porrò in tertio anno seminate & metite: plantate vineas, & comedite fructum earum.

30. Et quodcumque reliquum fuerit de domo Juda, mittet radicem deorsum *p*, & faciet fructum sursum.

31. De Jerusalem quippe egredientur reliquiæ, & quod salvetur de monte Sion: zelus Domini exercituum faciet hoc.

32. Quam ob rem hæc dicit Dominus de rege Assyriorum: non ingredietur urbem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circumdabit eam munitio.

33. Per viam quâ venit, revertetur: & civitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus.

34. Protegámque urbem hanc, & salvabo eam propter me, & propter David servum meum.

III. 35. *q* Factum est igitur in nocte illa, venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octogintaquinque millia. Cumque diluculo surrexisset, vidit *r* omnia corpora mortuorum: & recedens abiit,

36. & reversus est Sennacherib rex Assyriorum, & mansit in Ninive.

n V. Isai. 37. 30.

o q. d. his duobus annis, etsi nihil seminetur, tamen erit quod edatis.

p i. crescet.

q Tob. 1. 21. Eccli. 48. 24. Isai. 37. 36. 1. Mac. 7. 41. 2. Mac 8. 19.

r Sennacherib.

24. Und ich hab frembde Wasser getruncken/ und alle geschlossene Wasser mit meinen Fußsohlen außgetrucknet.

25. Hast du nit gehöret / was ich von Anbegin gethan hab? Von alten Tagen hab ichs geschaffen/ jetzt aber hab ichs herbey gebracht / und die veste Städt sollen den streitenden Büheln zum Fall seyn.

26. Und die drinnen wohnen / werden unvermögen an Händen seyn / sie seynd erzittert / und beschamet/ seynd worden wie das Graß auf dem Feld/ und wie das grüne Kraut auf dem Tach / das verdorret ist / ehe dan es ist reiff worden.

27. Deine Wohnung / und deinen Außgang und deinen Eingang / und deinen Weeg / und deinen Grimm wider mich hab ich zuvor gewust.

28. Du hast gewüttet wider mich / und dein Ubermuth ist hinauf kommen zu meinen Ohren: derwegen wil ich dir einen Ring in deine Naß legen/ und ein Gebiß an deine Lippen / u. wil dich widerum auf den Weeg führen/ darauf du herkommen bist.

29. Dir aber Ezechia / sol diß zum Zeichen seyn: Esse in disem Jahr / was du finden wirst: und im andern Jahr / was von sich selbst wächst: aber im dritten Jahr / so säet / und schneidet / pflantzet Weinberg / und esset ihre Frucht.

30. Und alles was übrig bleiben wird vom Hauß Juda/ das wird unter sich wurtzlen / und über sich Frucht tragen.

31. Dan die überblibene werden von Jerusalem außgehen / und was erlöset wird von dem Berg Sion: Der Eyffer deß HErrn der Heerschaaren wird solches thun.

32. Darum sagt diß der HErr vom König in Assyrien: Er sol zu diser Stadt nit hinein kommen/ auch sol er keinen Pfeil darein schiessen/ kein Schild sol davor kommen / und kein Wall sol darum geführt werden.

33. Er sol durch den Weeg widerum zuruck ziehen / den er kommen ist / und sol in dise Stadt nit kommen / spricht der HErr.

34. Und ich wil dise Stadt beschirmen / und ihr helffen um mein selbst willen/ u. um meines Knechts Davids willen.

III. 35. Und es trug sich zu in derselbigen Nacht/ daß der Engel deß HErrn kam / und erschlug im Lager der Assyrier hundert und fünff und achtzig tausend Mann. Und da er deß Morgens aufstund/ sahe er alle die Leichnam der Todten: da zoge er ab/ und machte sich davon.

36. Also kehrete Sennacherib / der König von Assyrien zuruck / und hielt sich auf zu Ninive. 37.

37. Und als er im Tempel Neßroch seinen Gott anbettete / erschlugen ihn Adramelech und Sarasar / seine Söhn mit dem Schwerdt / und flohen in das Land der Armenier / und Asarhaddon / sein Sohn regierte an seiner statt.

Das XX. Capitel.

I. Dem krancken Ezechiä wird von Isaia der Todt vorgesagt / welchen er doch abbittet / 1.

II. Zum Zeichen weichet die Sonn zehen Linien zuruck / 8.

III. Er zeiget den Babylonischen Gesandten seine Schätz: darum Isaias ihme trohet / 12.

IV. Nach Ezechiä Tod herrschet Manasses / 20.

1. In disen Tagen ward Ezechias kranck biß auf den Tod: und Isaias / der Sohn Amos / der Prophet kam zu ihm / und sprach zu ihm. Diß sagt GOtt der HErr: Gib Befehl über dein Hauß / dan du wirst sterben und nit leben.

2. Und er kehrete sein Angesicht zu der Wand / und bat den HErrn / und sprach:

3. Ich bitte / O HErr / gedencke doch / wie ich vor dir in der Warheit / und mit vollkommenem Hertzen gewandelt bin / und gethan / was vor dir wohl gefällig gewesen ist. Und Ezechias weinete mit grossem Heulen.

4. Ehe nun Isaias hinauß gieng / und noch nit mitten auf den Vorhoff kommen war / geschahe zu ihm deß HErrn Wort / und sprach:

5. Kehre wider um / und sprich zu Ezechia dem Fürsten meines Volcks. Diß sagt der HErr der GOtt Davids deines Vatters: Ich hab dein Gebett erhört / und deine Thränen gesehen: und sihe / ich hab dich gesund gemacht / am dritten Tag solst du hinauf gehen in den Tempel deß HErrn.

6. Und ich wil zu deinen Tagen fünffzehen Jahr hinzuthun / so wil ich auch dich / und dise Stadt auß der Hand deß Königs von Assyrien erretten / und beschirmen dise Stadt um mein selbst willen / und um meines Knechts Davids willen.

7. Und Isaias sprach: Bringet ein Stuck Feigen her: und als sie die Feigen brachten / und legten sie auf sein Geschwär / ward er gesund.

II. 8. Aber Ezechias hatte zu Isaia gesagt: Was sol das Zeichen seyn / daß mich der HErr wird gesund machen / und daß ich am dritten Tag hinauf gehen werde in den Tempel deß HErrn?

9. Und Isaias sprach zu ihm: Diß sol ein Zeichen vom HErrn seyn / daß der HErr das Wort thun wird / das er geredet hat: Wilt du / daß der Schatten zehen Linien fortgehe / oder daß er zehen Linien zuruck gehe?

37. s Cumque adoraret in templo Nesroch deum suum, Adramelech, & Sarasar filii ejus percusserunt eum gladio, fugeruntque in terram Armeniorum, & regnavit Asarhaddon filius ejus pro eo.

CAPUT XX.

I. Isaias ægrotanti Ezechiæ mortem annuntiat, at ille orando prorogationem vitæ ad quindecim annos impetrat, 1.

II. Dato sanitatis signo per solis regressum. 8.

III. Assyriis munera deferentibus thesauros ostendit; arguitur ab Isaia & captivitas Babylonica denuntiatur, 12.

IV. Ei succedit filius Manasses. 20.

1. IN diebus illis a ægrotavit b Ezechias usq; ad mortem: & venit ad eum Isaias filius Amos, propheta, dixitque ei: Hæc dicit Dominus Deus: Præcipe domui tuæ: morieris enim tu, & non vives.

2. Qui convertit faciem suam ad parietem c & oravit Dominum, dicens:

3. Obsecro Domine, memento quæso quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est coram te, fecerim. Flevit itaque Ezechias fletu magno.

4. Et antequam egrederetur Isaias mediam partem atrii, factus est sermo Domini ad eum, dicens:

5. Revertere, & dic Ezechiæ duci populi mei: Hæc dicit Dominus Deus David patris tui: audivi orationem tuam, & vidi lacrymas tuas: & ecce sanavi d te, die tertio ascendes templum Domini.

6. Et addam diebus tuis quindecim annos: sed & de manu regis Assyriorum liberabo te, & civitatem hanc, & protegam urbem istam propter me, & propter David servum meum.

7. Dixitque Isaias: Afferte massam ficorum. Quam cùm attulissent, & posuissent super ulcus ejus, curatus est.

II. 8. Dixerat autem Ezechias ad Isaiam: Quod erit signum, quia Dominus me sanabit, & quia ascensurus sum die tertiâ templum Domini?

9. Cui ait Isaias: Hoc erit signum à Domino, quòd facturus sit Dominus sermonem, quem locutus est: Vis ut ascendat umbra decem lineis, an ut revertatur totidem gradibus?

s *Job.* 1. 24.

a sc. sub tempus adventûs Assyriorum.
b *2. Par.* 32. 24. Anno M. 3291. Ant. Chr. 713. Regni Ezechiæ 14. desinente, ante mortem Sennacherib, ut patet ex vers. 6 *vide Isa.* 38 1.
c sc. versus templum.
d i. sanabo certissime.
e i. horis.
f Recessit umbra consequenter & sol cum reliquis astris, nam alioqui majori miraculo, non necessariò totus cælorum ordo perturbatus fuisset. *Tirin.*
g Allegoricè Christus sol jus-

10. Et ait Ezechias: Facile est, umbram crescere decem lineis: nec hoc volo ut fiat, sed ut revertatur retrorsum decem gradibus *e*.

11. Invocavit itaque Isaias propheta Dominum, & reduxit umbrã per lineas *f*, quibus jam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus *g*.

III. 12. In tempore illo misit Berodach *h* Baladan, filius Baladan, rex Babyloniorum litteras & munera ad Ezechiam: audierat enim quod ægrotâsset Ezechias.

13. Lætatus est autem in adventu eorum Ezechias, & ostendit eis domum aromatum, & aurum & argentum, & pigmenta varia, unguenta quoque, & domum vasorum suorum, & omnia quæ habere poterat in thesauris suis. Non fuit quod non monstraret eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua.

14. Venit autem Isaias propheta ad regem Ezechiam, dixitque ei: Quid dixerunt viri isti? aut unde venerunt ad te? Cui ait Ezechias: De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone.

15. At ille respondit: Quid viderunt in domo tua? Ait Ezechias: Omnia quæcumque sunt in domo mea, viderunt: nihil est quod non monstraverim eis in thesauris meis.

16. Dixit itaque Isaias Ezechiæ: Audi sermonem Domini:

17. Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ sunt in domo tua *i*, & quæ condiderunt patres tui usque in diem hanc in Babylonem: non remanebit quidquam, ait Dominus.

18. Sed & de filiis tuis *k* qui egredientur ex te, quos generabis, tollentur, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.

19. Dixit Ezechias ad Isaiam: Bonus sermo Domini, quem locutus es: sit pax & veritas in diebus meis.

IV. 20. Reliqua autem sermonum Ezechiæ, & omnis fortitudo ejus, & quomodo fecerit piscinam, *l* & aquæductum, & introduxerit aquas in civitatem, nonne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Juda?

21. Dormivitque *m* Ezechias cum pa-

10. Und Ezechias sprach: Es ist leicht/ daß der Schatten zehen Linien fortgehe/ und ich begehre nit daß solches geschehe / sondern daß er zehen Linien zuruck gehe.

11. Also rieff Isaias der Prophet den HErrn an/ und führete den Schatten zehen Grad widerum zuruck durch die Linien/ die er schon im Zeiger Achaz hinunter war gangen.

III. 12. Zu derselben Zeit sandte Berodach Baladan/ der Sohn Baladan der König zu Babylon einen Brief und Geschänck zu Ezechia: dann er hatte gehöret/ daß Ezechias war kranck gewesen.

13. Ezechias aber erfreuete sich über ihrer Ankunfft/ und zeigete ihnen das Gewürtz-Hauß/ und Gold/ und Silber / und allerhand Speccrey und Salben / auch das Hauß seiner Geschirr/ und alles was er in seinen Schätzen haben möchte. Und war nichts in seinem Hauß / und in seinem gantzen Vermögen/ das ihnen Ezechias nit zeigte.

14. Aber Isaias der Prophet kam zu dem König Ezechia / uud sprach zu ihm: Was haben dise Männer gesagt? oder von wannen seynd sie zu dir kommen? Ezechias sprach zu ihm: Sie seynd aus einem fernen Land zu mir kommen/ von Babylon.

15. Er aber antwortet: Was haben sie in deinem Hauß gesehen? Ezechias sprach: Sie haben alles gesehen / was in meinem Hauß ist: Es ist nichts in meinen Schätzen/ das ich ihnen nit gezeiget hab.

16. Da sprach Isaias zu Ezechia: Höre das Wort deß HErrn:

17. Sihe/ es werden die Täg kommen/ daß alles/ was in deinem Hauß ist / und was deine Vätter biß auf disen Tag zusammen gebracht haben/ gen Babylon wird hinweg geführet werden/ und wird nichts übrig bleiben/ spricht der HERR.

18. Es sollen auch von deinen Kindern/ welche von dir herkommen / die du zeugen wirst/ genommen werden/ und sollen Kämmerling seyn im Pallast deß Königs zu Babylon.

19. Da sprach Ezechias zu Isaia. Deß HErrn Wort ist gut/ das du geredet hast: Es sey doch Frid und Warheit in meinen Tagen.

IV. 20. Aber das Ubrige von den Geschichten Ezechiä / und all sein Tapfferkeit / auch wie er den Teich / und die Wasserröhr gemacht / und das Wasser in die Stadt geleitet hat / ist das nit geschriben im Buch der Wort von den Tagen der Königen Juda?

21. Und Ezechias entschlieff mit seinen Vätteren/

titiæ in Incarnatione & Passione sua decem lineis i. infra decem creaturas Angelorum & hominum descendit, ut lucem & vitam humano generi afferret.
h Isai. 39. 1. dicitur *Merodac Baladan*, Ptolem. *Mardocampadus*. Baladan autem ejus pater aut avus; ab Agathia *Belesus*; à Nicolao Damasceno *Nanybrus*, à Ptolem. *Nabonassarus* dictus, cùm priùs Assyrii fiduciarius fuisset tandem facta conspiratione cum Arbace Medorum præfecto, Babyloniorum Monarcha effectus est. Anno M. 3257.
i sc. displicuit Deo illa ostentatio.
k i. nepotibus & posteris
l 2. Par. 32. 30.
m Anno. M. 3306. Ant. Chr. 698.

ren/ und Manasses / sein Sohn regierte an seiner statt.

Das XXI. Capitel.

I. Wegen der greulichen Laster Manassis trohet GOtt den Untergang Judä und Jerusalem/ 1.
II. Nach ihm wird König sein Sohn Amon/ 18.
III. Diser wird von seinen Knechten erschlagen/ und Josias für ihn eingesetzt/ 23.

1. MAnasses war zwölff Jahr alt / da er anfieng zu regieren / und regierte fünff und fünffzig Jahr zu Jerusalem: seiner Mutter Nam war Haphsiba.

2. U. er thäte Böses vor dem Angesicht deß Herrn/ nach den Abgöttern der Heyden/ die der HErr vor dem Angesicht der Kinder Israel vertilget hat.

3. Und er wandte sich um/ und bauete die Höhen/ die sein Vatter Ezechias abgeschaffet hatte. Er richtete auch dem Baal Altär auf/ und machte Dunckle Wäld/ wie Achab der König Israel / gethan hatte/ und bettete das gantze Heer deß Himmels an/ und dienete ihm.

4. Auch bauete er Altär in deß HErrn Hauß/ von welchem der HErr gesagt hat : Zu Jerusalem wil ich meinen Namen setzen.

5. Und er bauete Altär dem gantzen Heer deß Himmels in beyden Vorhöfen am Tempel deß HErrn.

6. Er führete seinen Sohn auch durchs Feur/ und gab sich auf Warsagen/ und merckte auf Vogelgeschrey/ und machte Teuffels Warsager / und vermehrete die Zeichendeuter / damit er Böses thäte vor dem HErrn/ und ihn reitzete.

7. Er setzte auch einen Wald-Abgott/ den er gemacht hatte / in den Tempel deß HErrn / von welchem der HErr zu David / und zu seinem Sohn Salomon gesagt hatte: In disen Tempel und zu Jerusalem / die ich aus allen Geschlechten Israel erwöhlet hab / wil ich meinen Namen setzen ewiglich.

8. Und wil den Fuß Israel nit mehr aus dem Land bewegen lassen/ daß ich ihren Vättern gegeben hab: wan sie nur alles mit der That halten / was ich ihnen gebotten hab/ samt dem gantzen Gesatz/ das ihnen mein Knecht Moyses befohlen hat.

9. Aber sie höreten nit: sondern wurden von dem Manasse verführt / daß sie es ärger machten / dan die Heyden/ die der HErr vor dem Angesicht der Kinder Israel vertilget hat.

10. Da redet der HErr durch die Hand seiner Knechten der Propheten/ und sprach:

11. Dieweil Manasses / der König Juda/ dise überaus böse Greul begangen hat/ über alles / was

tribus suis, & regnavit Manasses filius ejus pro eo.

CAPUT XXI.

I. Propter Manassis impietatem, prædicit Dominus se Judam ac Jerusalem deleturum: 1.
II. Cui impius filius Amon 18.
III. Huic à servis occiso, pius filius Josias succedit. 23.

1. DUodecim annorum erat Manasses cùm regnare cœpisset *a* & quinquaginta quinque annis regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Haphsiba.

a 2. *Par.* 33. 1. Eodem Anno M. 3306.

2. Fecitque malum in conspectu Domini, juxta idola *b* gentium, quas delevit Dominus à facie filiorum Israel.

b 70. abominationes.

3. *c* Conversúsque est, & ædificavit excelsa, quæ dissipaverat Ezechias pater ejus: & erexit aras Baal, & fecit lucos sicut fecerat Achab rex Israel, & adoravit omnem militiam cæli *d*, & coluit eam.

c 2. *Par.* 33. 3.
d sc. planetas & astra.

4. Extruxítque aras in domo Domini, de qua dixit Dominus: *e* in Jerusalem ponam nomen meum.

e 2. *Reg.* 7. 10.

5. Et extruxit altaria universæ militiæ cæli in duobus atriis *f* templi Domini.

f sc. sacerdotum & populi.

6. Et traduxit filium suum per ignem: & ariolatus est, & observavit auguria, & fecit pythones, & aruspices multiplicavit, ut faceret malum coram Domino, & irritaret eum.

7. Posuit quoque idolum luci *g*, quem fecerat, in templo Domini, *h* super quod locutus est Dominus ad David, & ad Salomonem filium ejus: In templo hoc, & in Jerusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum.

g lucum sculptum.
h 2. *Reg.* 7. 26. 3. *Reg.* 8. 16. 9. & 5

8. Et ultra non faciam commoveri pedem Israel de terra, quam dedi patribus eorum: Si tamen custodierint opera omnia quæ præcepi eis, & universam legem, quam mandavit eis servus meus Moyses.

9. Illi verò non audierunt: sed seducti sunt à Manasse, ut facerent malum, super Gentes quas contrivit Dominus à facie filiorum Israel.

10. Locutúsque est Dominus in manu servorum suorum Prophetarum *i*, dicens

i sc. Joel Nahum & Malachias.

11. *k* Quia fecit Manasses rex Juda abominationes istas pessimas super omnia

k Jer. 15. 4.

nia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum, & peccare fecit etiam Judam in immunditiis *l* suis:

l Chald. idolis.

12. propterea hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego inducam mala super Jerusalem & Judam: ut quicumque audierit, tinniant ambæ aures ejus.

13. Et extendam super Jerusalem funiculum Samariæ *m*, & pondus domûs Achab: & delebo Jerusalem, sicut deleri solent tabulæ: & delens vertam, & ducam crebriùs stylum super faciem ejus.

m eandem mensuram, & pœnam; Chald. filum desolationis.

14. Dimittam verò reliquias hereditatis meæ, & tradam eas in manus inimicorum ejus: erúntque in vastitatem, & in rapinam cunctis adversariis suis:

15. Eò quòd fecerint malum coram me, & perseveraverint irritantes me, ex die qua egressi sunt patres eorum ex Ægypto, usque ad hanc diem.

16. Insuper & sanguinem innoxium *n* fudit Manasses multum nimis, donec impleret Jerusalem usque ad os: absque peccatis suis, quibus peccare fecit Judam, ut faceret malum coram Domino.

n Infr. 24. 4. Inter alios etiam Isaiam prophetam serrâ ligneâ dissectum occidit. *Justinus Martyr, Hieron. & alii.*

17 Reliqua autem sermonum Manasse, & universa quæ fecit, & peccatum ejus, quod peccavit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Juda?

II. 18. Dormivítque Manasses cum patribus suis *o*, & sepultus est in horto domûs suæ in horto *p* Oza: & regnavit Amon filius ejus pro eo.

o Anno M. 3361. Ant. Chr. 643.

p palatii regii

19. Viginti duorum annorum erat Amon cùm regnare cœpisset: duobus quoque annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Messalemeth filia Harus de Jeteba.

20. Fecítque malum in conspectu Domini sicut fecerat Manasses pater ejus.

21. Et ambulavit in omni via, per quam ambulaverat pater ejus: servivítque immunditiis *q*, quibus servierat pater ejus, & adoravit eas.

q idolis.

22. & dereliquit Dominum Deum patrum suorum, & non ambulavit in via Domini.

III. 23. Tetenderuntque ei insidias servi sui, & interfecerunt regem in domo sua.

24. Percussit autem populus terræ om-

die Amorrhiter vor ihm gethan haben / und hat auch Juda sündigen gemacht in seinen Unreinigkeiten:

12. Darum sagt diß der HErr der GOtt Israel: Sihe/ ich wil Unglück über Jerusalem / und Juda führen/ daß/ wer es hören wird / dem sollen seine beyde Ohren klingen.

13. Und ich wil über Jerusalem die Meßschnur Samariä ziehen/ und das Gewicht deß Hauß Achabs: und wil Jerusalem außtilgen/ wie man die Schreibtaflen pflegt außzustreichen: Ich wil sie außrotten/ und umkehren/und den Griffel offtmal über ihr Angesicht gehen lassen.

14. Ich wil aber etliche meines Erbtheils übrig bleiben lassen/ und dieselbig in die Händ ihrer Feinden übergeben: und sie sollen zur Verwüstung und zum Raub seyn allen ihren Widerwärtigen:

15. Darum/ daß sie Böses vor mir gethan/ und mich beharrlich gereitzet haben/ von dem Tag an/ da ihre Vätter aus Egypten gangen seynd/ biß auf den heutigen Tag.

16. Uber das vergoß Manasses auch überschwenglich vil unschuldiges Bluts / biß er damit Jerusalem biß zum Mund erfüllete: ohn seine Sünd/ damit er Judam hat sündigen gemacht/ daß er Böses thäte vor dem HErrn.

17. Aber das Ubrige von den Geschichten Manasse / und alles was er gethan hat / und seine Sünd die er begangen hat / ist das nit geschriben im Buch der Wort von den Tagen der Königen Juda?

II. 18. Und Manasses entschlieff mit seinen Vättern / und ward im Garten an seinem Hauß begraben / im Garten Oza: und Amon / sein Sohn regirte an seiner statt.

19. Zwey und zwantzig Jahr war Amon alt / da er anfieng zu regieren / und er regierte zwey Jahr zu Jerusalem: seiner Mutter Nam war Messalemeth / eine Tochter Harus von Jeteba.

20. Und er thäte böses vor dem Angesicht deß HErrn / wie Manasses sein Vatter gethan hatte.

21. Und er wandlete in seinen Wegen / darin sein Vatter gewandlet ware: er dienete auch den Unreinigkeiten / denen sein Vatter gedienet hatte / und bettete sie an /

22. Und verließ den HErrn den GOtt seiner Vätter / und wandlete nit im Weeg deß HErrn:

III. 23. Und seine Knecht stelleten ihm nach / und erschlugen den König in seinem Hauß.

24. Aber das Volck im Land tödtete alle die jenige/

nige/ die sich gegen den König Amon zusammen verschworen hatten: und machten an seine statt Josiam/ seinen Sohn über sich zum König.

25. Aber das Ubrige von den Geschichten Amon was er gethan hat/ ist das nit geschriben im Buch der Wort von den Tagen der Königen Juda?

26. Und sie begruben ihn in sein Grab/ im Garten Oza: und Josias/ sein Sohn/ regierte an seiner statt.

Das XXII. Capitel.

I. Josias thut Vorsehung/ daß der Tempel gebessert wird/ 1.
II. Helcias der Priester schickt Josiä das Buch deß Gesatzes/ welcher sich bey der Prophetin Holda befragt/ 8.
III. Dise Verkündigt Jerusalem die Straffen GOttes nach Josiä Tod/ 15.

1. Josias war acht Jahr alt/ da er anfieng zu regieren/ und er regierte ein und dreyssig Jahr zu Jerusalem: seiner Mutter Nam war Idida/ eine Tochter Hadaja von Besecath.

2. Und er thäte was wohlgefällig war vor dem HErrn/ und wandlete auf allen Weegen seines Vatters Davids: davon wiche er nit ab/ weder zur Rechten/ noch zur Lincken.

3. Aber im achtzehenden Jahr deß Königs Josiä/ sandte der König Saphan/ den Sohn Aßlia/ deß Sohns Messulam/ den Schreiber deß Tempels deß HErrn/ und sprach zu ihm:

4. Gehe hin zu Helcia dem Hohenpriester/ daß man das Geld bey einander mache/ welches in den Tempel deß HErrn gebracht ist/ das die Thürhüter deß Tempels vom Volck gesammlet haben/

5. Und daß es den Werckleuthen gegeben werde/ durch die Vorsteher deß Hauß deß HErrn/ die es auch den jenigen austheilen sollen/ welche im Tempel deß HErrn arbeiten/ desselben Tempels Mangel am Gebäu zu besseren:

6. Nemlich den Zimmerleuten/ und Steinmetzen/ und die das Zerrissene zu einander fügen: und daß man auch Holtz kauffe/ und Stein aus den Steingruben/ den Tempel deß HErrn zu bessern:

7. Jedoch/ daß sie nit auf Rechnung gefordert werdē/ deß Gelds halbē/ das sie empfangen/ sondern daß sie es auf gutē Glauben in ihrem Gewalt habē.

II. 8. Aber Helcias der Hohepriester sprach zu Saphan dem Schreiber: Ich hab das Buch deß Gesatzes im Hauß deß HErrn gefundē. U. Helcias gab dasselbig Buch dem Saphan/ der es auch lase.

9. Da kam Saphan der Schreiber zum König/ und brachte Antwort auf das/ was er befohlen hatte/ und sprach: Deine Knecht haben das Geld zu-

nes, qui conjuraverant contra regem Amon: & constituerunt sibi regem Josiam filium ejus pro eo.

25. Reliqua autem sermonum Amon quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Juda?

26. Sepelierúntque eum in sepulchro suo, in horto Oza: & regnavit Josias filius ejus pro eo.

CAPUT XXII.

I. Josias templum ac Dei cultum instaurat: 1
II. Dominum super reperto Deuteronomii libro consulit, 8.
III. Responsum accipit, inducenda super Judam scripta in eo mala propter neglectum Dei cultum, sed post ipsius mortem. 15.

1. Octo annorum erat Josias cùm regnare cœpisset *a*, triginta & uno anno regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Idida filia Hadaia de Besecath.

a 2. Par. 34. 1.
a Anno M. 3363. Ant. Chr. 641.

2. Fecitque quod placitum erat coram Domino, & ambulavit per omnes vias David Patris sui: non declinavit ad dexteram sive ad sinistram.

3. Anno autem octavo decimo *b* regis Josiæ, misit rex Saphan filium Aslia, filii Messulam, scribam templi Domini, dicens ei:

b Anno M. 3380. Ant. Chr. 624.

4. Vade ad Helciam sacerdotem magnum, ut confletur pecunia, quæ illata est in templum Domini, quam collegerunt janitores templi *c* à populo,

c Chald. præfecti thesaurorum.

5. detúrque fabris per præpositos domûs Domini: qui & distribuant eam his qui operantur in templo Domini, ad instauranda sartatecta templi:

6. Tignariis videlicet & cæmentariis, & iis qui interrupta componunt: & ut emantur ligna, & lapides de lapicidinis ad instaurandum templum Domini.

7. Verumtamen non supputetur eis argentum quod accipiunt, sed in potestate habeant, & in fide.

II. 8. Dixit autem Helcias pontifex ad Saphan scribam: Librum *d* Legis *e* reperi in domo Domini: deditque Helcias volumen Saphan, qui & legit illud.

d P. 2 Par. 34. 14.
e putà Deuteronomium vel etiam reliquos Pentateuchi libros

9. Venit quoque Saphan scriba ad regem, & renuntiavit ei quod præceperat, & ait: Conflaverunt servi tui pecuniam

cuniam, quæ reperta est in domo Domini: & dederunt ut distribueretur fabris à præfectis operum templi Domini.

10 Narravit quoque Saphan scriba regi, dicens: Librum dedit mihi Helcias sacerdos. Quem cùm legisset Saphan coram rege,

11. & audisset rex verba Libri Legis Domini *f*, scidit vestimenta sua.

f exempli gratia minas *Deut.* 28. & *Levit.* 26.

12. Et præcepit Helciæ sacerdoti, & Ahicam filio Saphan, & Achobor filio Micha, & Saphan scribæ, & Asaiæ servo regis dicens:

13. Ite & consulite Dominum super me, & super populo, & super omni Juda, de verbis voluminis istius, quod inventum est: magna enim ira Domini succensa est contra nos: quia non audierunt patres nostri verba Libri hujus, ut facerent omne quod scriptum est nobis.

14. Ierunt itaq; Helcias sacerdos, & Ahicam, & Achobor, & Saphan, & Asaia, ad Holdam prophetidem uxorem Sellum *g* filii Thecuæ, filii Araas custodis vestium, quæ habitabat in Jerusalem in Secunda *h*: locutique sunt ad eam.

g sed tum vero similiter viduam vel saltem toro viri abstinentē. *Tirin.*

h sc. parte civitatis.

III. 15. Et illa respondit eis: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dicite viro, qui misit vos ad me:

16. Hæc dicit Dominus: Ecce, ego adducam mala super locum istum, & super habitatores ejus, omnia verba Legis quæ legit rex Juda:

17. quia dereliquerunt me, & sacrificaverunt diis alienis, irritantes me in cunctis operibus manuum suarum: & succendetur indignatio mea in loco hoc, & non extinguetur.

18. Regi autem Juda, qui misit vos ut consuleretis Dominum, sic dicetis: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Pro eo quòd audisti verba voluminis,

19. & perterritum est cor tuum, & humiliatus es coram Domino, auditis sermonibus contra locum istum, & habitatores ejus, quòd videlicet fierent in stuporem *i* & in maledictum: & scidisti vestimenta tua, & flevisti coram me, & ego audivi, ait Dominus:

i Chald. desolationem & vastationem.

20. Idcirco colligam te ad patres tuos, & colligêris ad sepulchrum tuum in pace,

sammen gebracht/ das im Hauß deß HErrn gefunden ist: u. habens außgeben/ daß es den Werckleuten solt außgetheilet werdē durch die jenige/ welche über das Werck im Tempel deß HErrn verordnet seynd.

10. Darneben erzehlete Saphan der Schreiber dem König/ und sprach: Helcias der Priester hat mir diß Buch gegeben. Nachdem es nun Saphan vor dem König gelesen/

11. U. der König die Wort deß Buchs deß Gesatzes deß HErrn gehöret hatte/ zerrisse er seine Kleyder.

12. Und er befahl Helciä/ dem Priester/ und Ahicam/ dem Sohn Saphan/ und Achobor/ dem Sohn Micha/ und Saphan dem Schreiber/ und Asaiä/ dem Knecht deß Königs/ und sprach:

13. Gehet hin/ und fraget den HErrn für mich/ und für das Volck/ und für das gantz Juda von den Worten dises Buchs/ das gefunden ist. Dan es ist ein grosser Zorn deß HErrn wider uns angezündet: darum daß unsere Vätter die Wort dises Buchs nit gehöret haben/ daß sie alles thäten/ was für uns geschriben ist.

14. Also giengen Helcias der Priester/ und Ahicam/ und Achabor/ und Saphan/ und Asaia/ zu der Prophetin Holda/ dem Weib Sellum/ deß Sohns Thecuä/ deß Sohns Araas/ deß Hüters der Kleyder/ welche zu Jerusalem wohnete im andern Theil/ und redeten mit ihr.

III. 15. Und sie antwortet ihnen: Diß sagt der HErr/ der GOtt Israel: Saget dem Mann der euch zu mir gesandt hat:

16. Diß sagt der HErr: Sihe/ ich wil Unglück *a* führen über dise Stadt/ und über ihre Innwohner/ alle Wort deß Gesatzes/ die der König Juda gelesen hat:

17. Darum/ daß sie mich verlassen haben/ und frembden Göttern geopffert/ und haben mich gereitzet in allen Wercken ihrer Händen: und mein Grimm wird sich anzünden wider diß Ort/ und wird nit außgelöschet werden.

18. Aber dem König Juda/ der euch gesandt hat den HErrn zu fragen/ sollet ihr also sagen: Diß sagt der HErr der GOtt Israel: Darumb daß du die Wort deß Buchs gehöret hast/

19. Und dein Hertz erschrocken ist/ und du hast dich vor dem HErrn gedemüthiget/ nachdem du die Red wider diß Ort/ und seine Inwohner gehöret hast/ daß sie nemlich zum Schröcken und zum Fluch werden sollen: und hast deine Kleyder zerrissen/ und vor mir geweinet/ so hab ichs auch gehöret/ spricht der HErr:

20. Darum wil ich dich zu deinen Vättern samlen/ und du wirst mit Friden in dein Grab gesamlet wer-

a Ubel.

werden/damit deine Augen alle dise Ubel nit sehen/ das ich über diß Ort führen will.

Das XXIII. Capitel.

I. Josias erneuert den Bund zwischen GOtt und dem Volck/ und haltet stattliche Ostern / 1.

II. Wird vom König in Egypten umgebracht: das Volck erwählt sein jüngern Sohn Joachaz / 29.

III. Diser aber wird in Egypten entführet / und Eliacim sonst Joakim eingesetzt / 34.

1. UNd sie vermeldeten dem König widerum/was sie gesagt hatte. Und er sandte auß: und es versammleten sich zu ihm alle Aelteste in Juda und Jerusalem.

2. Und der König gieng hinauf in den Tempel deß HErrn / und alle Männer Juda mit ihm/samt allen / die zu Jerusalem wohneten: auch die Priester / und die Propheten / und das gantze Volck vom Kleinen biß zum Grossen : und er lase in ihrer aller Anhören alle Wort deß Buchs deß Bunds/ das im Hauß deß HErrn gefunden war.

3. Und der König stund auf einer Staffel / und er richtete einen Bund auf vor dem HErrn/ daß sie dem HErrn nachwandlen solten / und halten seine Gebott / und seine Zeugnussen / und Ceremonien von gantzem Hertzen / und von gantzer Seel: und widerum aufrichten die Wort dises Bunds/ welche in disem Buch geschriben waren : und das Volck verwilligte in denselbigen Bund.

4. Und der König befahl dem Hohenpriester Helcia / und den Priestern der andern Ordnung / und den Thirhütern / daß sie alle Geschirr auß dem Tempel deß HErrn hinweg schaffen solten/ so dem Baal und dem dunckeln Wald / und dem gantzen Heer deß Himmels waren gemacht : und er verbrandte sie ausser Jerusalem im Thal Cedron : und trug den Staub davon gen Bethel.

5. Und er vertilgete die Warsager/welche die König Juda gesetzt hatten auf den Höhen zu opffern / in den Städten Juda / und rings um Jerusalem her / auch die jenige / die dem Baal / und der Sonnen / und dem Mond/ und den zwölff Zeichen / und dem gantzen Heer deß Himmels Rauchwerck anzündeten.

6. Auch ließ er den dunckeln Wald auß dem Hauß deß HErrn/ und auß Jerusalem hinweg tragen in das Thal Cedron / und verbrandte ihn daselbst / und machte ihn zu Pulver / und streute denselben über die Gräber deß gemeinen Volcks.

7. Er zerstörte auch die Häußlein der Knabenschänder / welche im Hauß deß HErrn waren/ für

abringen

ut non videant oculi tui omnia mala quæ inducturus sum super locum istum.

CAPUT XXIII.

I. Deuteronomium populo prælegitur, & Josias percusso cum Domino fœdere, ac destructis abominationibus, præcipit Pascha celebrari: 1.

II. Ei in Mageddo occiso succedit impius Joachaz, 29.

III. Quem Pharao captum ducit in Ægyptum, subrogato Eliacim, quem Joakim nominat, gravem mulctam imponit. 34.

1. ET renuntiaverunt *a* regi quod dixerat. Qui misit *b*: & congregati sunt ad eum omnes senes Juda & Jerusalem.

2. Ascenditq; rex templum Domini, & omnes viri Juda, universique qui habitabant in Jerusalem cum eo sacerdotes & prophetæ, & omnis populus à parvo usq; ad magnum: legitque cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inventus est in domo Domini.

3. Stetitque rex super gradum: & fœdus percussit coram Domino *c*, ut ambularent post Dominum, & custodirent præcepta ejus, & testimonia, & ceremonias in omni corde, & in tota anima, & suscitarent verba fœderis hujus, quæ scripta erant in libro illo: acquievitque populus pacto.

4. Et præcepit rex Helciæ pontifici, & sacerdotibus secundi ordinis, & janitoribus, *d* ut projicerent de templo Domini omnia vasa, quæ facta fuerant Baal, & in luco, & universæ militiæ cœli: & combussit ea foris Jerusalem in Convalle Cedron, & tulit pulverem eorum in Bethel *e*.

5. Et delevit aruspices *f*, quos posuerant reges Juda ad sacrificandum in excelsis per civitates Juda, & in circuitu Jerusalem: & eos, qui adolebant incensum Baal, & Soli, & Lunæ, & duodecim signis *g*, & omni militiæ cæli *h*.

6. Et efferri fecit lucum de domo Domini foras Jerusalem in Convalle Cedron, & combussit eum ibi, & redegit in pulverem, & projecit super sepulchra vulgi *i*.

7. Destruxit quoque ædiculas effeminatorum, quæ erant in domo Domini,

Hhhhh 2 pro

a 2. *Par.* 34. 29. Anno M. 3380. Ant. Chr. 624.
b sc. nuntios.

c ab hac solenni fœderis renovatione, tum *tricesimi anni* in principio prophetiæ Ezechielis, tum *quadraginta annorum peccati Judæ* in ejusdem Cap. 6. epocha deducitur.

d *Eccli.* 49. 3.

e sc. ut pollueret altare ibi erectum.

f Hebr. abolevit sacerdotes sc. fanorum.

g sc. Zodiaci.

h i. planetis & stellis.

i sc. qui lucum illum adoraverat.

pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci.

8. Congregavitque omnes sacerdotes de civitatibus Juda: & contaminavit excelsa, ubi sacrificabant sacerdotes de Gabaa usque Bersabee: & destruxit aras portarum in introitu ostii Josue principis civitatis, quod erat ad sinistram portæ civitatis.

9. Verumtamē non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini in Jerusalem: sed tantùm comedebant azyma in medio fratrum suorum.

10. Contaminavit quoque Topheth, quod est in Convalle filii Ennom: ut nemo consecraret filium suum aut filiam per ignem, Moloch *k*.

11. Abstulit quoque equos, quos dederant reges Juda, Soli, in introitu templi Domini juxta exedram Nathanmelech eunuchi, qui erat in Pharurim: currus *l* autem Solis combussit igni.

12. Altaria quoque, quæ erant super tecta cœnaculi Achaz, quæ fecerant reges Juda, & altaria quæ fecerat Manasses in duobus atriis templi Domini, destruxit rex: & cucurrit *m* inde, & dispersit cinerem eorum in torrentem Cedron.

13. Excelsa quoque, quæ erant in Jerusalem ad dexteram partem Montis offensionis *n*, quæ ædificaverat *o* Salomon rex Israel Astaroth idolo Sidoniorum, & Chamos offensioni Moab, & Melchom abominationi filiorum Ammon, polluit rex.

14. Et contrivit statuas, & succidit lucos: replevitque loca eorum ossibus mortuorum.

15. *p* Insuper & altare, quod erat in Bethel, & excelsum, quod fecerat Jeroboam filius Nabat, qui peccare fecit Israel: & altare illud, & excelsum destruxit, atque combussit, & comminuit in pulverem, succenditque etiam lucum.

16. Et conversus Josias, vidit ibi sepulchra, quæ erant in monte: misitque & tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super altare, & polluit illud juxta verbum Domini, quod locutus est vir Dei *q*, qui prædixerat verba hæc.

17. *r* Et ait: Quis est titulus ille, quem video? Responderuntque ei cives urbis

k sc. idolo Ammonitarum regis formam habenti: nam Melech regem significat.
l sc. quadrigas soli more gentilitio dicatas.
m i. currere fecit seu projecit.
n i. Oliveti ob idololatriam ibi comissam, Chald. olivarum.
o 3. Reg. 11. 7.
p 3. Reg. 13. 32.
q Ante annos 350. vide 1. Reg. 13. 2.
r 3. Reg. 13. 1.

welche die Weiber gleichwie Waldhäußlein webeten.

8. Und er versammlete alle Priester auß den Städten Juda / und verunreinigte die Höhen / da die Priester opfferten von Gabaa an / biß gen Bersabee: auch zerstörete er die Altär der Thoren / beym Eingang der Thür Josue / deß Obersten der Stadt / welche Thür zur lincken Seiten an der Stadt Thor war.

9. Aber die Priester der Höhen kamen nit hinauf zu dem Altar deß HErrn gen Jerusalem / sondern sie assen nur das ungesäurte Brod mitten unter ihren Brüdern.

10. Er verunreinigte auch das Topheth / das im Thal deß Sohns Ennom ist / daß niemand seinen Sohn / oder seine Tochter / dem Moloch durchs Feuer solte aufopffern.

11. Jmgleichen nahm er die Roß hinweg / welche die König Juda der Sonnen gegeben hatten / im Eingang deß Tempels deß HErrn / am Gemach Nathanmelech deß Kämmerlings der zu Pharurim war: aber die Wagē d' Soñen verbrante er mit Feur

12. Auch die Altär / so auf dem Dach waren am Saal Achaz / welche die König Juda gemacht hatten / wie auch die Altär / welche Manasses gebauet hatte / in beyden Vorhöfen am Tempel deß HErrn / zerstörete der König: und er lieff von dannen / und zerstreuete ihren Staub in den Bach Cedron.

13. Zu dem verunreinigte der König auch die Höhe / die zu Jerusalem waren / auf der rechten Seiten deß Bergs deß Anstoß / welche Salomon / der König in Israel / dem Abgott der Sidonier / Astaroth / gebauet hatte / und dem Chamos / dem Anstoß *a* Moab / und dem Melchom / dem Greuel der Kinder Ammon.

14. Und er brach die Säulen zu Stucken / und hiebe die dunckle Wäld ab / und erfüllete die Oerter mit Todtenbeiner.

15. Uber das / den Altar / der zu Bethel war / und die Höh / die Jeroboam / der Sohn Nabat / gebauet hatte / der Israel hat sündigen gemacht / denselben Altar / und die Höh zerstörte / und verbrandte er / und machte es zu Staub / auch zündete er den dunckeln Wald an.

16. Und Josias wandte sich um / und sahe daselbst Gräber / die auf dem Berg waren: und er sandte hin / und nahm Bein auß den Gräbern / und verbrandte dieselbe auf dem Altar / und verunreinigte es nach dem Wort deß HErrn / das der Mañ Gottes geredet hat / der diß vorgesagt hatte.

17. Und er sprach: Was ist das für eine Grabschrifft / die ich sehe? Da antworteten ihm die Burger

a Aergernuß

ger derselben Stadt: Es ist eines Manns GOttes Grab/ der auß Juda kommen ist/ und hat diß geweissaget/ was du auf dem Altar zu Bethel gethan hast.

18. Und er sprach: Lasset ihn bleiben / niemand bewege sein Gebein. Also blibe sein Gebein unangerühret / mit dem Gebein deß Propheten / der von Samaria kommen war.

19. Uber das thäte Josias hinweg alle Tempel der Höhen / die in den Städten Samariä waren/ welche die König Israel/ den HErrn zu reitzen/ gemacht hatten / und thäte ihnen nach allen Wercken / die er zu Bethel gethan hatte.

20. Und er tödtete alle Priester der Höhen / die daselbst waren/ auf den Altärn/ und verbrandte Menschenbeiner darauf: und kehrete wider um gen Jerusalem.

21. Und er gebott allem Volck / und sprach: Haltet das Phase dem HErrn eurem GOtt / auf die Weiß/ wie im Buch dises Bunds geschriben ist.

22. Dann es ist deßgleichen Phase von den Tagen der Richter / die Israel gerichtet haben / und von allen Tagen der Königen Israel und der Königen Juda nit gehalten/

23. Wie das Phase im achtzehenden Jahr deß Königs Josiä zu Jerusalem dem HErrn ist gehalten worden.

24. So raumete auch Josias hinweg die Zauberer / und Warsager/ und die Bilder der Abgötter/ und die Unsauberkeit / und die Greuel / die im Land Juda/ und zu Jerusalem waren: damit er die Wort deß Gesatzes bestättigte / welche geschriben seynd in dem Buch/ das Helcia der Priester/ im Tempel deß HErrn gefunden hat.

25. Es ist vor ihm kein König ihm gleich gewesen / der also von seinem gantzen Hertzen / und von seiner gantzen Seel/ und von allen seinen Kräfften / nach allem Gesatz Moysis zum HErrn wider umkehrete: so ist auch nach ihm seines gleichen nit aufgestanden.

26. Gleichwohl wandte sich der HErr nit ab von dem Grimm seines grossen Zorns / damit sein Grimm wider Juda erzürnet war: um der Reitzungen willen / damit ihn Manasses gereitzet hatte.

27. Derwegen hat der HErr gesagt: Ich wil Juda von meinem Angesicht auch hinweg nehmen / wie ich Israel hinweggenommen hab: und wil dise Stadt Jerusalem verwerffen/ die ich erwählet hab/ auch das Hauß/ davon ich gesagt hab: Mein Nam sol daselbst seyn.

illius: Sepulchrum est hominis Dei, qui venit de Juda, & prædixit verba hæc, quæ fecisti super altare Bethel.

18. Et ait: Dimittite eum, nemo commoveat ossa ejus. Et intacta manserunt ossa illius, cum ossibus prophetæ, qui venerat de Samaria.

19. Insuper & omnia fana excelsorum, quæ erant in civitatibus Samariæ, quæ fecerant reges Israel ad irritandum Dominum, abstulit *s* Josias: & fecit eis secundùm omnia opera, quæ fecerat in Bethel.

20. Et occidit universos sacerdotes excelsorum, qui erant ibi super altaria: & combussit ossa humana super ea: reversusque est Jerusalem.

21. *t* Et præcepit omni populo, dicens: Facite Phase Domino Deo vestro, secundùm quod scriptum est in libro fœderis hujus.

22. Nec enim factum est Phase *u* tale à diebus judicum, qui judicaverunt Israel, & omnium dierum regum Israel, & regum Juda,

23. sicut in octavo decimo anno regis Josiæ factum est Phase istud Domino in Jerusalem.

24. Sed & pythones, & ariolos, & figuras idolorum *x*, & immunditias, & abominationes, quæ fuerant in terra Juda & Jerusalem, abstulit Josias: ut statueret *y* verba legis, quæ scripta sunt in Libro, quem invenit Helcias sacerdos in templo Domini.

25. Similis illi *z* non fuit ante eum rex, qui reverteretur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in universa virtute sua juxta omnem legem Moysi: neque post eum surrexit similis illi.

26. Verumtamen non est aversus Dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor ejus contra Judam: propter irritationes, quibus provocaverat eum Manasses.

27. *a* Dixit itaque Dominus: Etiam Judam auferam à facie mea, sicut abstuli Israel: & projiciam civitatem hanc, quam elegi Jerusalem, & domum, de qua dixi: Erit nomen meum ibi.

s sc, auferendo idola ritè præparabat populum ad celebrandum Phase.

t 2. *Par.* 35. 1. Eodem anno 18. regni sui ad finem tendente. Mundi 3381.

u Phase hîc vocatur omnis copia hostiarum, quæ totis septem azymorum diebus offerebantur.

x Hebr. Teraphim, Chald. simulacra.

y i. impleret.

z sc. post David, vel quoad aliquos eximios virtutum actus.

a *infr.* 24. e

28. Reliqua autem sermonum Josiæ, & universa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Juda?

II. 29. *b* In diebus ejus *c* ascendit Pharao Nechao rex Ægypti, contra regem Assyriorum *d* ad flumen Euphraten: & abiit Josias rex in occursum ejus: & occisus est in Mageddo *e*, cùm vidisset eum.

30. Et portaverunt eum servi sui mortuum de Mageddo: & pertulerunt in Jerusalem, & sepelierunt eum in sepulchro suo. Tulítque populus terræ Joachaz filium Josiæ: & unxerunt eum *i*, & constituerunt eum regem pro patre suo.

31. *k* Viginti trium annorum erat Joachaz cùm regnare cœpisset, & tribus mensibus regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Amital, filia Jeremiæ, de Lobna *l*.

32. Et fecit malum coram Domino, juxta omnia quæ fecerant patres ejus.

33. Vinxítque eum Pharao Nechao in Rebla, quæ est in terra Emath, ne regnaret in Jerusalem: & imposuit mulctam terræ centum talentis argenti, & talento auri.

III. 34. Regémque constituit Pharao Nechao Eliacim filium Josiæ pro Josia patre ejus: vertítque nomen ejus Joakim. Porrò Joachaz tulit, & duxit in Ægyptum, & mortuus est ibi.

35. Argentum autem, & aurum dedit Joakim Pharaoni cùm indixisset terræ per singulos, ut conferretur juxta præceptum Pharaonis: & unumquemque juxta vires suas exegit, tam argentum quàm aurum de populo terræ, ut daret Pharaoni Nechao.

36. *m* Viginti quinq; annorum erat Joakim cùm regnare cœpisset *n*: & undecim annis regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Zebida filia Phadaia de Ruma.

37. Et fecit malum coram Domino juxta omnia quæ fecerant patres ejus.

CAPUT XXIV.

I. Joakim triennio servit regi Babylonis: deinde varios patitur latrunculos: 1.

II. Succedit filius Joachin; qui se dedit regi Babylonis, 6.

b 2. Par. 35. 20.
c Anno M. 3394 Ant. Chr. 610.
d *Sive contra Medos & Babylonios, qui imperium Assyriorum everterant.* Joseph. Antiq. l. 10. cap. 6. is autem est Herodoti Necôs, filius Psalmitici.
e urbs est in tribu Juda.
i Unde apparet hunc non fuisse primogenitum Josiæ, ad quem hæreditario jure regnũ spectaret: ipsúmque potius esse quarto loco natum. 1. Par. 3. 15. Sellum nominatur, & Jer. 22. 11. pro patre regnasse etiam dicitur; cujus nomen quod *commutationem* significat melioris ominis causa mutatum fit. Confirmat illud etiam ætas 23. ann. (hîc v. 31. & 2. Par. 36. 2.) cum Eliacimi (infra v. 36.) 25. annorum ætate collata.

28. Aber das Ubrige von den Geschichten Josiä/ und alles/ was er gethan hat/ ist das nit geschriben im Buch der Wort von den Tagen der Könige Juda?

II. 29. In seinen Tagen kam Pharao Nechao/ der König in Egypten/ wider den König von Assyrien herauf an den Fluß Euphraten: und der König Josias zoge ihm entgegen/ und ward zu Mageddo erschlagen/ da er ihn gesehen hatte.

30. Und seine Knecht führeten ihn todt von Mageddo/ und brachten ihn gen Jerusalem und begruben ihn in seinem Grab. Und das Volck im Land nam Joachaz den Sohn Josiä/ und salbte ihn/ und machte ihn zum König an seines Vatters statt.

31. Joachaz war drey und zwantzig Jahr alt/ da er anfieng zu regieren/ und regierte drey Monat lang zu Jerusalem: seiner Mutter Nam war Amital/ eine Tochter Jeremiä von Lobna.

32. Und er thäte Böses vor dem HErrn/ nach allem/ was seine Vätter gethan hatten.

33. Und Pharao Nechao nahm ihn gefangen zu Rebla/ welche ist im Land Emath/ daß er zu Jerusalem nit regieren solte: und legte dem Land eine Straff auf/ hundert Centner Silbers/ und einen Centner Golds.

III. 34. Und Pharao Nechao setzte Eliacim/ den Sohn Josiä/ zum König/ an Josiä seines Vatters statt: und veränderte seinen Namen/ Joakim: aber den Joachaz nahm er/ und führete ihn in Egypten/ und daselbst ist er gestorben.

35. Joakim aber gab dem Pharao Silber und Gold/ nachdem er auf das Land für eine jegliche Person eine Schatzung gelegt/ daß sie nach dem Befehl Pharaonis zusammen gebracht wurde: und forderte von einem jeglichen nach seinem Vermögen/ so wohl Silber als Gold vom Volck im Land/ daß ers dem Pharao Nechao gebe.

36. Fünff und zwantzig Jahr war Joakim alt/ da er anfieng zu regieren/ und regierte eilff Jahr zu Jerusalem: seiner Mutter Nam war Zebida eine Tochter Phadaja/ von Ruma.

37. Und er thäte Böses vor dem HErrn/ nach allem/ was seine Vätter gethan hatten.

Das XXIV. Capitel.

I. Joakim wird vom Nabuchodonosor überwältiget/ 1.

dispersum in montibus *h*, sicut oves absq; pastore: & dixit Dominus: Non habent isti dominos: revertatur unusquisque in domum suam in pace.

17. Et ait rex Israel ad Josaphat: Nónne dixi tibi, quòd non prophetaret iste mihi quidquam boni, sed ea quæ mala sunt?

18. At ille: Idcircò, ait, audite verbum Domini: Vidi Dominum sedentem in solio suo, & omnem exercitum cæli assistentem ei à dextris & à sinistris.

19. Et dixit Dominus: Quis decipiet Achab regem Israel, ut ascendat & corruat in Ramoth Galaad? Cúmque diceret unus hoc modo, & alter alio:

20. processit spiritus, & stetit coram Domino, & ait: Ego decipiam eum. Cui Dominus, in quo, inquit, decipies?

21. At ille respondit: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus. Dixítque Dominus: Decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita.

22. Nunc igitur, ecce Dominus dedit spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum, & Dominus locutus est de te *i* mala.

23. Accessit autem Sedecias filius Chanaana, & percussit Michææ maxillam, & ait: Per quam viam transivit Spiritus Domini à me, ut loqueretur tibi?

24. Dixítque Michæas: Tu ipse videbis in die illo, quando ingressus fueris cubiculum de cubiculo *k* ut abscondaris.

25. Præcepit autem rex Israel, dicens: Tollite Michæam, & ducite eum ad Amon principem civitatis, & ad Joas filium Amelech.

26. Et dicetis: Hæc dicit rex: Mittite hunc in carcerem, & date ei panis modicum, & aquæ pauxillum, donec revertar in pace.

27. Dixítque Michæas: Si reversus fueris in pace, non est locutus Dominus in me. Et ait: Audite omnes populi.

28. Igitur ascenderunt rex Israel, & Josaphat rex Juda in Ramoth Galaad.

29. Dixítque rex Israel ad Josaphat: Mutabo habitum, & sic ad pugnam vadam, tu autem induere vestibus tuis. Mutatóque rex Israel habitu, venit ad bellum.

h sc. viciniis Ramoth.

i 70. super te.

k sc. fugiendo.

l Hebr. & 70. curruum.

30. Rex autem Syriæ præceperat ducibus equitatus *l* sui, dicens: Ne pugnetis contra minimum, aut contra maximum, nisi contra solum regem Israel.

31. Itaque cùm vidissent principes equitatus Josaphat, dixerunt: Rex Israel est iste. Et circumdederunt eum dimicantes: at ille clamavit ad Dominum, & auxiliatus est ei, atque avertit eos ab illo.

32. Cùm enim vidissent duces equitatus, quòd non esset rex Israel, reliquerunt eum.

33. Accidit autem ut unus è populo sagittam in incertum jaceret, & percuteret regem Israel inter cervicem & scapulas. At ille aurigæ suo ait: Converte manum tuam, & educ me de acie, quia vulneratus sum,

m persistens in curru & prælio quamdiu potuit.

34. Et finita est pugna in die illo: porrò rex Israel stabat *m* in curru suo contra Syros usque ad vesperam, & mortuus est occidente sole.

CAPUT XIX.

I. Josaphat à Jehu propheta corripitur de præstito auxilio Achab, 1.

II. Constitutos à se judices admonet de servanda justitia, 5.

III. Et Levitas de promovendo cultu divino, populóque rectè instituendo. 8.

a Eodem ann. 3107.
b incolumis

1. REversus est autem *a* Josaphat rex Juda in domum suam pacificè *b* in Jerusalem.

c sc. Achab.

2. Cui occurrit Jehu filius Hanani Videns, & ait ad eum: impio *c* præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitiâ jungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris:

3. sed bona opera inventa sunt in te, eò quòd abstuleris lucos de terra Juda, & præparaveris cor tuum ut requireres Dominum Deum patrum tuorum.

d ab una regni extremitate usque ad alteram, lustraturus ditionem suam.

4. Habitavit ergo Josaphat in Jerusalem, rursumque egressus est ad populum *d* de Bersabee usque ad montem Ephraim, & revocavit eos ad Dominum Deum patrum suorum.

II. 5. Constituitque judices terræ in cunctis civitatibus Juda munitis per singula loca.

e quia Dei vicarii, eidem rationem reddere debebitis

6. & præcipiens judicibus, videte, ait, quid faciatis: non enim hominis exercetis judicium, sed Domini *e*: &

30. Aber der König in Syrien hatte den Obersten über seine Reuter befohlen/ u. gesagt: Ihr sollet nit streiten wider den Geringsten/ noch wider den Grössesten/ sondern allein wider den König Israel.

31. Derwegen da die Oberste über die Reuterey den Josaphat sahen/ sprachen sie: Das ist der König Israel. Und sie umgaben ihn streitend: aber er rieff zum HErrn: der ihm zu Hülff kam / und sie von ihm abwendete.

32. Dan da die Oberste über die Reuterey sahen/ daß es der König Israel nit war/ verliessen sie ihn.

33. Es begab sich aber/ daß einer vom Volck einen Pfeil ins ungewiß schoß/ und den König Israel traff zwischen den Nacken und Schultern. Er aber sprach zu seinem Fuhrmann: Wende dein Hand/ und führe mich auß dem Heer/ dan ich bin verwundt.

34. Und der Streit endigte sich an demselben Tag. Aber der König Israel stund in seinem Wagen wider die Syrer / bis auf den Abend / und starb/ da die Sonn untergieng.

Das XIX. Capitel.

I. Josaphat wird bey seiner Widerkunfft von Jehu / dem Propheten gestrafft/ 1.

II. Verordnet und ermahnet die Richter zur Gerechtigkeit/ 5.

III. Die Priester und Leviten aber / daß sie das Volck recht unterweisen/ 8.

1. ABer Josaphat der König Juda kam mit Friden widerum in sein Hauß gen Jerusalem.

2. Und Jehu/ der Sohn Hanani / der Seher kam ihm entgegen/ und sprach zu ihm: Du leistest Hülff den Gottlosen/ und befreundest dich mit denen/ die den HErrn hassen/ darum hättest du zwar den Zorn deß HErrn wol verdienet:

3. Aber es seynd gute Werck an dir gefunden/ daß du die dunckle Wäld auß dem Land Juda hinweg gethan hast / und dein Hertz bereitet / den HErrn/ den GOtt deiner Vätter zu suchen.

4. Also wohnete Josaphat zu Jerusalem: und er zoge abermal auß zum Volck / von Bersabee bis an den Berg Ephraim / und brachte sie widerum zum HERRN dem GOTT ihrer Vätter.

II. 5. Er verordnete auch Richter deß Lands in allen bemaurten Städten Juda/ an einem jeglichen Ort besonder/

6. Und er gebott den Richtern/ und sprach: Sehet zu / was ihr thut; dan ihr übet nit eines Menschen Gericht / sondern deß HERRN: und

und alles / was ihr richten werdet / das wird auf euch selbst kommen.

7. Lasset die Forcht deß HERRN bey euch seyn / und thut alles mit Fleiß: dan bey dem HERRN unserm GOtt ist kein Ungerechtigkeit / noch Ansehen der Persohnen / noch Verlangen nach Geschänck.

III. 8. Auch verordnete Josaphat zu Jerusalem Leviten / und Priester und Oberste der Geschlechter auß Israel / daß sie den Innwohnern daselbst das Gericht / und die Sach deß HERRN urtheilen solten.

9. Und er befahl ihnen und sprach: Ihr sollet also in der Forcht deß HErrn treulich / und mit vollkommenem Hertzen handlen.

10. In allen Sachen / die zu euch kommen von euren Brüdern / welche in ihren Städten wohnen / zwischen Verwandten und Verwandten / wan der Streit ist vom Gesatz / vom Gebott / von den Ceremonien / und von den Rechten / so erinnert sie / daß sie nit sündigen wider den HERRN / damit der Zorn über euch und über eure Brüder nit komme: wan ihr nun also thut / so werdet ihr nit sündigen.

11. Amarias aber der Priester / und euer Hohepriester sol über euch seyn in denen Dingen / die GOtt angehen: und Zabadias / der Sohn Ismahel / der ein Fürst ist im Hauß Juda / sol über die jenige Sachen seyn / die zum Ambt des Königs gehören: so habt ihr auch die Lehrmeister / die Leviten für euch: seyd gestärcket / und handelt fleissig / so wird der HErr bey euch seyn im Guten.

Das XX. Capitel.

I. Die Moabiter / Ammoniter und Syrer überfallen Josaphat / darum rufft er zum HErrn / 1.

II. Der Sig wird ihm versprochen: dan die Feind erwürgen einander selbst / 14.

III. Doch weil er eine Verbündnuß mit Ochozia / dem König in Israel, gemacht / wird er gestrafft / 35.

I. 1. NAch disem versammleten sich die Kinder Moab und die Kinder Ammon / und mit ihnen von den Ammonitern zu Josaphat / wider ihn zu streitten.

2. Und die Botten kamen / und zeigten es Josaphat an und sprachen: Es kommt ein grosse Meng wider dich von den Oertern / die jenseit deß Meers seynd / und auß Syrien: und sihe / sie stehen zu Asason Thamar / welche ist Engaddi.

3. Josaphat aber erschrack / und begab sich gantz den HErrn zu bitten / und rieff eine Fasten auß in gantz Juda.

4. Und Juda versammlete sich / den HErrn zu

quodcumque judicaveritis, in vos redundabit.

7. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite: non est *f* enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas, *g* nec personarum acceptio, nec cupido munerum *h*.

III. 8. In Jerusalem quoque constituit Josaphat Levitas, & sacerdotes, & principes familiarum ex Israel, ut judicium & causam Domini judicarent habitatoribus ejus.

9. Præcepitque eis, dicens: Sic agetis in timore Domini fideliter & corde perfecto.

10. Omnem causam, quæ venerit ad vos, fratrum vestrorum, qui habitant in urbibus suis inter cognationem & cognationem, ubicumque quæstio est de lege, de mandato, de cæremoniis, de justificationibus: ostendite eis, ut non peccent in Dominum, & ne veniat ira super vos & super fratres vestros: sic ergo agentes non peccabitis.

11. Amarias autem sacerdos & pontifex vester *i*, in his, quæ ad Deum pertinent, præsidebit: porrò Zabadias filius Ismahel, qui est dux in domo Juda, super ea opera erit, quæ ad regis officium pertinent *k*: habetisque magistros Levitas coram vobis, confortamini, & agite diligenter, & erit Dominus vobiscū in bonis.

Caput XX.

I. Ammonitis, Moabitis, ac Syris contra Josaphat insurgentibus, ipse prædicato jejunio una cum populo supplex ad Deum confugit, 1.

II. Sic ab eis se mutuò cædentibus liberatus, spolia colligit: 14.

III. Verum ob fœdus cum impio Ochozia initum corripitur à propheta. 35.

I. 1. POst hæc congregati sunt filii Moab, & filii Ammon, & cum eis de Ammonitis, ad Josaphat, ut pugnarent contra eum.

2. Veneruntq; nuntii, & indicaverunt Josaphat, dicentes: Venit contra te multitudo magna de his locis, quæ trans mare *a* sunt, & de Syria, & ecce consistunt in Asasonthamar, quæ est Engaddi.

3. Josaphat autem timore perterritus, totum se contulit ad rogandum Dominū, & prædicavit jejunium universo Juda.

4. Congregatusque est Judas ad deprecandum

f i. non placet ei.

g Deut. 10. 17. Sap. 6. 8. Eccli. 35. 15. Act. 10. 34. Rom. 2. 11. Gal. 2. 6. Eph. 6. 9. Coloss. 3. 25 1. Pet. 1. 17

h Ergo nec apud Dei vicarios ejusmodi iniquitas residere debet

i i. summus

k curans negotia politica. Nota distinctionem fori & magistratus Ecclesiastici & civilis contra Anglocalvinistas.

Ann. M. 3108. Ant. Chr. 896.

a i. mortuum.

candum Dominum: sed & omnes de urbibus suis venerunt ad obsecrandum eum.

5. Cúmque stetisset Josaphat in medio cœtu Juda, & Jerusalem, in domo *b* Domini ante atrium novum.

b i. ante domum, seu templum.

6. ait: Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in cælo, & dominaris cunctis regnis gentium, in manu tua est fortitudo & potentia, nec quisquam tibi potest resistere.

7. Nónne tu Deus noster interfecisti omnes habitatores terræ hujus coram populo tuo Israel, & dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternum?

8. Habitaveruntque in ea, & extruxerunt in illa Sanctuarium nomini tuo, dicentes:

9. Si irruerint super nos mala, gladius judicii *c*, pestilentia, & fames, stabimus coram domo hac in conspectu tuo, in qua invocatum est nomen tuum: & clamabimus ad te in tribulationibus nostris, & exaudies, salvósque facies.

c i. bellum ultionis, sc. divinæ.

10. Nunc igitur ecce filii Ammon, & Moab, & mons Seir *c*, per quos non concessisti Israel *d* ut transirent quādo egrediebantur de Ægypto, sed declinaverunt ab eis, & non interfecerunt illos:

c i. Idumæi, quos supr. v. 1. Ammonitas propter habitum forsan & pactum nominat.

d Deut. 2. 1

11. econtrario agunt, & nituntur ejicere nos de possessione, quam tradidisti nobis.

12. Deus noster, ergo non judicabis eos? In nobis quidē non est tanta fortitudo, ut possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.

13. Omnis verò Juda stabat coram Domino, cum parvulis *e*, & uxoribus, & liberis suis.

e solemne erat Hebræis, cùm gravis immineret calamitas ad preces publicas etiam vagitus infantium adhibere. *Judith. c. 4. 9. Joel. 2. 16.*

II. 14. Erat autem Jahaziel filius Zachariæ, filii Banaiæ, filii Jehiel, filii Mathaniæ, Levites de filiis Asaph, super quem factus est Spiritus Domini in medio turbæ,

15. & ait: Attendite omnis Juda, & qui habitatis Jerusalem, & tu rex Josaphat: Hæc dicit Dominus vobis: Nolite timere, nec paveatis hanc multitudinem: non est enim vestra pugna, sed Dei.

16. Cras descendetis contra eos: ascensuri enim sunt per clivum nomine Sis, & invenietis illos in summitate torrentis, qui est contra solitudinem Jeruel.

bitten: und sie kamen alle auß ihren Städten ihn zu bitten.

5. Und Josaphat stund mitten unter der Gemein Juda und Jerusalem / im Hauß deß HErrn / vor dem neuen Vorhoff /

6. und sprach: HErr du GOtt unser Vätter / du bist GOtt im Himmel / und herrschest über alle Königreich der Heyden / in deiner Hand ist Stärck und Macht / und niemand kan dir widerstehen.

7. Hast du / unser GOtt / nit alle Innwohner dises Lands vor deinem Volck Israel umgebracht / und dasselbig dem Saamen Abrahams deines Freunds eingeben in Ewigkeit?

8. Und sie haben darinn gewohnet / und haben darinn deinem Namen ein Heiligthum gebauet / und gesagt:

9. Wan uns ein Unglück überfallt / das Schwerdt deß Gerichts / Pestilenz / und Theurung / so wollen wir vor deinem Angesicht stehen / und vor disem Hauß / darinn dein Nam angeruffen ist: und wollen in unsern Trübsaalen zu dir ruffen / so wirst du uns erhören / und Hülff leisten.

10. Und nun sihe / die Kinder Ammon / und Moab / und der Berg Seir / durch welche du dem Israel zu ziehen nit vergunnet hast / da sie auß Egypten giengen / sondern sie seynd von ihnen abgewichen / und haben sie nit getödtet?

11. Hingegen handlen sie alſo / und unterstehen sich uns auß dem Erbtheil hinauß zu stossen / das du uns eingegeben hast.

12. Unser GOtt wilst du sie dan nit richten? In uns zwar ist so grosse Macht nit / daß wir diser Meng die uns überfallt / Widerstand thun können. Aber dieweil wir nit wissen / was wir thun sollen / so haben wir das allein übrig / daß wir unsere Augen zu dir richten.

13. Und ganz Juda stund vor dem HErrn mit ihren kleinen Kindern / und Weibern / und Söhnen.

II. 14. Es war aber Jahaziel / der Sohn Zachariä / deß Sohns Banaiä / deß Sohns Jehiel deß Sohns Mathaniä / ein Levit v' dē Kindern Asaph / über welchē d' Geist deß Herrn kam mittē unter dem Volck.

15. und er sprach: Mercket auf / ganz Juda / und die ihr zu Jerusalem wohnet / auch du / O König Josaphat: diß sagt der HErr zu euch: Seyd nit zaghafft / und förchtet euch nit vor disem grossen Hauffē: dan der Streit ist nit euer / sondern Gottes.

16. Morgen sollet ihr wider sie hinab ziehen: dan sie werden herauf kommen über einen Bühel Sis genannt / und ihr werdet sie oben am Bach antreffen / so gegen der Wüst Jeruel über ist.

17.

17. Ihr seyds nit/ die streiten werden/ sondern stehet nur still in gutem Vertrauen / so werdet ihr die Hülff deß HErrn über euch sehen/ O Juda und Jerusalem: förchtet euch nit/ und seyd nit zaghafft: morgen sollet ihr wider sie außziehen / und der HErr wird mit euch seyn.

18. Und Josaphat samt Juda / und allen Innwohnern Jerusalem fielen auf ihr Angesicht nider zur Erden vor dem HERRN / und betteten ihn an.

19. Aber die Leviten von den Kindern Caath / und von den Kindern Core / lobeten den HErrn den GOtt Israel mit grosser Stimm in die Höh.

20. Und sie machten sich auf am morgen früh / und zogen durch die Wüst Thecue: und als sie fortgezogen waren/ stund Josaphat mitten unter ihnen/ und sprach: Höret mich ihr Männer Juda/ und alle Innwohner Jerusalem: glaubet an den HErrn euren GOtt/ so werdet ihr sicher seyn: glaubet seinen Propheten / so werden alle Ding glücklich abgehen.

21. Und er gab dem Volck disen Rath/ und verordnete die Singer deß HErrn / daß sie ihn lobeten in ihren Schaaren/ und daß sie vor dem Heer hergiengen/ und sagten mit einhelliger Stimm: Dancket dem HErrn/ dan seine Barmhertzigkeit wehret ewiglich.

22. Und da sie anfiengen Lob zu singen/ wendete der HErr ihren listigen Anschlag wider sie selbst / nemlich der Kinder Ammon/ und Moab / und deren vom Gebirg Seir / welche außgezogen waren wider Juda zu streiten / und sie wurden geschlagen.

23. Dan die Kinder Ammon und Moab stunden auf wider die/ so auf dem Gebirg Seir wohneten/ dieselbige zu tödten/ und zu vertilgen: und als sie das ins Werck gerichtet hatten / wandten sie sich einer wider den andern/ und erschlugen einander/ daß sie todt bliben.

24. Als aber Juda zu der Wart kam / so gegen der Wüst ligt sahe er von fern/ daß die gantze Gegend weit und breit voller Todten lag und daß keiner übrig bliben war / der dem Todt hätte mögen entrinnen.

25. Also kam Josaphat / und das gantze Volck mit ihm / die Todte zu plündern : und sie funden bey den Erschlagenen allerhand Haußrath / auch Kleyder/ und sehr köstliche Geschirr / und sie nahmens hinweg/ und kundten nit alles tragen / noch den Raub in dreyen Tagen hinweg bringen / so groß war die Beut.

26. Aber am vierdten Tag kamen sie zu-

17. Non eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter state, & videbitis auxilium Domini super vos, ô Juda, & Jerusalem: nolite timere, nec paveatis: cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiscum.

18. Josaphat ergo, & Juda, & omnes habitatores Jerusalem ceciderunt proni in terram coram Domino, & adoraverunt eum.

19. Porrò Levitæ de filiis Caath, & de filiis Core laudabant Dominum Deum Israel voce magna, in excelsum *f*.

20. cumque manè surrexissent, egressi sunt per desertum Thecue: profectisque eis, stans Josaphat in medio eorum, dixit: Audite me viri Juda, & omnes habitatores Jerusalem: credite in Domino Deo vestro, & securi eritis: credite prophetis ejus, & cuncta evenient prospera.

21. Deditque consilium populo, & statuit cantores Domini, ut laudarent eum in turmis suis *g* & antecederent exercitum, ac voce consona dicerent: *h* Confitemini Domino, quoniam in æternum misericordia ejus.

22. Cumque cœpissent laudes canere, vertit Dominus insidias eorum in semetipsos, filiorum scilicet Ammon, & Moab, & montis Seir, qui egressi fuerant ut pugnarent contra Judam, & percussi sunt *i*.

23. Namque filii Ammon, & Moab consurrexerunt adversùm habitatores montis Seir, ut interficerent & delerent eos: cumque hoc opere perpetrassent, etiam in semetipsos versi, mutuis concidêre vulneribus.

24. Porrò Juda cùm venisset ad speculam, quæ respicit solitudinem, vidit procul omnem latè regionem plenam cadaveribus, nec superesse quemquam, qui necem potuisset evadere.

25. Venit ergo Josaphat, & omnis populus cum eo ad detrahenda spolia mortuorum: inveneruntq; inter cadavera variam supellectilem, vestes quoque, & vasa pretiosissima, & diripuerunt, ita ut omnia portare non *k* possent, nec per tres dies spolia auferre præ prædæ magnitudine.

26. Die autem quarto congregati sunt in

f i. altissimè.

g Hebr in decore sanctitatis.

h Psalm. 135. 1.

i Hebr. percusserunt se.

k vix poterant Hebr.

in valle Benedictionis: etenim quoniam ibi benedixerant Domino, vocaverunt locum illum vallis Benedictionis usque in præsentem diem.

27. Reversusque est omnis vir Juda, & habitatores Jerusalem, & Josaphat ante eos, in Jerusalem cum lætitia magna, eò quòd dedisset eis Dominus gaudium de inimicis suis.

28. Ingressique sunt in Jerusalem cum psalteriis, & citharis, & tubis in domum Domini.

29. Irruit autem pavor Domini super universa *l* regna terrarum, cùm audissent quòd pugnasset Dominus contra inimicos Israel.

l finitima.

30. Quievitq; regnum Josaphat, & præbuit ei Deus pacem per circuitum.

31. Regnavit igitur Josaphat *m* super Judam, & erat trigintaquinque annorum cùm regnare cœpisset: viginti autem & quinque annis regnavit in Jerusalem, & nomen matris ejus Azuba filia Selahi.

m 3. *Reg.* 22. 41.

32. Et ambulavit in via patris sui Asa, nec declinavit ab ea, faciens quæ placita erant coram Domino.

33. Verumtamen excelsa non abstulit, & adhuc populus non direxerat cor suum *n* ad DominumDeum patrum suorum.

n perfectè quia non poterat avelli ab excelsis, in quibus Deo sacrificabat, licèt præceptum esset, ut in solo loco quem Deus sibi delegerat, sacrificia offerrent. *Lev.* 17. 3. *Deut.* 12. 6

34. Reliqua autem gestorum Josaphat priorum & novissimorum scripta sunt in verbis Jehu filii Hanani, quæ digessit in libros regum Israel.

III. 35. Post hæc *o* iniit amicitias Josaphat rex Juda cum Ochozia rege Israel, cujus opera fuerunt impiissima.

36. Et particeps fuit ut facerent naves, quæ irent in Tharsis: feceruntque classem in Asiongaber.

37. Prophetavit autem Eliezer filius Dodaü de Maresa ad Josaphat, dicens: Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit *p* Dominus opera tua, contritæque sunt naves, nec potuerunt ire in Tharsis.

o Eodem an. 3108. *v.* 3. *Reg.* 22. 49. & 10. 22. *ac* 9. 26.

p 70. dissipavit, *sc.* certò destruet.

CAPUT XXI.

I. Impius Joram filius Josaphat occidit fratres suos, & quosdam principes Juda, 1.

II. Elias ei per litteras pessimam ægritudinem ac mortem, & domus ac regni direptionem prædicit, 12

III. Ea tandem subsecuta sunt. 16.

sammen im Lobthal: dan dieweil sie den HERRN allda gelobet hatten / nennten sie das Orth / das Lobthal / biß auf den heutigen Tag.

27. Also kamen alle Männer Juda / und die Inwohner Jerusalem / und Josaphat vor ihnen her / widerum gen Jerusalem mit grosser Freud / darum daß der HErr ihnen Freud gegeben hatte von ihren Feinden.

28. Und sie zogen gen Jerusalem hinein / mit Psaltern / und Harpffen / und Posaunen / in das Hauß deß HErrn.

29. Es fiel aber ein Schröcken deß HErrn über alle Königreich in den Landen / da sie höreten / daß der HERR wider die Feind Israel gestritten hatte.

30. Und das Reich Josaphat war in Ruhe / und GOtt gab ihm Frid rings umher.

31. Also regierte Josaphat über Juda / er war fünff und dreyssig Jahr alt / da er anfieng zu regieren / und er regierte fünff und zwantzig Jahr zu Jerusalem / und seiner Mutter Nam war / Azuba eine Tochter Selahi.

32. Und er wandlete in den Weegen seines Vatters Asa / u. wiche von denselbigen nit ab / sondern thäte / was wolgefällig war vor dem HErrn.

33. Jedoch die Höhen hat er nit hinweg gethan / und das Volck hatte sein Hertz zum HErrn dem GOtt ihrer Vätter noch nit gerichtet.

34. Aber das Ubrig von den Geschichtē Josaphat / den Ersten / u. Letzten / ist geschriben in den Worten Jehu / deß Sohns Hanani / das er ordentlich verzeichnet hat in die Bücher der Königen Israel.

III. 35. Darnach machte Josaphat / der König Juda / Freundschafft mit Ochozia / dem König Israel / dessen Werck sehr gottloß waren.

36. Und er vereinigte sich mit ihm Schiff zu machen / welche gen Tharsis fuhren: und sie baueten die Schiff zu Asiongaber.

37. Aber Eliezer / der Sohn Dodau / von Maresa / weissagete zu Josaphat / und sprach: Dieweil du mit Ochozia einen Bund gemacht hast / so hat der HERR deine Werck zerschlagen: und die Schiff wurden zerbrochen / daß sie gen Tharsis nit fahren kundten.

Das XXI. Capitel.

I. Nach Josaphat wird König sein Sohn Joram / der alle seine Brüder / und etliche Fürsten ermordet / 1.

II. Der Prophet Elias schreibt ihm einen Brieff / darinn er ihm Kranckheit / Todt / und Verheerung deß Lands trohet / 12.

III. Welches bald erfolgt ist. 16.

I. Und

1. UNd Josaphat entschlieff mit seinen Vättern/ und ward mit ihnen in der Stadt Davids begraben : und Joram sein Sohn regierte an seiner statt.

2. Diser hatte Brüder/ Josaphats Söhn/ Azariam/ und Jahiel und Zachariam/ und Azariam/ und Michael/ und Saphatiam. Dise alle waren Josaphats deß Königs Juda Söhn.

3. Und ihr Vatter gab ihnen vil Gaaben / an Silber und Gold / und Renten/ mit sehr vesten Städten in Juda: aber das Königreich übergab er dem Joram/ darum / daß er der erstgebohrne war.

4. Also kam Joram auf über das Reich seines Vatters: und nachdem er sich bestätiget/ erwürget er alle seine Brüder mit dem Schwerdt / samt etlichen von den Fürsten Israel.

5. Zwey und dreyssig Jahr war Joram alt/ da er anfieng zu regieren/ und er regierte acht Jahr zu Jerusalem.

6. Und er wandelte auf den Weegen der Königen Israel/ wie das Hauß Achab gethan hatte : dan Achabs Tochter war sein Weib/ und er thäte Böses vor dem Angesicht deß HErrn.

7. Aber der HErr wolte das Hauß Davids nit vertilgen/ um deß Bunds willen / den er mit ihm gemacht hatte / und dieweil er verheissen hatte/ ihm eine Leucht *a* zu geben / und seinen Kindern zu allen Zeiten.

8. In den Tagen lehneten sich die Edomiter auf/ daß sie dem Juda nit unterworffen wären / und machten einen König über sich.

9. U. Joram zoge hinüber mit seinē Obersten/ u. mit dem gantzen reisigē Zug/ der bey ihm war/ und machte sich deß Nachts auf/ und schlug die Edomiter/ welche ihn umgeben hatten/ samt allen ihren Obersten über die Reuterey.

10. Gleichwol fiel Edom ab / daß er nit unter der Herrschafft Juda wäre bis auf den heutigen Tag. Um dieselbige Zeit fiel auch Lobna ab/ daß sie nit unter seiner Hand wäre. Dan er hatte den HErrn den GOtt seiner Vätter verlassen.

11. Und über das bauete er auch Höhen in den Städten Juda/ und machte/ daß die Innwohner Jerusalem hureten und daß Juda übertrat.

II. 12. Es ward ihm aber ein Schreiben zugebracht von dem Propheten Elia/ darinn geschriben war: Diß sagt der HErr / der GOtt Davids deines Vatters: Dieweil du nit gewandelt bist auf den Weegen Josaphats/ deines Vatters/ und auf den Weegen Asa deß Königs Juda.

13. Sondern bist den Weeg der Königen Israel

a Leuchter.

1. DOrmivit autem Josaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in civitate David: regnavitque Joram filius ejus pro eo.

2. Qui habuit fratres filios Josaphat, Azariam, & Jahiel, & Zachariam, & Azariam, & Michael, & Saphatiam, omnes hi, filii Josaphat regis Juda.

3. Deditque eis pater suus multa munera argenti & auri, & pensitationes, cum civitatibus munitissimis in Juda: regnum autem tradidit Joram *a*, eò quòd esset primogenitus,

4. Surrexit ergo Joram super regnum patris sui: cumque se confirmasset, occidit omnes fratres suos gladio, & quosdam de principibus Israel.

5. Trigintaduorum annorum erat Joram cùm regnare cœpisset: & octo annis *b* regnavit in Jerusalem.

6. Ambulavitque in viis regum Israel, sicut egerat domus Achab: filia quippe Achab erat uxor ejus, & fecit malum in conspectu Domini.

7. Noluit autem Dominus disperdere domum David propter pactum, quod inierat cum eo: & quia promiserat ut daret ei lucernam *c*, & filiis ejus omni tempore.

8. in diebus illis rebellavit Edom, *d* ne esset subditus Judæ, & constituit sibi regem.

9. Cumque transisset Joram cum principibus suis, & cuncto equitatu, qui erat secum, surrexit nocte, & percussit Edom qui se circumdederat, & omnes duces equitatus ejus.

10. Attamen rebellavit Edom, ne esset sub ditione Juda, usque ad hanc diem: eo tempore & Lobna recessit ne esset sub manu illius. Dereliquerat enim Dominum Deum patrum suorum:

11. Insuper & excelsa fabricatus est in urbibus Juda, & fornicari *e* fecit habitatores Jerusalem, & prævaricari Judam.

II. 12. Allatæ *f* sunt autem ei litteræ ab Elia propheta *g*, in quibus scriptum erat: Hæc dicit Dominus Deus David patris tui: Quoniam non ambulasti in viis Josaphat patris tui, & in viis Asa regis Juda,

13. sed incessisti per iter regum Israel, &

3. Reg. 22. 51.
Ann. 3115. Ant. Chr. 889.

a cui jam ante vicariam potestatem communicaverat.

b Quatuor sub patre & solus quatuor.

c i. regiam dignitatem

d Gen. 27. 40.

e i. idola colere

f Ann. M. 3116.

g quia ante novennium ex hominibus abreptus erat curru igneo, & has literas angelo vel homine internuncio ad Joram transmisit. Tirin.

& fornicari fecisti Judam, & habitatores Jerusalem, imitatus fornicationem domûs Achab, insuper & fratres tuos, domum patris tui, meliores te occidisti:

14. ecce Dominus percutiet te plagâ magnâ cum populo tuo, & filiis, & uxoribus tuis, universáque substantia tua.

15. Tu autem ægrotabis pessimo languore uteri tui, donec egrediantur vitalia *h* tua paulatim per singulos dies.

h Hebr. intestina

III. 16. Suscitavit ergo Dominus contra Joram spiritum Philisthinorum, & Arabum, qui confines sunt Æthiopibus,

17. Et ascenderunt in terram Juda, & vastaverunt eam, diripueruntque cunctam substantiam, quæ inventa est in domo regis, insuper & filios ejus, & uxores: nec remansit ei filius, nisi Joachaz *i*, qui minimus natu erat.

i qui idem Ochosias & Azaria, cap. seq.

18. Et super hæc omnia percussit eum Dominus alvi languore insanabili.

19. Cumque diei succederet dies, & temporum spatia volverentur, duorum annorum expletus est circulus: & sic longa consumptus tabe, ita ut egereret etiam viscera sua, languore pariter, & vita caruit *k*. Mortuusque est in infirmitate pessima, & non fecit ei populus secundùm morem combustionis *l*, exequias, sicut fecerat majoribus ejus.

k Ann. M. 3119. Ant. Chr. 885.
l non comburebat in ejus exequiis varia aromata. *Tirin*
m i. solus.

20. Trigintaduorum annorum fuit, cúm regnare cœpisset, & octo annis *m* regnavit in Jerusalem. Ambulavitque non rectè, & sepelierunt eum in civitate David: verumtamen non in sepulchro regũ.

CAPUT XXII.

I. Impium Ochoziam filium Ioram occidit Iehu, simul & Ioram regem Israel: 1.
II. Ab Athalia filii regis occiduntur; 10.
III. Sed Ioas natu minimus servatur à Iosabeth. 11.

4 Reg. 8. 24. Eodem an. 3119.

1. CONstituerunt autem habitatores Jerusalem Ochoziam filium ejus minimum, regem pro eo: omnes enim majores natu, qui ante eum fuerant, interfecerant latrones Arabum, qui irruerant in castra: regnavitque Ochozias filius Joram regis Juda.

gangen/ und hast gemacht/ daß Juda und die Jnwohner Jerusalem gehuret haben/ und hast dem Hauß Achab in der Unzucht nachgefolgt/ hast auch über das deines Vatters Hauß/ deine Brüder getödtet/ die besser waren/ dan du.

14. Sihe/ so wird der HErr dich schlagen mit einer grossen Plag/ dich samt deinem Volck/ und deinen Kindern/ und deinen Weibern/ und an aller deiner Haab.

15. Uber dich aber wird eine sehr böse Kranckheit deines Bauchs kommen/ biß dein Jngeweid allgemach von Tag zu Tag herauß gehe.

III. 16. Und der HErr erweckete wider Joram den Geist der Philisther/ und der Araber/ welche an die Moren gräntzen.

17. Und sie zogen herauf in das Land Juda/ und verwüsteten dasselbig/ und raubten alles Gut/ das in deß Königs Hauß gefunden ward/ dazu seine Söhn/ und seine Weiber: und es blib ihm kein Sohn übrig/ als Joachaz/ so der allerjüngste war.

18. Und über diß alles schlug ihn der HERR mit einer Kranckheit deß Bauchs/ die nit zu heylen war.

19. Als nun ein Tag nach dem andern vorüber gieng/ und die Zeit allgemach verfloß/ seynd zwey Jahr umgelauffen/ und also ward er durch langweilige Schwachheit allgemach verzehret/ dergestalt/ daß auch sein Eingeweid von ihm gieng/ biß ihn endlich die Kranckheit und das Leben zugleich verließ. Also starb er an seiner bösen Kranckheit/ u das Volck hielt ihm kein Begräbnuß nach dem Gebrauch deß Brennens/ wie sie seinen Vorfahren gethan hatten.

20. Er war zwey und dreyssig Jahr alt/ da er anfieng zu regieren/ und regierte acht Jahr zu Jerusalem/ und wandlete nit aufrichtig: und sie begruben ihn in der Stadt Davids: aber nit in der Königen Grab.

Das XXII. Capitel.

I. Jehu entleibet Joram/ den König Jsrael/ und Ochoziam/ König in Juda/ 1.
II. Athalia ermordet auch alle Söhn Ochozia/ 10.
III. Josabeth erhaltet den jüngsten/ mit Namen Joas/ beym Leben/ 11.

1. ABer die Jnwohner Jerusalem machten Ochoziam/ seinen jüngsten Sohn/ zum König an seiner statt: dan die Rauber auß Arabien hatten die älteste Brüder/ welche vor ihm gebohren waren/ alle erschlagen/ da sie das Lager überfielen: also regierte Ochozias/ der Sohn Joram/ deß Königs Juda.

2. Und Ochozias war zwey und viertzig Jahr alt / da er anfieng zu regieren / und er regierte ein Jahr lang zu Jerusalem: und seiner Mutter Nam war Athalia / eine Tochter Amri.

3. Aber er wandelte auch auf den Weegen deß Hauß Achabs: dan seine Mutter reitzete ihn dazu / daß er gottloß handlete.

4. Also thäte er Böses vor dem Angesicht deß HErrn / wie das Hauß Achabs: dan die waren seine Rathgeber nach seines Vatters Tod / zu seinem Untergang.

5. Und er wandelte nach ihrem Rath. Und er zoge fort mit Joram dem Sohn Achabs / dem König Israel / zum Streit wider Hazael / den König in Syrien / gen Ramoth Galaad: und die Syrer verwundeten Joram:

6. Der widerum kam gen Jezrahel / sich heylen zu lassen: dan er hatte im vorgemeldten Streit vil Wunden bekommen. Also zoge Ochozias / der Sohn Joram / der König Juda hinab / Joram / den Sohn Achabs / der zu Jezrahel kranck lage / zu besuchen.

7. Dan es war der Will GOttes wider Ochoziam / daß er zu Joram käme: und daß er / nachdem er ankommen wär / mit ihm außzuge wider Jehu / den Sohn Namsi / den der HErr gesalbet hatte / das Hauß Achabs zu vertilgen.

8. Als nun Jehu / das Hauß Achabs / umkehrete / fand er die Fürsten Juda / und die Söhn der Brüder Ochoziä / die ihm dieneten / und erschlug sie.

9. Auch suchte er den Ochoziam selbst / und fieng ihn zu Samaria / da er sich verborgen hatte: und da er zu ihm geführet ward / erwürgte er ihn: und sie begruben ihn / darum / daß er Josaphats Sohn war / der den HErrn von seinem gantzen Hertzen gesucht hatte: und war hinführo keine Hoffnung / daß jemand vom Geschlecht Ochoziä regieren wurde.

II. 10. Dan da Athalia seine Mutter sahe / daß ihr Sohn tod war / machte sie sich auf / und tödtete das gantze Königliche Geschlecht deß Hauß Jorams.

III. 11. Aber Josabeth / deß Königs Tochter / nam Joas / den Sohn Ochoziä / und stal ihn mitten auß den Kindern deß Königs / da sie getödtet wurden: und sie verbarg ihn mit seiner Ammen in der Kammer / da die Beth waren: Josabeth aber / die ihn verbarg / war deß Königs Jorams Tochter / deß Hohenpriesters Joiadä Eheweib / und deß Ochoziä Schwester: und darum hat ihn Athalia nit umgebracht.

2. Quadraginta *a* duorum annorum erat Ochozias cùm regnare *b* cœpisset, & uno anno regnavit in Jerusalem, & nomen matris ejus Athalia filia Amri. *c*

3. Sed & ipse ingressus est per vias domûs Achab: mater enim ejus impulit eum ut impiè ageret.

4. Fecit igitur malum in conspectu Domini, sicut domus Achab: ipsi enim fuerunt ei consiliarii post mortem patris sui, in interitum ejus.

5. Ambulavitque in consiliis eorum. Et perrexit *d* cum Joram filio Achab rege Israel, in bellum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth Galaad: vulneraveruntq; Syri Joram.

6. Qui reversus est ut curaretur in Jezrael: multas enim plagas acceperat in supradicto certamine. Igitur Ochozias *e* filius Joram rex Juda, descendit ut inviseret Joram filium Achab in Jezrael ægrotantem.

7. Voluntatis quippe fuit Dei adversùs Ochoziam, ut veniret ad Joram: & cùm venisset, & egrederetur cum eo adversùm Jehu filium Namsi, quem unxit Dominus ut deleret domum Achab.

8. Cùm ergo everteret Jehu domum Achab, invenit principes Juda, & filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei, & interfecit illos.

9. Ipsum quoque perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samaria: adductumque ad se, occidit, & sepelierunt eum: eò quòd esset filius Josaphat, qui quæsierat Dominum in toto corde suo: nec erat ultrà spes aliqua, ut de stirpe quis regnaret Ochoziæ:

II. 10. *f* siquidem Athalia mater ejus, videns quod mortuus esset filius suus, surrexit, & interfecit omnem stirpem regiam domûs Joram. *g*

III. 11. Porrò Josabeth filia regis *h* tulit Joas filium Ochoziæ, & furata est eum de medio filiorum regis, cùm interficerentur: absconditq; eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum *i*; Josabeth autem quæ absconderat eum, erat filia regis Joram, uxor Joiadæ pontificis *k*, soror Ochoziæ, & idcircò Athalia non interfecit eum.

a 2. Reg. 8. 26. legitur 22. annorũ.
b i. solus, nam cum patre regnavit 20 annis.
c i. filia Achab filii Amri *V.* 4. *Reg.* 8. 26.
d Anno M. 3120. Ant. Chr. 884.
e Hebr. *Azaria*, ut notatum est suprà.
f 4. *Reg.* 11. 1.
g sc. omnes filios Ochoziæ, quos ex variis uxoribus pro consuetudine illius temporis susceperat.
h Joram, soror Ochoziæ sed ex alia matre quàm ex Athalia.
i sc. ubi dormiebant Sacerdotes & Levitæ, dum ministrabant.
k sc. summi.

12. Fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus sex annis, quibus regnavit Athalia super terram.

CAPUT XXIII.

I. Joiada pontifex ungit Joas in regem Juda. 1.
II. Curat Athaliam occidi. 12.
III. Restituit cultum Dei; populus autem domum, altaria, & simulacra Baal destruit. 16.

4. Reg. 11. 4. Anno M. 3126. Ant. Chr. 878.

1. ANno autem septimo *a* confortatus Joiada, assumpsit centuriones, Azariam videlicet filium Jeroham, & Ismahel filium Johanan, Azariam quoque filium Obed, & Maasiam filium Adaiæ, & Elisaphat filium Zechri: & iniit cum eis fœdus.

a sc. à morte Ochoziæ.

2. Qui circumeuntes Judam, congregaverunt Levitas *b* de cunctis urbibus Juda, & principes familiarum Israel, veneruntque in Jerusalem.

b i. simul & sacerdotes.

3. Iniit ergo omnis multitudo pactum in domo Dei cum rege: dixitque ad eos Joiada: Ecce filius regis regnabit, sicut locutus est Dominus super filios David.

4. Iste est ergo sermo quem facietis:

5. Tertia pars vestrûm qui veniunt ad Sabbatum, Sacerdotum, & Levitarum, & janitorum, erit in portis: tertia verò pars ad domum regis: & tertia ad portam, quæ appellatur Fundamenti: omne verò reliquum vulgus sit in atriis domûs Domini.

6. Nec quispiam alius ingrediatur domum Domini, nisi Sacerdotes, & qui ministrant de Levitis: ipsi tantummodò ingrediantur, quia sanctificati sunt: & omne reliquum vulgus observet custodias Domini *c*.

c Præcepta Domini, ut quisque suo fungatur officio.

7. Levitæ autem circumdent regem, habentes singuli arma sua: (& si quis alius ingressus fuerit templum, interficiatur) sintque cum rege & intrante & egrediente.

8. Fecerunt ergo Levitæ, & universus Juda, juxta omnia quæ præceperat Joiada pontifex: & assumpserunt singuli viros qui sub se erant, & veniebant per ordinem sabbati, cum his qui impleverant sabbatum, & egressuri erant, siquidem Joiada pontifex non dimiserat abire turmas, quæ sibi per singulas hebdomadas succedere consueverant.

12. Also war er bey ihnen im Hauß GOttes verborgen sechs Jahr lang / dieweil Athalia im Land regierte.

Das XXIII. Capitel.

I. Jojada der Hohepriester salbt und erhebt den sibenjährigen Joam zum König / 1.
II. Befihlt Athaliam zu erwürgen / 12.
III. Erneuert den Gottesdienst / und schafft deß Baals-Götzendienst ab / 16.

1. ABer im sibenden Jahr ward Jojada geherzt / und nam die Haubtleut zu sich / nemlich Azariam / den Sohn Jeroham / und Ismahel / den Sohn Johanan / und Azariam / den Sohn Obed / und Maasiam / den Sohn Adaia / und Elisaphat / den Sohn Zechri / und machte einen Bund mit ihnen.

2. Dise zogen umher in Juda / und versammleten die Leviten auß allen Städten Juda / und die Fürsten der Geschlechten Israel / und kamen gen Jerusalem.

3. Da machte die gantze Gemein einen Bund im Hauß GOttes mit dem König. Und Jojada sprach zu ihnen: Sehet / deß Königs Sohn sol regieren / wie der HErr über die Kinder Davids geredet hat.

4. So ist nun diß das Wort / daß ihr thun sollet.

5. Ein Dritttheil von euch / die auf den Sabbath ankommen von Priestern / Leviten und Thirhütern / sol in den Thoren seyn: und ein Drittheil am Hauß deß Königs / und ein Drittheil am Thor / das man das Grundthor nennet: aber das übrige gantze gemeine Volck / sol in den Vorhöfen deß Hauß deß HErrn seyn.

6. Es sol auch niemand anders in das Hauß deß HErrn gehen / als die Priester / und von den Leviten / die den Dienst haben / dise sollen allein hinein gehen / dan sie seynd geheiliget: und alles übrig gemeine Volck sol auf die Hut deß HErrn acht haben.

7. Die Leviten aber sollen den König umgeben / und sol ein jeglicher seine Waffen haben: (wird sonst jemand anders in den Tempel kommen / den sol man tödten) und sie sollen bey dem König seyn / wan er auß- und eingehet.

8. Also thäten die Leviten und gantz Juda nach allem / was Jojada der Hohepriester befohlen hatte: und ein jeglicher nam die Männer zu sich / die unter ihm waren / und kamen nach der Ordnung deß Sabbaths mit denen / die den Sabbath außgehalten hatten / und abziehen solten / dan Jojada der Hohepriester hatte die Schaaren nit ziehen lassen / die wochentlich nach einander pflegten anzukommen.

9. Und Jojada der Priester gab den Haubtleuten die Spieß und Schild / und Rondellen deß Königs Davids / die er im Hauß deß HErrn geheiliget hatte.

10. Und er stellete alles Volck / die Schwerdter in der Hand hatten / von der rechten Seiten deß Tempels an / biß zur lincken Seiten deß Tempels gegen dem Altar und dem Tempel / rings um den König her.

11. Und sie führeten den Sohn deß Königs herauß und setzten ihm die Cron auf / und das Zeugnuß / und gaben ihm das Gesatz das er halten solte in die Hand / und machten ihn zum König: auch salbete ihn Jojada der Hohepriester samt seinen Söhnen / und sie wünscheten ihm Glück / und sprachen: Der König lebe.

II. 12. Da das Athalia hörete / nemlich die Stimm der jenigen / die lieffen und lobten den König / gieng sie zum Volck in den Tempel deß HErrn.

13. Und als sie den König auf der Staffel am Eingang stehen sahe / und die Obersten samt den Schaaren um ihn her / und alles Landvolck / das frölich war / und die Posaunen bliese / und die auf unterschidlichen Instrumenten spileten / und hörete die Stimm der jenigen / die lobsungen / zerrisse sie ihre Kleyder / und sprach: Verrätherey / Verrätherey.

14. Aber Jojada / der Hohepriester gieng herauß zu den Haubtleuten / und Obersten deß Heers / und sprach zu ihnen: Führet sie auß den Schrancken deß Tempels und draussen sol man sie mit dem Schwerdt tödten. Also befahl der Priester / daß man sie im Hauß deß HErrn nit tödten solte.

15. Und sie schlugen ihre Händ an sie / und griffen sie beym Nacken: und da sie durch die Roßport am Hauß deß Königs kommen war / da erwürgeten sie dieselbige.

III. 16. Jojada aber machte einen Bund zwischen ihm / und dem gantzen Volck / und dem König / daß es ein Volck deß HErrn seyn solte.

17. Also gieng das gantze Volck in das Hauß Baals / und zerstöreten dasselbig / und zerbrachen seine Altär und Bilder darinn: auch erschlugen sie Mathan den Priester Baals vor den Altärn.

18. Und Jojada bestellete Vorsteher im Hauß deß HErrn / unter den Händen der Priester und Leviten / welche David im Hauß deß HErrn außgetheilet hatte / die Brandopffer dem HErrn zu opffern / wie im Gesatz Moysis geschriben stehet / mit Freuden und Lobsingen / nach der Ordnung Davids.

9. Deditque Joiada sacerdos centurionibus lanceas, clypeósque & peltas regis David quas consecraverat in domo Domini.

10. Constituítque omnem populum tenentium pugiones à parte templi dextra, usque ad partem templi sinistram coram altari, & templo, per circuitum regis.

11. Et eduxerunt filium regis, & imposuerunt ei diadema, & testimonium *d*, dederúntque in manu ejus tenendam legem, & constituerunt eum regem: unxit quoque illum Joiada pontifex, & filii ejus: imprecatíque sunt ei, atque dixerunt: Vivat rex.

II. 12. Quod cùm audisset Athalia, vocem scilicet currentium atque laudantium regem, ingressa est ad populum in templum Domini.

13. Cúmque vidisset regem stantem super gradum *e* in introitu *f* & principes, turmásque circa eum, omnémque populum terræ gaudentem, atque clangentem tubis, & diversi generis organis concinentem, vocémque laudantium, scidit vestimenta sua, & ait: Insidiæ, insidiæ.

14. Egressus autem Joiada pontifex ad centuriones, & principes exercitûs, dixit eis: Educite illam extra septa templi, & interficiatur foris gladio. Præcepítque sacerdos ne occideretur in domo Domini.

15. Et imposuerunt cervicibus ejus manus: cúmque intrasset portam equorum domûs regis, interfecerunt eam ibi.

III. 16. Pepigit autem Joiada fœdus inter se *g*, universúmq; populum, & regem, ut esset populus Domini.

17. Itaq; ingressus est omnis populus domum Baal, & destruxerunt eam: & altaria ac simulacra illius confregerunt: Mathan quoq; sacerdotem Baal interfecerunt ante aras.

18. Constituit autem Joiada præpositos in domo Domini, sub manibus Sacerdotum, & Levitarum, quos distribuit David in domo Domini: ut offerrent holocausta Domino, sicut scriptum est in lege Moysi, in gaudio & canticis, juxta dispositionem David.

d i. legem Dei.

e i. sedem regiam, quã Salomon fecerat regibus in atrio.

f sc. templi.

g pontifice, qui sc. erat loco Dei.

19. Constituit quoque janitores in portis domûs Domini, ut non ingrederetur eam immundus in omni re.

20. Assumpsitque centuriones, & fortissimos viros ac principes populi, & omne vulgus terræ, & fecerunt descendere regem de domo Domini, & introire per medium portæ superioris in domum regis, & collocaverunt eum in solio regali.

21. Lætatusque est omnis populus terræ, & urbs quievit: porrò Athalia interfecta est gladio.

CAPUT XXIV.

I. Joas vivente Joiada bonus ac pius, jubet ad sartatecta templi congregari pecuniam; 1.
II. Factus deinde impius, jubet occidi Zachariam filium Joiadæ: 17.
III. Juda & Jerusalem à Syris diripiuntur, & Joas à servis suis occiditur. 23.

4. Reg. 11. 21. & 12. 1. — 1. SEptem annorum erat Joas cùm regnare cœpisset: & quadraginta annis regnavit in Jerusalem, nomen matris ejus Sebia de Bersabee.

2. Fecitque quod bonum est coram Domino cunctis diebus Joiadæ sacerdotis.

3. Accepit autem ei Joiada uxores duas, è quibus genuit filios & filias.

4. Post quæ placuit Joas ut instauraret domum Domini.

5. Congregavitq; *a* Sacerdotes, & Levitas, & dixit eis: Egredimini ad civitates Juda, & colligite de universo Israel pecuniã ad sartatecta *b* templi Dei vestri, per singulos annos, festinatóque hoc facite: porrò Levitæ egêre negligentiùs.

6. Vocavitque *c* rex Joiadam principem, & dixit ei: Quare tibi non fuit curæ, ut cogeres Levitas inferre de Juda & de Jerusalem pecuniam, quæ constituta est *d* à Moyse servo Domini, ut inferret eam omnis multitudo Israel in tabernaculum testimonii?

7. Athalia enim impiissima, & filii ejus destruxerunt domum Dei; & de universis, quæ sanctificata fuerant in templo Domini, ornaverunt fanum Baalim.

8. Præcepit ergo rex, & fecerunt arcam: posueruntque eam juxta portam domûs Domini forinsecus.

9. Et prædicatum est in Juda & Jerusalem, ut deferrent singuli pretium Domi-

a Anno M. 3147. Ant. Chr. 857.
b Hebr. instauratione.
c Anno sequenti.
d Ic. dimidius siclus ab unoquoque dand⁹. v. Exod. 30.

19. Er bestellte auch Thürhüter in die Thor am Hauß deß HErrn / damit niemand hinein gienge / der in einigem Stuck unrein wäre.

20. Und er nahm zu sich die Haubtleut samt den allertapffersten Männern / und die Fürsten deß Volcks / und alles Volck im Land / und brachten den König auß dem Hauß deß HErrn herunter / und führeten ihn mitten durch das Oberthor zum Hauß deß Königs / und setzten ihn auf den Königlichen Thron.

21. Da freuete sich alles Volck deß Lands und die Stadt war ruhig: Athalia aber ward mit dem Schwerdt erwürget.

Das XXIV. Capitel.

I. Joas sammlet Geld zum Tempel-Bau / 1.
II. Nach Jojadä Tod wird er Gottloß / weil Zacharias / Joiadä Sohn / ihn drum strafft / last er ihn steinigen / 17.
III. Darauf nehmen die Syrer Judäam ein / und Joas wird von seinen eigenen Knechten ermordet / 23

1. JOas war siben Jahr alt / da er anfieng zu regieren: und er regierte viertzig Jahr lang zu Jerusalem / seiner Mutter Nam war Sebia / von Bersabee.

2. Und er thäte was gut war vor dem HErrn / alle die Tag Joiadä deß Priesters.

3. Aber Joiada gab ihm zwey Weiber / mit welchen er Söhn und Töchter zeugete.

4. Darnach gewan Joas Lust / das Hauß deß HErrn zu bessern.

5. Und er versammlete die Priester und Leviten / und sprach zu ihnen: Ziehet hinauß zu den Städten Juda / und bringet vom gantzen Israel Geld zusammen / den Tempel eures GOttes zu bessern / und das alle Jahr / und thuts eilends. Aber die Leviten handelten nachlässiger.

6. Da fordette der König Joiada den Obersten zu sich / und sprach zu ihm: Warum hast du nit Sorg getragen / daß du die Leviten anhieltest / das Geld von Juda und Jerusalem einzubringen / welches von Moyse dem Knecht deß HErrn verordnet ist / daß es die gantze Gemein Israel zu dem Tabernackel der Zeugnüß einbringen solte?

7. Dan die gottlosesté Athalia / und ihre Söhn haben das Hauß GOttes verwüstet / und haben mit allem / das zum Hauß deß HErrn geheiliget war / das Hauß Baalim gezieret.

8. Da gab der König Befehl / und sie machten einen Kasten / und setzten ihn aussen an die Thür deß HErrn.

9. Und es ward in Juda / und zu Jerusalem auß geruffen / daß ein jeglicher dem HErrn die Steur ein-

einbringen solte/ welche Moyses der Knecht GOttes in der Wüst über gantz Israel verordnet hat.

10. Da freueten sich alle Oberste samt dem gantzen Volck: und sie kamen hinein/ und trugen zusammen in den Kasten deß HErrn/ und wurffen darein also/ daß er voll ward.

11. Und da es Zeit war/ daß sie den Kasten durch die Händ der Leviten vor den König brachten (dan sie sahen daß vil Gelds darinn war) gieng deß Königs Schreiber hinein/und einer den der Hohepriester verordnet hatte: und schütteten das Geld auß/ das im Kasten war/ und trugen den Kasten widerum an sein Ort: also thäten sie von Tag zu Tag/ und ward ein unzahlbars Geld gesamlet:

12. Das gaben der König und Joiada denen/ welche über die Arbeit am Hauß deß HErrn gesetzt waren: aber die dingten damit Steinhauer/ und Werckmeister zu allerhand Arbeit/ daß sie das Hauß deß HErrn besserten: auch die in Eisen und Ertz arbeiteten: damit unterbauet wurde/ was anfieng zu fallen.

